οὐ γὰρ συμβαίνει ταῦτα τοῖς ἀρχομένοις ἀφροδισίων μειρακίοις, ἀλλὰ τοῖς μελαγχολικοῖς καὶ φυσώδεσιν ὀνομαζομένοις, οἳ καὶ μετὰ τὴν παρακμαστικὴν ἡλικίαν τὰ τοιαῦτα πάσχουσιν. ὅλως γὰρ τὸ φύσης ἐμπίπλασθαι διὰ ἀσθένειαν γίνεται τῆς ἐμφύτου θερμασίας. ἐῤῥωμένης γὰρ ταύτης τῶν τοιούτων οὐδὲν συμβαίνει. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς προβλήμασι καὶ τὴν αἰτίαν ζητεῖ, δι' ἣν ἀφροδισιαστικοὺς συμβαίνει γίνεσθαι τοὺς μελαγχολικούς. ἀθροίζεσθαί τε πνεῦμά φησιν αὐτοῖς ἐν ὑποχονδρίοις φυσῶδες οὐκ ὀλίγον, διὸ πνευματώδη τε καὶ ὑποχονδριακὰ προσαγορεύεσθαι τὰ τοιαῦτα πάθη καὶ Διοκλῆς τε καὶ Πλειστόνικος, ἕτεροί τε πολλοὶ τῶν ἰατρῶν οὕτως ὀνομάζεσθαί φασιν αὐτά, οὐ χεῖρον δὲ καὶ λέξιν τινὰ τῶν τῷ Ἀριστοτέλει [443] γεγραμμένων εἰπεῖν ἔχουσαν ὧδε· διὰ τί οἱ μελαγχολικοί εἰσιν ἀφροδισιαστικοί; ἢ ὅτι πνευματώδεις; τὸ γὰρ σπέρμα πνεύματος ἔξοδος ἐστί. διότι οὖν πολὺ τὸ τοιοῦτον, ἀνάγκη πολλάκις ἐπιθυμεῖν καθαίρεσθαι, κουφίζονται γάρ. διὰ τοῦτ' οὖν καὶ Ῥοῦφος ἔλεγεν ἀντὶ τοῦ ψόφος, εἴλετο γρά-

runtur: neque enim haec adoleſcentulis coire incipientibus, ſed atra bile vexatis et flatuoſis nominatis eveniunt: qui quidem et poſt declinantem aetatem hujusmodi vitiis afficiuntur, prorſus enim flatu repleri ab ingeniti caloris debilitate provenit; eo namque recte valente horum nihil exoritur. Nam Ariſtoteles in libro ſuo de quaeſitis et cauſam quaerit ob quam melancholicis libidinoſis eſſe contingat; dicitque in ipſorum praecordiis haud paucum ſpiritum flatuoſum excitari, atque ideo ejusmodi vitia ſpirituoſa praecordialiaque nominari. Diocles etiam, Pliſtonicus aliique multi medici, ſic ipſa vocari dicunt. Verum haud malum fuerit quaedam verba ab Ariſtotele ſcripta retuliſſe. Haec ita ſe habent: cur melancholici libidinoſi ſunt? an quod ſpiritu abundant? ſemen enim ſpiritus excretio eſt; cum iſte igitur copioſus ſit, neceſſe eſt ipſius purgandi ſaepius inceſſat cupiditas, levantur enim; propterea et Rufus pro hac voce, *ſtrepitus*, maluit

Ed. Chart. IX. [443.] Ed. Baſ. V. (478.)

φειν φόβος, ἵνα ὁ λόγος ᾖ τῷ Ἱπποκράτει περὶ τῶν μελαγχολικῶν, οἷς ἐστὶν ἰδιαίτατος ὁ φόβος, ἄλλῳ μὲν γὰρ ἄλλο φοβερόν. ἔν γοῦν τι πάντως καθ' ἕκαστον αὐτῶν, ὅταν γε τὰ μέτρια δυσθυμοῦσιν. εἰ δὲ μὴ καὶ δύο καὶ πλείω καὶ πάνυ πολλὰ, καί τισιν αὐτῶν ἅπαντα. γενήσεται οὖν κατὰ μὲν τὸν Ῥοῦφον ἡ λέξις οὕτως ἔχουσα. οἷσιν, ὅταν ἀφροδισιάζωσι, φυσᾶται ἡ γαστὴρ ὡς Δαμαγόρᾳ, ὅθεν τούτοις ὁ φόβος. κατὰ δὲ τοὺς παλαιοὺς ἐξηγητὰς, ὡς ἐν ἀρχῇ γέγραπται, τὴν γὰρ ἐκείνων γραφὴν ἀεὶ προστίθημι, κἂν ἡμαρτῆσθαι δοκεῖ κατὰ τοὺς πρώτους ἀντιγραψαμένους. ἄμεινον γὰρ, ὡς εἶπον ἤδη πολλάκις, ὅπως εὑρέθη γεγραμμένον εἰπόντας οὕτως ἤδη προσεπινοεῖν αὐτούς τι δηλοῦντας αὐτὸ τοῦτο. λέλεκται δὲ καὶ ἡ περὶ τὸν Σαβῖνον ἐξήγησις. Καπίτων δὲ οὕτως ἔγραψεν, οἷς ἔστιν, ὅταν ἀφροδισιάζωσι, φυσᾶται ἡ γαστὴρ, ὡς Δαμαγόρᾳ, οἷσι δ' ἐν τούτοισι, ψύφος. Διοσκορίδης δὲ οὕτως· οἷσι μὲν ὅταν

ſcribere, *timor*, ut Hippocrati de melancholicis ſermo ſit, quorum maxime proprius timor eſt. Aliud enim alii formidoloſum videtur, unum quoddam ſaltem ipſis ſingulis omnino, quando plane modice contriſtantur; ſi vero immodice et duo et plura et permulta: quibusdam etiam ipſorum omnia. Erit itaque ſecundum Rufum lectio hujusmodi, quibusdam, cum venere utuntur, inflatur venter, ut Damagorae, unde his timor. Verum ſecundum veteres interpretes ita ſe habet, ut ab initio ſcriptum eſt; illorum enim ſcripturam ſemper adjicio, etſi ab illis primis librariis corrupta fuiſſe videatur; ſatius eſt enim, ut jam ſaepius repetivi, lectionem, ut inventa eſt, enarrantes, ita deinde ipſos aliquid ulterius excogitantes addere, idque ipſum nos facere admonere. Hactenus Sabini explanatio tradita eſt. Capito autem ita ſcripſit: aliquibus nonnunquam, cum venere utuntur, inflatur venter, ut Damagorae, aliquibus vero in his ſtrepitus. Dioſcorides vero ſic: Aliquibus quidem, cum venere utuntur, inflatur

Ed. Chart. IX. [443.] Ed. Baſ. V. (478.)

ἀφροδισιάζωσι, φυσᾶται ἡ γαστὴρ ὡς Δαμαγόρᾳ, οἱσιν ἐν τούτοισι ψόφος. ἀφεῖλε γὰρ οὗτος τὸ δ', οὐ μὴν οὐδὲ κατὰ τὴν ἐξήγησιν τοῦ ψόφος ὀνόματος ὡμολόγησαν ἀλλήλοις οἱ ἐξηγηταὶ, τινὲς μὲν βορβορυγμὸν δηλοῦσθαι λέγοντες, ἔνιοι ἐρυγὴν, ἔνιοι δὲ τὰς κάτω διεξιούσας φύσας, ἔνιοι δ' ὅ τι ἂν ᾖ τούτων ἁπλῶς. εἴ τις οὖν ἐν τοῖς ἐντέροις κίνησις αἰσθητὴ ταῖς ἀκοαῖς, εἰσὶ γὰρ καὶ ἄλλαι τινὲς, ἔξωθεν τῶν βορβορυγμῶν ἐν τοῖς ἐντέροις κινήσεις τε καὶ ψόφοι, τινὲς μὲν ἤχοις ἐοικότες, τινὲς δὲ συριγμοῖς, ἢ τινι τοιούτῳ τρόπῳ ψόφῳ. Ἀρκεσίλαος δέ φησιν οὐ μόνον ἐφυσᾶτο ἡ γαστὴρ, ἀλλὰ καὶ ᾠδει, τουτέστιν οἴδημα εἶχεν. εἴρηκα δὲ ἤδη πολλάκις οἴδημα καλεῖν αὐτὸν ἅπαντα τὸν παρὰ φύσιν ὄγκον, εἴτε φλεγμονῶδες εἴτ' ἐρυσιπελατώδης εἴτε σκιρρώδης εἴη, τῶν νεωτέρων μόνων τὸν χαῦνον ὄγκον οἴδημα καλούντων. ἀλλά γε ποῖόν τινα λέγει τὸν ὄγκον γενέσθαι τῷ Ἀρκεσιλάῳ ζήτημά ἐστιν οὐ σμικρόν. ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ τὸν ἰδίως ὑπὸ τῶν νεωτέρων ὀνομαζόμενον εἰρη-

venter, ut Damagorae, aliquibus in his ſtrepitus: iſte enim particulam, *vero*, abſtulit. Quin et in nomine hoc, *ſtrepitus*, explanando inter ipſos explanatores non convenit. Nonnulli quidem murmur ſignificari dicunt, quidam ructum, alii flatus per ſedem exhalantes; item alii quodlibet iſtorum ſimpliciter, qualiscunque in inteſtinis motus ſit, qui ab auribus ſentiatur; ſunt enim et alii quidam praeter murmura in inteſtinis motus ac ſtrepitus, nonnulli quidem ſonis perſimiles, aliqui vero ſibilis aut alicui alii hujusmodi voci. Ad Arceſilao, inquit, non modo venter inflabatur, ſed etiam tumebat, hoc eſt oedema, id eſt tumorem habebat. Dixi autem alias ſaepius oedema ab ipſo vocari omnem praeter naturam tumorem, ſive phlegmonis ſive eryſipelatis, ſive ſcirrhi naturam ſapiat, cum recentiores medici ſolum laxum tumorem oedema vocent. Caeterum qualemnam Arceſilao tumorem excitatum eſſe dicat, quaeſtio haud parva eſt. Mihi ſane oedema proprie a junioribus acceptum dixiſſe videtur; non tamen

Ed. Chart. IX. [443. 444.] Ed. Baſ. V. (478.)

κέναι. οὐκ ἔστι δ' ἀπίθανον ἐρυσίπελας ἢ φλεγμονὴν ἢ σκίρρον ἢ τι τῶν τοιούτων γενέσθαι περὶ τὸν τῶν ἀφροδισίων καιρὸν ἢ σμικρὸν ὕστερον, αὖθίς τε μετ' οὐ πολὺ καθίστασθαι τοῦτο. τοῖς δ' ἐξηγηταῖς ὅλον τοῦτο παραλέλειπται τὸ σκέμμα. τοῦ μέντοι Ἀρκεσιλάου τούτου καὶ καθ' ἕτερον τόπον τοῦ βιβλίου μέμνηται ὁ Ἱπποκράτης, ἔνθα φησίν· ἐν τοῖσι προσόδοισιν οἷς ψοφοῦσιν, ὡς Ἀρκεσίλαος. εὔδηλον οὖν ὅτι τοῖς τοιούτοις φύσης ἐστὶν ἡ γαστὴρ μεστὴ καὶ ταύτην ὑπὸ τῆς γινομένης συντονίας ἐν τοῖς ἀφροδισίοις ἐκκρίνεσθαι συμβαίνει. Διοσκορίδης δὲ οὕτως ἔγραψε τὴν ῥῆσιν· Ἀρκεσιλάῳ δὲ κακὸν ᾤδει τὸ φυσῶδες, ἀντὶ τοῦ κακὸν ὤζετο τὸ φυσῶδες, ὠδὶ γέγραφθαι βουλόμενος, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἀρχὴν τῆς δευτέρας ῥήσεως ἐποιήσαντο τὸ φυσῶδες, ὡς ἐφεξῆς γέγραπται.

ιγ'.

[444] *Τὸ φυσῶδες συναίτιον ἐν τοῖς πιτυρώδεσι. καὶ γὰρ εἰσὶ φυσώδεις.*

---

incredibile eſt aut eryſipelas aut phlegmonem aut ſcirrhum aut ejusmodi aliquid coitus tempore vel paulo poſt exortum fuiſſe, rurſumque haud ita multo poſt id reſediſſe; ab interpretibus autem tota haec ſpeculatio ſilentio praeterita eſt. Hujus quidem Arceſilai et alio hujus libri loco mentionem fecit Hippocrates, ubi ait: in acceſſibus quibusdam ſtrepunt, ut Arceſilaus. Manifeſtum eſt igitur hujusmodi hominibus ventrem flatu eſſe repletum, hunc-que prae contentione in coëundo facta excerni contingere. At Dioſcorides ita haec verba ſcripſit: Arceſilao autem male olebat flatuoſum, pro eo quod eſt, malum odorem exhalabat flatuoſum; ita enim ſcriptum eſſe voluit. At reliqui omnes hanc vocem, *flatuoſum*, ſequentis partis initium eſſe voluerunt, ut deinceps ſcriptum eſt.

XIII.

Flatuoſum in furfuroſis ſimul cauſa eſt. Etenim flatuoſi ſunt.

Ed. Chart. IX. [444.] Ed. Baſ. V. (478.)

Τίνας λέγει πιτυρώδεις ἄπορον εὑρεῖν, ἐάν τέ τις μὴ καθάπερ Ἡροδότου καὶ Κτησίου μόνον ὡς ἱστορίαν ἀναγινώσκῃ τὰ βιβλία τῶν παλαιῶν ἰατρῶν, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ πλεῖόν τι ἔχειν εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα. πολλοὶ δὲ τῶν ἐξηγητῶν ἀμελήσαντες τούτου καὶ μάλισθ' ὅσοι τὸ σοφιστικὸν εἶδος ζηλώσαντες ἐπὶ τὸ πρόχειρον ἀφικνοῦνται τῆς ἐξηγήσεως, ὃ κατὰ τὴν τῆς λέξεως ἔνδειξίν ἐστιν, οὐκέτι βασανίζοντες ἐπὶ τῶν νοσούντων τὴν τῶν λεγομένων ἀλήθειαν. οὕτω γοῦν καὶ νῦν πιτυρώδεις λελέχθαι δεξάμενοι τοὺς πίτυρα συνεχῶς ἐν τῇ κεφαλῇ γεννῶντας, ἀποδιδόναι τούτου τὴν αἰτίαν πειρῶνται, λέγοντες ὑπὸ περιττωμάτων ἐν τῇ κεφαλῇ ἀναφερομένων γίνεσθαι τὰ πίτυρα, φέρεσθαί τε αὐτά φασι πρὸς τὰ μετέωρα ὑπὸ πνεύματος θερμοῦ καὶ διὰ τοῦτο φυσώδεις τοὺς τοιούτους. μοχθηρὸς δ' ὁ λόγος αὐτῶν ἐστι, πρῶτον μὲν ὅτι τὸ φαινόμενον οὐκ ἔχει μαρτυροῦν· μυρίους γὰρ οἴδαμεν ἥκιστα φυσώδεις, οἷς ἐν τῇ κεφαλῇ συνεχῶς γίνεται πίτυρα· δεύτερον δὲ εἰ καὶ τὸ φαινόμενον αὐτοῖς ἐμαρτύρει, πάντων τῶν περιττώματα τρεφόντων

Quos furfuroſos dicat inventu difficile eſt, modo quis ne, velut Herodoti et Cteſiae tanquam hiſtoriam, veterum medicorum libros evolvat, ſed quo ad artis opera magis proficiat. Multi autem interpretes id negligunt et maxime quicunque ſophiſticam doctrinae ſpeciem aemulati, ad eam explanationem deveniunt, quae ad manum eſt, quamque verba ipſa prae ſe ferunt; neque praeterea in aegrotantibus dictorum veritatis periculum faciunt. Igitur ita quoque nunc eos furfuroſos dictos eſſe intelligentes, quibus aſſidue in capite furfures creantur, iſtius rei cauſa referre conantur, dicentes, ab excrementis caput ſubeuntibus furfures provenire excrementaque in ſublime a calido ſpiritu ferri, ob idque iſtos flatuoſos eſſe. At ipſorum improbus ſermo eſt: primo quidem, quoniam evidentis rei teſtimonio caret: mille enim minime flatuoſos novimus, quibus in capite perennis furfurum proventus eſt. Secundo et ſi res ipſa teſtimonium ipſis favens praeberet, omnibus calida excrementa contrahentibus commu-

Ed. Chart. IX. [444.] Ed. Baf. V. (478. 479.)

θερμὰ, κοινὸς ὁ λόγος ἐγίνετο καὶ τρίτον πρὸς τούτοις, ὅτι τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ὡς τὰ πολλὰ διὰ τὴν οἰκείαν κρᾶσιν ἔστι σύμπτωμα τὸ γεννᾶν πίτυρα κατὰ φύσιν ἐχόντων τῶν χυμῶν. εἰκότως οὖν ἔνιοι τὴν παλαιὰν γραφὴν ὑπαλλάξαντες ἔγραψαν τὸ φυσῶδες συναίτιον τοῖσι πτερυγώδεσι. ἐμάθετε δ' ὅτι πτερυγώδεις ἔθος ἐστὶ (479) *τοῖς ἰατροῖς ὀνομάζειν τοὺς ὁμοίως ὀρνίθων πτέρυξι τὰς ὠμοπλάτας ἔχοντας ἐκκειμένας τε καὶ προηκούσας εἰς τοὐπίσω. τούτοις οὖν φασι συναίτιον εἶναι τὸ φυσῶδες ἐμπίπτειν εἰς τὸ πάθος ὥσπερ ἐμπίπτουσι, τουτέστιν εἰς τὴν ἀναγωγὴν τοῦ αἵματος· καὶ γὰρ εἶναι φυσώδεις αὐτούς. ὅτι μὲν οὖν εἰς τὸ ῥαγῆναί τι κατὰ τὸν πνεύμονα συναίτιόν ἐστι τὸ φυσῶδες οὐκ ἄδηλον. εἰ δὲ καὶ φυσώδεις εἰσὶν οἱ στενοθώρακες, τοῦτο διὰ τῆς πείρας βασανιστέον ἡμῖν ἐπιμελῶς. ἐμοὶ μὲν γὰρ ἐφάνησαν ὀλίγου δεῖν ἅπαντες τοιοῦτοι καὶ τάχα διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς ζωτικῆς θερμασίας, ἣν ἐκ τῆς καρδίας ὁρμᾶσθαι μεμαθήκατε. μικρὰν οὖν ἔχοντες οἱ πτερυγώδεις τὴν καρδίαν ἀκολούθως ταύτῃ καὶ τὴν ἅπαντι*

nis haec ratio eſſet: et tertio ad haec, quod ipſius capitis plerumque, ob propriam ejus temperiem, ſymptoma eſt furfures creare, etſi humores naturaliter affecti ſint. Jure igitur quidam veterem lectionem commutantes ſcripſerunt, flatuoſum cauſa ſimul eſt alatis; medicis autem conſuetudinem eſſe, eos alatos nominare, qui ſcapulas eminentes, avium alarum inſtar retrorſumque productas habent, vos non latet. Iſtis igitur inquiunt flatuoſum ſimul eſſe cauſam ut in affectum incidant, quemadmodum incidunt, hoc eſt ejectionem ſanguinis, ipſos enim flatuoſos eſſe. Quod quidem ad frangendum aliquid in pulmone, adjuvans cauſa ſit flatuoſum, neminem praeterit; an vero et anguſti pectoris homines flatuoſi ſint, id experientia nobis curioſe inveſtigandum eſt. Mihi quidem fere omnes ejusmodi viſi ſunt et forſan ob vitalis caloris penuriam, quem ex corde emanare didiciſtis. Igitur alati exiguum cor habentes, ſecundum quoque hujus proportionem et calorem

Ed. Chart. IX. [444.] Ed. Baſ. V. (479.)

τῷ σώματι θερμασίαν ἐξ αὐτῆς ἐπιῤῥέουσαν ἔχουσιν ἀσθενῆ. διὰ γάρ τοι τὴν ἀσθένειαν ταύτης ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ἡ καρδία γέγονεν, ὡς ἐμάθετε, μικρά τινες δ' οὐ πτερυγώδεσιν, ἀλλὰ πυρετώδεσιν γράφουσι, τὴν λέξιν ποιοῦντες τοιάνδε· τὸ φυσῶδες συναίτιον τοῖς πυρετώδεσι· καὶ γάρ εἰσι φυσώδεις. οὐκ ἀληθεύουσι δ' οὐδ' αὐτοὶ πάντας τοὺς πυρετώδεις φυσώδεις εἶναι νομίζοντες. ὅ γε μὴν Διοσκορίδης, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔφην, ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς προγεγραμμένης ῥήσεως γράψας τὸ φυσῶδες, ὧδέ πως ἔγραψε τὴν νῦν προκειμένην ῥῆσιν· συναίτιον οἱ πτερυγώδεες, ὡς εἶναι τὸ συνεχὲς ὅλως αὐτῆς τοιόνδε. Ἀρκεσιλάῳ δὲ κακὸν ᾠδει τὸ φυσῶδες. εἶθ' ἑξῆς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς· συναίτιον οἱ πτερυγώδεες· καὶ γάρ εἰσι φυσώδεες. ἄλις δ' οὖν ἤδη καὶ τῶν φυσωδῶν, ἵνα μὴ τῷ λόγῳ νῦν ἀεὶ παραιτῶμαι τοῦ γράφειν πολλά, τῷ δ' ἔργῳ κατάφωρος γίνωμαι μηκύνειν περιττῶς.

---

ab ipſo in omne corpus emanantem imbecillum habent; ob hujus namque in ipſa origine infirmitatem cor, ut didiciſtis, exiguum creatum eſt. Quidam autem non alatis, ſed febriculoſis ſcribunt, locutionem hujusmodi facientes, flatuoſum ſimul cauſa eſt febriculoſis, etenim flatuoſi ſunt; verum neque ipſi recte ſentiunt, omnes febriculoſos flatuoſos eſſe arbitrantes. Dioſcorides ſane, ut paulo ante dicebam, in calce praepoſitae ſententiae hanc vocem, *flatuoſum*, collocans, ita propoſita verba ſcripſit; ſimul cauſa alati, ut tota ipſa continuata locutio, ita ſe habeat: Arceſilao autem male olebat flatuoſum; poſtea deinceps ab alio initio, ſimul cauſa alati, etenim ſunt flatuoſi. Abunde igitur de flatuoſis jam dictum eſto, ne oratione in praeſentia et ſemper multa ſcribere devitem, re autem vera nimis verboſus eſſe deprehendar.

Ed. Chart. IX. [445.] Ed. Baf. V. (479.)

ιδ'.

[445] *Τὸ ψυχρὸν πάνυ φλεβῶν ῥηκτικὸν καὶ βηχῶδες, οἷς χιὼν, κρύσταλλος καὶ συσιρεπτικὸν, οἷον τὰ φήρεα καὶ αἱ γογγρῶναι, συναίτιον καὶ αἱ σκληρότητες.*

Εἴρηται μὲν ἐπὶ πλέον ἔν τε τῷ περὶ ὑγρῶν χρήσιος κἀν τοῖς ἀφορισμοῖς ὁποία τίς ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ ψυχροῦ. λέλεκται δέ τινα καὶ νῦν αὐτοῦ τῶν ἔργων ὡς ἐν ὑποτυπώσει χρήσιμα πρὸς τὴν τῆς καθόλου δυνάμεως εὕρεσιν. ὅσον μὲν γὰρ ἐφ' ἑαυτῷ συνάγει καὶ πυκνοῖ καὶ πιλεῖ καὶ σφίγγει τὸ ψυχρὸν ἅπανθ' ὅσοις ἂν πλησιάζῃ, καὶ διὰ τοῦτο τάς τε ἀδήλους αἰσθήσει διαπνοὰς τῶν σωμάτων καὶ τὰς αἰσθητὰς ἐκροὰς κωλύει. οὕτω γοῦν κἀν ἀφορισμοῖς ἔγραψεν· ἐν τούτοισι δὲ τῷ ψυχρῷ χρῆσθαι, ὅταν αἱμορῥαγέειν μέλλῃ, μὴ ἐπ' αὐτὰ, ἀλλὰ περὶ αὐτὰ, ὅθεν ἐπιῤῥεῖ. καὶ ὅσα τούτων ἐφεξῆς εἴρηκεν ἔργα τοῦ ψυχροῦ τῆς οἰκείας δυνάμεως, ὅταν διὰ μέσου μηδενὸς ἐνεργῇ. πάλιν δ' ὅταν εἴπῃ, τὰ ψυχρὰ, οἷον χιὼν, κρύσταλλος, στήθει

XIV.

Frigidum valde venas frangit et tuſſim citat, ut nix, glacies et contrahit, ut pherea et gongronae. Simul cauſa duritiae.

Et in libro de liquidorum uſu, ut in aphoriſmis fuſius diſputatum eſt, qualis nam frigidi facultas ſit, nunc quoque aliqua ipſius opera per quandam veluti deſignationem relata ſunt, ad ejus communem vim explorandam utilia futura. Quantum enim in ipſo eſt, omnia quae attingit frigidum, cogit, denſat, ſtringit, coarctat; quocirca et ſenſum latentes corporum difflationes et ſenſiles effluxus intercludit. Sic igitur et in aphoriſmis ſcripſit: in iſtis vero frigido uti, quum ſanguis erupturus eſt, non in ipſa, ſed circa ipſa, unde effluit et quaecunque deinceps opera propriae frigidi facultatis, quando nullo intercedente medio agit, enumeravit; item quum dixit: frigida ut nix, glacies, pectori inimica, tuſſium excitatoria, ſan-

Ed. Chart. IX. [445.] Ed. Baſ. V. (479.)

πολέμια, βηχέων κινητικὰ, αἱμορῥοϊκὰ καὶ καταῤῥοϊκὰ, τὸ μὲν στήθους πολέμια κατὰ τὴν τοῦ αὐτοῦ τοῦ ψυχροῦ δύναμιν εἶπεν, τὸ δὲ βηχέων κινητικὰ αἱμορῥοϊκὰ διὰ μέσων ἑτέρων. ἐπειδὴ γὰρ εἰς ἑαυτὰ συνάγεται καὶ σφίγγεται τὰ σώματα τῶν περιεχόντων ἀγγείων τὸ αἷμα, διὰ τοῦτο ἐνίοτε συμβαίνει ῥήγνυσθαι τοὺς χιτῶνας αὐτῶν, ἵν' ὅπερ ὑπὸ πολλοῦ τοῦ περιεχομένου γίνεται ἐν τοῖς χαλαροῖς ἀγγείοις, τοῦτο ὑπὸ τοῦ μὴ πολλοῦ, συμβαίνει τοῖς τεταμένοις. διὰ τοῦτο οὖν οὐχ ἁπλῶς εἶπεν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει τὸ ψυχρὸν εἶναι φλεβῶν ῥηκτικὸν, ἀλλὰ τὸ πάνυ ψυχρὸν ἔφη. ταὐτὸ δὲ τοῦτο δυνάμει κἀν τοῖς ἀφορισμοῖς ἔγραψεν ἐν τῷ φάναι, τὰ ψυχρὰ, οἷον χιὼν κρύσταλλος, ἐξηγησάμενος διὰ τῶν παραδειγμάτων τίνα τ' ἐστὶ τὰ πάνυ ψυχρά. πάλιν δ' ἐν ἀφορισμοῖς εἰπών· ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα περισκληρύνειν, νῦν εἶπε τὸ ψυχρὸν συστρεπτικὸν, ἐν ἴσῳ τῷ συναπτικόν. οὕτως οὖν ἐργάζεται καὶ τοὺς ἐν τοῖς νευρώδεσι μορίοις ὄγκους. καὶ κατά γε τὰ νεῦρα τά τε γαγγλία καλούμενα καί τινας ἄλλας τάσεις

guinis profluvii provocatoria, deſtillationum inductoria. Illud quidem, pectori inimica, ſecundum ipſius frigidi facultatem dixit. Illud autem tuſſium excitatoria, ſanguinis profluvii provocatoria, per interventum aliorum. Quoniam enim in ſe ipſa compinguntur atque coarctantur vaſculorum ſanguinem continentium corpora, propterea nonnunquam ipſorum tunicas frangi contingit, ut quod a contento in laxis receptaculis fit, id a non multo diſtentis inveniat. Ideo igitur in propoſitis verbis non abſolute frigidum venas frangere, ſed valde frigidum dixit. Eandem ſententiam innuentia verba et in aphoriſmis ſcripſi inquiens: frigida ut nix, glacies, per exempla, quaenam ſint valde frigida, interpretatus. Item quum in aphoriſmis dixerit: ulceribus frigidum mordax, cutem obdurat, nunc dixit: frigidum contrahendi vim habet, quod idem eſt ac copulandi. Sic igitur et in nervoſis membris tumores creat et in nervis ganglia quae vocantur et alias

Ed. Chart. IX. [445. 446.] Ed. Baſ. V. (479.)

τὰς μὲν προμηκεστέρας, τὰς δὲ στρογγυλωτέρας. καί μοι δοκεῖ τὰς προμηκεστέρας ὠνομακέναι φήρεα, τὰς δὲ στρογγυλωτέρας γογγρώνας, φήρεα μὲν εἰπὼν τὰ μὲν ἐμφέρειαν ἔχοντα φηρεῶν, οὕτω γὰρ ὠνομάκασιν ἔνιοι τῶν Ἰώνων σατύρους, οὓς γράφουσί τε καὶ πλάττουσι προμήκεις ἔξοχὰς ἔχοντας παρὰ τοῖς ὠσὶ, γογγρώνας δὲ τὰς περιφερεστέρας ἔξοχὰς μετὰ σκληρότητος, οἷαί περ εἰσὶν αἱ γινόμεναί τισι τῶν δένδρων ἐπιφύσεις, ἃς καλοῦσι γόγγρους, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ φυτῶν ἔγραψε λέξιν οὕτως ἔνια δὲ ἴσχει τοὺς καλουμένους ὑπό τινων γόγγρους ἢ τὸ ἀνάλογον, οἷον ἐλαία. λέγουσι δ' ἔνιοι καὶ νῦν ἔτι κατὰ Θετταλίαν ἀκηκοέναι τινῶν γογγρώνας ὀνομαζόντων τὰς τοιαύτας σκληρότητας, ὅταν ἐν τραχήλῳ συστῶσιν, οὐ μὴν τά γε φήρεα λέγοντός τινος οὔτ' αὐτὸς ἤκουσα κατά τι τῶν ἐθνῶν οὔτε τινὸς ἀκηκοότος ἐπυθόμην. καίτοι τινὲς τῶν ἐξηγητῶν φασι τὸν Ἱπποκράτην φήρεα καλεῖν τὰ ἐν Φηραῖς τῆς Πελοποννήσου πλεονάζοντα. τινὲς δὲ διὰ τοῦ ε τὴν πρώτην συλ- [446] λαβὴν γράφοντες ἅμα τῷ φ δη-

quasdam tenſiones, alias oblongiores, alias rotundiores. Mihique videtur oblongiores vocaſſe *pherea*, rotundiores autem *gongronas*, pherea quidem eas vocans, quae φηρεῶν ſimilitudinem habent; ita enim quidam Iones ſatyros appellarunt, quos pingunt finguntque oblongas apud aures exceſſus habentes; gongronas vero rotundiores cum duritia exceſſus, quales in quibusdam arboribus appendices ſunt, quas *gongros* vocant, ut etiam Theophraſtus in primo de ſtirpibus ad verbum ita ſcripſit: non multae vero habent et vocatos a quibusdam gongros aut ipſis proportione reſpondentia, ut olea. Dicunt et aliqui nunc etiam in Theſſalia ſe quosdam audiviſſe tales duritias, quum in collo creatae ſunt, gongronas appellantes. Verum quemquam pherea dicentem, neque ipſe uſquam gentium audivi, neque aliquem, qui audiverit, novi; quamvis nonnulli explanatores Hippocratem dicant pherea vocare, quae Pheris Peloponneſi civitate abundant. Alii per epſilon primam ſyllabam ſcribentes una cum ph, ſcilicet

Ed. Chart. IX. [446.] Ed. Baf. V. (479.)

λονότι, φήρεά φασιν αὐτὸν ὀνομάζειν τὰ ἐν Φεραῖς τῆς Θετταλίας πολλάκις γινόμενα. τοῦ μέντοι τὰς προμήκεις ἐξοχὰς ὀνομάζειν φήρεα μαρτύριον εἶναι δοκεῖ καὶ τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ τῶν ἐπιδημιῶν ἑβδόμῳ κατὰ λέξιν οὕτως· ἐπεδήμησαν βῆχες, μάλιστα δὲ παισίοις, τὰ περὶ τὰ ὦτα πολλοῖσιν, οἷα τοῖς σατύροις. τὸ δὲ ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς προκειμένης ῥήσεως, συναίτιον καὶ αἱ σκληρότητες, τοιοῦτον σημαίνει. ταῖς τῶν εἰρημένων παθῶν γενέσεσιν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ συναίτιόν ἐστι καὶ ἡ σκληρότης τοῦ σώματος, ἐν ᾧ συνίσταται τὰ πάθη, τουτέστιν, ὅταν ὁ ἄνθρωπος ᾖ φύσει σκληρὸν ἔχων τὸ δέρμα. διὰ γὰρ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τό τε ψυχρὸν αἴτιόν ἐστι τῆς τῶν εἰρημένων παθῶν γενέσεως τό τε δέρμα τὸ σκληρόν. ὅτι γὰρ, ὡς αὐτὸς ἔφη, τὸ ψυχρὸν δέρμα περισκληραίνει, διὰ τοῦτο τὰ τοιαῦτα πάθη γεννᾶ, διεξέρχεσθαι δὲ αὐτοῦ τῶν ὑπ' αὐτῷ συναθροιζομένων χυμῶν μὴ δυναμένων. οἷς οὖν ἐστι φύσει σκληρὸν τὸ δέρμα, τούτοις συναίτιον καὶ αὐτὸ γίνεται τοῦ μήτε διαφορεῖσθαι τοὺς παχεῖς καὶ γλίσχρους χυμοὺς,

pherea, dicunt ipſum appellare quae Pheris Theſſaliae urbe plerumque oriuntur. At quod ipſe longiores exceſſus pherea nominet, illud etiam quod in ſeptimo de vulgaribus morbis ad verbum ita ſcriptum eſt: in vulgus graſſabantur tuſſes, maxime vero in pueros, qui ſecundum aures multis; qualia ſatyris, teſtimonium dictis noſtris praebere videtur. Sed quod in calce propoſiti ſermonis ſcribitur, ſimul cauſa et duritiae id ſignificat, dictorum vitiorum a frigore creationes adjuvant cauſa et corporis, in quo affectus oriuntur, duritia, id eſt cum homo dura naturaliter cute ſit: eadem enim ratione et frigidum et dura cutis poſitorum affectuum originis cauſae ſunt. Nam quoniam, ut ipſe inquit, frigidum cutim obdurat, ideo hujusmodi affectus creat, ſuccis ſub cute contractis per ipſam tranſire nequeuntibus. Quibus igitur natura cutis dura eſt, iſtis et ipſa adjutrix cauſa fuerit ut ne craſſi lentique humores digerantur; ſub ipſa vero congeſti du-

Ed. Chart. IX. [446.] Ed. Baſ. V. (479. 480.)

ἀθροιζομένους δ' ὑπ' αὐτῷ τοὺς εἰρημένους σκληροὺς καὶ σκιῤῥώδεις ὄγκους ἐργάζεσθαι. ὅτι δὲ καὶ φλεβῶν ῥῆξις ἐν τοῖς φύσει σκληροτέροις ἔσται διὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ βίαν οὐκ ἄδηλόν ἐστιν. εἰ γὰρ ὑπὸ τοῦ περιεχομένου κατὰ τὰς φλέβας αἵματος ἡ ῥῆξις γίνεται τῶν ἀγγείων, ἐν τοῖς τοιούτοις ἔσται μᾶλλον, ὅσα διὰ σκληρότητα δυσχερῶς καὶ μόγις ἀνευρύνεται. τὰ γὰρ ἐπὶ πλέον ἐκτείνεσθαι πεφυκότα, κἂν πολὺ τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς ᾖ, στέγει τοῦτο μὴ ῥηγνύμενα, καὶ βῆχες δ' ἂν εἰκότως ἐν τοῖς φύσει σκληροτέροις σώμασι γίνοιντο. λέλεκται γὰρ ὅτι τῶν μαλακῶν ῥᾷον ταῦτα τραχύνεται. γεγραφότων δέ τινων κατὰ τὴν ῥῆσιν ἀντὶ τοῦ, βηχώδες, φυσώδες, εἰπεῖν τι καὶ περὶ τούτου προσήκει. φαίνεται γὰρ ὁσημέραι τὰ κατὰ τὴν γαστέρα πνεύματος φυσώδους ἐμπιπλάμενα τοῖς ψυχθεῖσιν, ἀλλ' ἥ γε παλαιὰ γραφὴ τῆς ῥήσεως οὐ τὸ φυσώδες, ἀλλὰ τὸ βηχῶδες ἔχει καὶ κατὰ τοὺς ἀφορισμούς, ὡς ἔφην (480) ἄρτι, τῶν ψυχροτάτων ὑλῶν ἐν παραδείγματι μνημονεύσας,

ros vocatos et ſcirrhoſos tumores efficiant. Quod etiam venarum diruptio ob frigidi vim natura durioribus eventura ſit, nemini dubium eſt. Nam ſi a ſanguine in venis incluſo effractio vaſculorum fit, in illis plus fiet, quaecunque prae duritia aegre vixque dilatantur. Quae enim latius extendi apta ſunt, etſi quod in ipſis continetur multum ſit, id tamen citra ſciſſuram includunt et cohibent. Item et tuſſes in natura durioribus corporibus jure excitantur: ſiquidem dictum eſt, ea facilius quam mollia exaſperare. Quum quidam vero in hoc ſermone pro hac voce *βηχῶδες*, id eſt *tuſſes excitans; φυσῶδες*, id eſt *flatuoſum*, ſcripſerint, aliquid et de hoc dicere convenit: quotidie namque refrigeratis corporibus flatuoſo ſpiritu ventrem repleri cernuntur. Verum antiqua lectio non *φυσῶδες*, id eſt flatuoſum, ſed *βηχῶδες*, id eſt tuſſiculoſum, ut verbum verbo reddam, agnoſcit. Atque in aphoriſmis, ut paulo ante retuli, frigidiſſimarum rerum loco exempli mentionem faciens, ipſis non addit flatuo-

Ed. Chart. IX. [446.] Ed. Baſ. V. (480.)

οὐ προσέθηκεν αὐταῖς τὸ φυσῶδες. τὰ γὰρ ψυχρὰ, φησὶν, οἷον χιὼν, κρύσταλλος, στήθει πολέμια, βηχῶν κινητικὰ, αἱμορῤῥοϊκὰ καὶ καταῤῥοϊκά. διδάσκει τε καὶ τὴν νῦν προκειμένην ἡμῖν ῥῆσιν καὶ κατὰ τὸν εἰρημένον ἀφορισμὸν, οὐχ ἁπλῶς γίνεται διὰ τὸ ψυχρὸν, ἀλλ' ὅσα διὰ τὸ λίαν ψυχρόν. ἐνταῦθα μὲν εἰπὼν, τὸ ψυχρὸν πάνυ φλεβῶν ῥηκτικὸν, ἐν δὲ τοῖς ἀφορισμοῖς τὸ, οἷον χιὼν, κρύσταλλος. ὅτι δὲ μετέχειν τινὸς δεῖται θερμασίας τὰ φυσώμενα, καθάπερ γε καὶ τὰ .

ιε'.

Τὸ μετ' οὖρησιν σύναγμα παιδίοισι μᾶλλον, ἆρα ὅτι θερμότερα;

Ὅτι μὲν ὁ λόγος ὅδε περὶ τῶν λιθιώντων παιδίων ἐστὶν ἅπαντες εἰρήκασιν οἱ ἐξηγησάμενοι τὸ βιβλίον, οὐ μὴν τὸ διὰ τί προσέθηκε τὸ μετ' οὖρησιν, ἐνὸν ἁπλῶς γράψαι τὸ σύναγμα παιδίοισιν, ἐπεσκέψαντο, καθάπερ οὐδὲ διὰ

ſum. Frigida enim, inquit, ut nix, glacies, pectori inimica, tuſſium excitatoria, ſanguinis effluvii provocatoria et deſtillationes commoventia. At propoſitis in verbis et in narrato aphoriſmo non ſimpliciter quae a frigido, ſed quae a valde frigido fiant, edocet hoc loco dicens, frigidum valde venas rumpit: in aphoriſmis, ut nix, glacies. Quod autem aliquam caliditatem participare debeant quae inflantur ſaepe didiciſtis, ſicut et quae . . .

XV.

Poſt mictum concretio puerulis magis. Num quoniam calidiores?

Quod de calculoſis pueris hic ſermo ſit omnes libri explanatores aſſeruerunt, ſed cur *poſt mictum* adjecerit, quum ſimpliciter ſcribere liceret, concretio puerulis, haud perinde contemplati ſunt, ſicut neque illud etiam, cur

Ed. Chart..IX. [447.] Ed. Baf. V. (480.)

[447] τί τὸν ἀπορητικὸν σύνθεσμον προσέθηκεν, οὐχ ἁπλῶς εἰπὼν τὸ σύναγμα παιδίοισιν ὅτι θερμότερα. τὸ γὰρ ἆρά γε θερμότερα, τοῦ μὴ τολμῶντος ἀποφήνασθαι βεβαίως ἐστὶν ἀνδεικτικόν. καίτοι γε ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ἁπλῶς ἔφη, τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. τὸ μὲν οὖν ὄνομα τοῦ συνάγματος ἐν μόνῳ τῷ ἑβδόμῳ τῶν ἐπιδημιῶν εὗρον, εἰπόντος τοῦ γράψαντος αὐτὸ καὶ σύναγμα ἐφαίνετο ἐν τῷ χερνίβῳ. διὰ τί δὲ τὸ μετ' οὔρησιν ἢ διὰ τί τὸ ἆρα προσέθηκεν ἑξῆς ἐπισκεψόμεθα, καὶ πρῶτόν γε τὸ περὶ τῆς ἀπορίας, εἰ καὶ δεύτερον γέγραπται. ἤτοι τοίνυν ἔτι μὲν ἀπορῶν ἔγραψε ταῦτα, τῷ χρόνῳ δὲ εὑρών τινα ἀπόδειξιν ἀπεφήνατο περὶ τῆς τῶν αὐξανομένων κράσεως, ἢ, ὅπερ ἄμεινόν ἐστι, διώρισται πρὸς ἡμῶν ἔν τε τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασι κἀν τοῖς εἰς τοὺς ἀφορισμούς. οὐχ ἁπλῶς ἐστι θερμότερος ὁ παῖς τοῦ ἀκμάζοντος, ἀλλὰ τῷ συμφύτῳ θερμῷ θερμότερος. ἐδείχθη δὲ τούτου θερμότερον ἁπλῶς τὸ μὴ σύμφυτον, ὃ πλέον κτῶσιν οἱ ἀκμάζοντες. ὥστ' εἰκὸς ἦν μᾶλλον ὑπὸ τούτου τοῦ θερμοῦ πήγνυσθαι τὸν ἐν

dubitativam conjunctionem adjecerit, non ſimpliciter dicens, concretio puerulis, quoniam calidiores: iſte enim loquendi modus, num quia calidiores, pro certo affirmare non audentis indicativus eſt. Atqui in aphoriſmis abſolute protulit, augeſcentes plurimum habent inſitum calidum. Nomen quidem concretionis in ſolo ſeptimo de morbis vulgaribus libro inveni, ejus libri ſcriptore dicente: et concretio apparebat in aqua, qua manus lotae ſunt. Sed quare, *poſt mictum*, aut quare, *num*, adjecerit, deinceps conſiderabimus. Ac primum de dubitatione, etſi ſecunda ſcripta ſit, videamus. Aut igitur adhuc dubitans haec ſcripſit; temporis autem ſpatio aliqua demonſtratione comperta firmam de creſcentium temperatura ſententiam tulit; aut quod et melius eſt et a nobis in commentariis de temperamentis et in aphoriſmis decretum fuit, non abſolute puer adulto calidior eſt, ſed inſito calore calidior. Calidum autem non ingenitum eo abſolute calidius eſſe monſtratum eſt, quo adulti plus abundant; quocirca

Ed. Chart. IX. [447.] Ed. Baſ. V. (480.)

τῇ κύστει λίθον. διὰ τοῦτο μὲν οὖν εἰκότως ἀπορεῖ· τὸ δ' ἀληθές ἐστι, λίθους τοῖς παιδίοις ἐν τῇ κύστει, διὰ τὸ πάχος τῶν οὔρων. ὅτι μὲν οὖν οὐρεῖται παχύτατα τοῖς παιδίοις οὖρα καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἅπασιν ἰατροῖς ὡμολόγηται. διὰ τί δὲ οὐρεῖται τοιαῦτα, καθ' αὐτὸ μὲν ἄξιον ἐπισκέψεώς ἐστιν, εἰς δὲ τὸ προκείμενον οὐδὲν συντελεῖ. τὸ γὰρ οὐρεῖσθαι παχέα καὶ φαινόμενον σαφῶς καὶ πράγμασιν ὡμολογημένον. τὸ γάρ τοι πάχος τοῦτο συνιστάμενόν τε καὶ ἀθροιζόμενον, ὅταν ἅπαξ ποτὲ μὴ κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἐκκριθὲν ἔνδον ἐπὶ πλέον μείνῃ, συστάσεώς τε καὶ πήξεως ἀρχὴν λαμβάνει. γενομένης δὲ τοιαύτης ἀρχῆς, ἑτοίμως λοιπὸν ὅσον ἅπαν αὖθις εἰς τὴν κύστιν ἀφικνεῖται παχύ, προσπλάττεται τούτῳ καὶ γίνεται μείζων ὁ πωρώδης λίθος, ὥσπερ ἐκτὸς ἔν τε τοῖς αὐτοφυέσι θερμοῖς ὕδασιν ὁρᾶται συνιστάμενος ἔν τε τοῖς ἀγγείοις, ἐν οἷς ὕδωρ ὁσημέραι θερμαίνεται. τὸ τοίνυν πάχος τῶν οὔρων τὴν πρώτην τε καὶ μεγίστην αἰτίαν ἔχει τῆς τῶν λίθων γενέσεως.

par erat ab eo potius calido in veſicam lapidem concreſcere. Propterea igitur haud injuria anceps eſt. Veritas autem eſt, calculos pueris in veſica ob urinae craſſitudinem procreari. Porro urinas craſſiſſimas a pueris reddi et ab omnibus ante nos medicis conceſſum eſt; ſed cur tales reddantur ipſum quidem per ſe ſpeculatione dignum eſt, ad rem autem propoſitam nihil facit. Craſſas enim urinas excerni et evidenter apparet et rerum teſtimonio declaratum eſt: hujusmodi namque craſſitudo multa collecta et in unum coiens, quum ſemel aliquando non opportune excreta, intus diutius manſerit, coagmentandi concreſcendique initium capit. Eo vero principio facto, facile poſtea quicquid iterum reliqui craſſi in veſicam delabitur, priori agglutinatur majorque inde tophoſus calculus redditur: quemadmodum extra et in calidis aquis ſponte naſcentibus et in vaſis, ubi caleſit aqua quotidie, lapis coaleſcere cernitur. Igitur urinarum craſſitudo creandorum calculorum prima potiſſimaque cauſa eſt; caliditas

Ed. Chart. IX. [447.] Ed. Baſ. V. (480.)

ἡ δὲ θερμότης ἀρκεῖ καὶ σύμμετρος οὖσα πρὸς τὴν τῆς τοιαύτης ὕλης γένεσιν, ἀμέλει κἂν τοῖς θερμοῖς αὐτοφυέσιν ὕδασι, κᾆν χλιαρώτερα τῶν συμμέτρων ᾖ, φαίνονται συνιστάμενοι πῶροι. διὰ τοῦτ' οὖν μοι δοκεῖ καὶ ὁ Ἱπποκράτης προσθεῖναι τὸ ἆρα, διότι καὶ ἡ τοσαύτη θερμότης, ἣν ἔχει παιδία φύσει, συνεργεῖ τι πρὸς τὴν πῆξιν, οὐ μὴν αὐτῆς γε τὸ πλεῖστον, ἀλλ' ἡ τῆς ὕλης ποιότης ἐξῆς ὁ λίθος γίνεται, τῆς συστάσεως αὐτῆς τὴν αἰτίαν ἔχει. διὰ τί οὖν προσέθηκε τὸ μετ' οὔρησιν, καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπε, τὸ σύναγμα παιδίοισιν; ὅτι περὶ τῶν ἐν τῇ κύστει λίθων τὸν λόγον ποιεῖται νῦν, οὐ τῶν ἐν τοῖς νεφροῖς. γίνεται δὲ ἡ σίστασις τῶν μὲν ἐν τῇ κύστει μετὰ τὴν οὔρησιν, τῶν δ' ἐν τοῖς νεφροῖς πρὸ τῆς οὐρήσεως. ἴσμεν δὲ τὰ μὲν παιδία τοὺς ἐν τῇ κύστει λίθους γεννῶντα, τοὺς παρακμάζοντας δὲ τοὺς ἐν τοῖς νεφροῖς, ὅπερ οὖν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔφην, ὅτι μὲν οὕτως ἔχει ταῦτα, μαρτυρεῖ τὸ φαινόμενον αὐτό. τίς δέ ἐστιν ἡ αἰτία κατὰ σχολὴν ἔξεστι ζητεῖν. ὥσθ' ἡ μὲν ἐξήγησις ἤδη πεπέραται· τὴν δ' αἰτίαν

vero etiam mediocris ad hujusmodi materiam ſpiſſandam ſatis eſt: nempe et in calidis aquis ſcaturientibus, etſi moderatis tepidiores ſint, tophi concreſcentes apparent. Hac itaque ratione Hippocrates hanc vocem, *num*, adjeciſſe mihi videtur, quoniam et tanta caliditas, quam ingenitam pueri habent, ad coagmentandum aliquid facit; verum non ipſa praecipue, ſed materiae, ex qua ſit lapis, qualitas, ipſius compactionis cauſa exiſtit. Caeterum cur, poſt mictum, adjecit et non abſolute dixit, *concretio puerulis?* quoniam de calculis in veſica et non in renibus nunc ſermonem facit. Fit autem lapillorum in veſica concretio poſt mictum, in renibus ante mictum. At pueris in veſica, jam declinante vero aetate hominibus in renibus lapillos provenire nos haud praeterit. Ergo, quod dudum dicebam, rem ita ſe habere quod ſenſibus appareret manifeſtat: quaenam vero cauſa ſit per otium quaerere licet. Quare explanationi jam finis factus eſt; cau-

Ed. Chart. IX. [447. 448.] Ed. Baſ. V. (480.)

ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν, οὕτω καὶ νῦν ἐκ περιουσίας ἐρῶ, πρότερόν γε μεμψάμενος τοῖς εἰποῦσι διὰ τοῦτο γίνεσθαι [448] τοῖς παιδίοις τοὺς λίθους, ὅτι στενόπορα διὰ μικρότητα τῶν ἀγγείων εἰσίν. ἐχρῆν γὰρ, ὅσον ἐπὶ τοῦτο, τοὺς ἐν τοῖς νεφροῖς λίθους μᾶλλον γίνεσθαι τοῖς παιδίοις. στεναὶ γὰρ αἱ κατ' ἐκείνους διεξοδοι. τῆς κύστεως δ' ὁ τράχηλος εὐρύς ἐστιν εἰς τοσοῦτον τοῖς παιδίοις, ὡς πάσης ὕλης πάχος ἑτοίμως αὐτοῦ διεξέρχεσθαι. μή ποτ' οὖν οὐδὲ ἐπὶ τῶν προηκόντων κατὰ τὴν ἡλικίαν ἡ στενότης τῶν ἐν νεφροῖς πόρων αἰτία τῆς τῶν λίθων γενέσεώς ἐστιν, ἀλλὰ τό τε τῶν ἐνεργειῶν ἀσθενὲς καὶ τὸ τῶν παχέων χυμῶν ἀκατέργαστον. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν παιδίων, ἰσχυρῶν ἁπασῶν τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν οὐσῶν, κέχυταί τε καὶ διαλέλυται τὸ πάχος τῶν χυμῶν, ἐπὶ δὲ τῶν προηκόντων κατὰ τὴν ἡλικίαν συνῆκται. φαίνεται δὲ καὶπὶ τῶν ἐκτὸς ὅσα παχέα φύσει διά τινων λεπτῶν διηθεῖν βουλόμεθα, τὰ μὲν ὑπὸ θερμασίαν χυθέντα διεξερχόμενα ῥᾳδίως, τὰ δὲ ἀτηκτά τε καὶ ἄχυτα μὴ διεξιόντα. παραδείγματα δὲ τῶν

ſam autem, ut in ſuperioribus, ita et modo quaſi ſuperpondium afferemus, ſi prius illos reprehenderimus, qui propter ea in pueris calculos gigni afferunt, quod itinera ob vaſculorum exiguitatem anguſta ſunt. Oporteret enim, ſi id ita eſſet, in renibus potius calculos pueris creari, anguſti enim per illos tranſitus ſunt; veſicae autem cervix lata adeo in pueris eſt, ut cujusque materiae craſſitudo per eam facile tranſmitti poſſit. An forte neque in illis, qui jam progreſſa aetate ſunt, meatuum per renes anguſtia gignendis lapillis in cauſa eſt, ſed et actionum infirmitas et craſſorum ſuccorum cruditas? quandoquidem in pueris omnes naturales actiones validae quum ſint, humorum craſſitudo funditur atque diſſolvitur; in declinantis autem aetatis hominibus compacta eſt. Quin etiam in exterioribus, quaecunque natura craſſa per aliqua anguſta transfundere volumus, quae calore eliquata ſunt, facile pervadere: quae non fuſa neque eliquata ſunt,

Ed. Chart. IX. [448.] Ed. Bas. V. (480.)

τοιούτων ὑλῶν πίττα καὶ ῥητίνη καὶ στέαρ καὶ κηρὸς καὶ μέλι. τῶν παίδων οὖν ἐχόντων τὸ πολὺ τὸ ἔμφυτον θερμὸν καὶ τὰς ἐνεργείας ἰσχυρὰς, τὸ πάχος τῆς ὕλης κεχυμένον, εἰς τοὺς νεφροὺς ἀφικνεῖται καὶ διὰ τοῦτο διαθεῖται ῥᾳδίως εἰς τὴν κύστιν, οὐ μικρὸν οὐδὲ τῆς τῶν ἐνεργειῶν ῥώμης εἰς τὸ τάχος τῆς διεξόδου συντελούσης. ἅτε δὲ τῆς κύστεως οὔσης ψυχρᾶς, ὅτι τε νευρώδης ἐστὶ καὶ ὀλίγαιμος, ὅτι τε πλείστην εὐρυχωρίαν ἐντὸς ἑαυτῆς ἔχει, συνίσταται πάλιν ἐνταῦθα καὶ πήγνυται τὸ διεξελθὸν εἰς αὐτὴν πάχος, ὡς ἔμπροσθεν εἶπον, ἀρχὴν λαμβάνον τῆς τοιαύτης συστάσεως, ὅταν ἐπὶ πλέον ἐν τῇ κύστει χρονίζῃ. καὶ μὴν καὶ γλίσχρον εἰκὸς αὐτὸ μᾶλλον εἶναι τοῖς παιδίοις, τῷ κατειργάσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ὅσα γὰρ ὑπὸ τῆς θερμότητος ἀλλοιοῦται πεττόμενα προσλαμβάνει τινὰ τῷ χρόνῳ γλισχρότητα, κἂν ἐξ ἀρχῆς μηδεμίαν ἔχῃ, καὶ διὰ τοῦτο δὴ μᾶλλον ἑνοῦταί τε καὶ συνίσταται καὶ πήγνυται. τῶν γὰρ ἴσον ἐχόντων πάχος ἐπιτηδειότερον εἰς ἕνωσιν καὶ σύστασιν καὶ πῆξίν ἐστι τὸ γλισχρότερον. ἐπεὶ

tranſire non poſſe cernimus. Hujus materiae exempla ſunt, pix, reſina, ſevum, cera et mel. In pueris itaque quum multus ſit inſitus calor et actiones robuſtae, materiae craſſitudo attenuata in renes fertur, atque ideo facile in veſicam percolatur haud parum et actionum vi ad egreſſus celeritatem conducente: utpote autem veſica frigida, quippe quae et nervoſa ſit et pauci ſanguinis et ampliſſima interius concavitate inanis, craſſitudo in ipſam tranſmiſſa ibi iterum cogitur et conſpiſſatur, ut praediximus, initium hujus conſpiſſationis accipiens, quando in veſica diutius commoratur. Quin etiam hanc craſſam materiam in pueris tenaciorem eſſe, quoniam magis ab inſito calido elaborata eſt, rationi congruit: nam quaecunque a calore in concoquendo mutantur, temporis proceſſu lentorem quendam acquirunt, etſi ab initio nullum habuerint; quocirca plane magis in unum coëunt, conſiſtunt atque coagmentantur: nam inter aeque craſſa, quod tenacius eſt, ad coitionem, conjunctionem et concretionem

Ed. Chart. IX. [448.] Ed. Bas. V. (480. 481.)

τοίνυν ἕνια τῶν οὐκ ἀναγκαίων εἰς τὴν προκειμένην ῥῆσιν αἰτιολογεῖται, προσθῶ ἔτι τὴν περὶ τοῦ πάχους τῶν οὔρων ἐν τοῖς παιδίοις αἰτίαν. ἔστι δὲ ἥδε τό τ' ἀδηφάγον αὐτῶν καὶ τὸ μετὰ τροφὴν κινεῖσθαι παίζοντα καὶ σκιρτῶντα, τοῖς δὲ θηλάζουσι καὶ ἡ ὕλη συντελεῖ. παχὺ γὰρ φύσει τὸ γάλα καὶ πρὸς λίθων γένεσιν ἐπιτηδειότατον, ἀμέλει καὶ τῶν τελείων τοῖς πλεονάζουσιν ἐν τυρῶν ἐδωδῇ λίθους ἐν νεφροῖς γεννωμένους ἔγνωμεν πολλάκις.

ισ΄.

(481) Τὰ σχήματα τὰ ῥηΐζοντα μᾶλλον, οἷον ὁ τὰ κλήματα τῇ χειρὶ πλέκων ἢ στρέφων, ὑπὲρ ὀδυνάων κατακείμενος, λαβόμενος πασσάλου ἄκρον ὑπερπεπηγότος, εἶχετο καὶ ἐρήϊσεν.

Αὐτὸ μὲν τὸ λεγόμενον εὔδηλόν ἐστιν. αἰτίαν δὲ αὐτοῦ χαλεπὸν εἰπεῖν, ὅτι μήτε ὁ Ἱπποκράτης ἔγραψε, καίτοι δυνάμενος, ἤτοι γε ἐξαιφνίδιον αὐτῷ γενέσθαι τὴν ὀδύνην

aptius habetur. Quamobrem quum cauſae quaedam praeſenti ſermoni haud neceſſariae traditae ſint, de urinae praeterea puerorum craſſitudine cauſam adjiciam: eſt autem cum ipſorum edacitas, tum quod a cibo ludentes proſilientesque moventur. Lactentibus vero et materia ipſa occaſionem praebet: lac enim natura craſſum eſt et ad calculos creandos aptiſſimum. Porro et in adultis caſeo frequentius veſcentibus lapillos in renibus crebro ſuboriri cognovimus.

XVI.

Figurae ſublevans ut ſarmenta manu plectens et contorquens, prae dolore procumbens, paxilli extremum ſupra defixum corripiens inhaeſit et ſublevatus eſt.

Id quod dicitur admodum patet: ſed ipſius cauſam invenire difficile eſt, quando et Hippocrates, quum tamen poſſet, non ſcripſerit aut repente ipſi dolorem coortum

Ed. Chart. IX. [448. 449.] Ed. Baſ. V. (481.)

εἰπὼν ἢ κατὰ βραχὺ λαβεῖν τὴν αὔξησιν, ἄρξασθαί τε ἐνεργοῦντι περὶ τὴν τῶν κλημάτων πλοκὴν ἢ μετ' αὐτὴν εὐθέως ἢ κατ' ἄλλον τινὰ χρόνον [449] τῆς ἡμέρας ἢ τῆς νυκτός. ἀλλ' οὐδὲ τί μόριον ἦν, ᾧπερ ἡ ὀδύνη, λέλεκται. τὴν χεῖρα δὲ ἡγοῦνται διὰ τὸ τοῦ παττάλου λαμβανόμενον αὐτὸν ὠφεληθῆναι. εἰ μὲν οὖν ἐκοπώθη στρέφων αὐτὸς τὰ κλήματα, ἀπίθανον οὐκ ἂν εἴη διὰ σχήματος αὐτὸν τοιούτου ῥαΐσαι. τὸ γὰρ ἀνώδυνον τῆς χειρὸς σχῆμα διά τε τοῦ περὶ ἀγμῶν καὶ τοῦ κατ' ἰητρεῖον, ὁποῖον ἐστίν. εἰ δέ τις ἐν τῷ περιστρέφειν τὴν χεῖρα διαστροφὴ μυὸς ἐγένετο περὶ τὸν ἄνθρωπον ἢ καὶ πνεῦμα φυσῶδες ἐναπελείφθη μεταξὺ δυοῖν μυῶν οὐκ ἔχον διέξοδον, εἰκὸς ἦν ἐν ἐπιτηδείῳ σχήματι, καθ' ὃ κενωθῆναι συνέβη τὸ πνεῦμα, ῥαΐσαι τὸν περιωδυνῶντα.

---

eſſe dicens aut paulatim incrementum cepiſſe, atque in ſarmentorum plexu occupato initium habuiſſe, aut poſt ipſum illico aut alio quopiam diei noctisve tempore. Sed nec quae eſſet particula dolens dictum eſt; manum autem fuiſſe exiſtimant, eo quod ipſe paxillo apprehenſo dolore levatus eſt. Quod ſi ipſe ſarmenta intorquens fatigatus eſſet, haud incredibile foret ex hujusmodi figura ipſius dolorem fuiſſe mitigatum. Manus enim figura dolorem ſedans in libro de fracturis et in libro de agendis in medicatrina, qualisnam ſit, deſcriptum fuit. Si qua vero in verſanda manu tortura muſculi in homine facta eſſet aut et flatuoſus ſpiritus inter duos muſculos exitum non habens incluſus foret, par erat in figura decenti poſitum, ob quam ſpiritum exhalare contingeret, dolentem hominem ſublevari.

Ed. Chart. IX. [449.] Ed. Baſ. V. (481.)

ιζ'.

Ὃν ἐξ ὀρειτυπίης περὶ τὴν γέφυραν εἶδον ἐγὼ ῥιπτοῦντα τὰ σκέλεα, κνήμην ἑτέρην ἥκιστα ἐλεπτύνετο, μηροὺς δὲ κάρτα, οὖρα καὶ γονὴ οὐκ ἴσχετο.

Ὀρειτύπους ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες τοὺς ὁτιοῦν ἐκ τῶν ὀρῶν εἰς τὴν πόλιν καταφέροντας, οἷον ξύλα καὶ λίθους ἤ τι τοιοῦτον. γεγραφότος δὲ τοῦ Ἱπποκράτους οὐχ ἁπλῶς οὕτω, τὸν ὀρειτύπον ἐθεασάμην ῥιπτοῦντα τὰ σκέλη, προσθέντος δὲ τῷ λόγῳ τὴν ἐξ πρόθεσιν καὶ γράψαντος τοῦ ἐξ ὀρειτυπίης, ἐμφαίνεταί πως ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς τῆς κατὰ τὴν ὀρειτυπίαν ἐνεργείας, πληγῆναι τὸν κατὰ τὴν ὀσφὺν νωτιαῖον ὁ ἄνθρωπος, ἀφ' οὗ πέφυκε τὰ κινοῦντα τὰ σκέλη νεῦρα. καίτοι γε τὸ περὶ τὴν γέφυραν ἱκανὸν ἦν γεγράφθαι μόνον εἰς ἀνάμνησιν αὐτῷ τοῦ παθόντος, ὡς μηδὲν δεῖσθαι τῆς τέχνης. περιττὸν δὲ ἴσως ζητεῖν ἐκ τίνος αἰτίας ἔπαθεν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος τὰ σκέλη, καθάπερ γε καὶ τὸ τί δηλοῦται διὰ τοῦ φάναι σκέλεα ῥιπτοῦν-

XVII.

Quem ex oritypia circa pontem vidi ego jactantem crura, altera tibia minime extenuabatur, femoribus autem valde urina ac genitura non retentae ſunt.

Oritypos Graeci nominant quodlibet ex montibus in civitatem deferentes, ut ligna et lapides et id genus alia. Scribente autem Hippocrate non ſimpliciter ſic, oritypon vidi jactantem crura, ſed orationi praepoſitionem, *ex*, addente et ſcribente, *quem ex oritypia*, apparet quodam modo ab ipſa in montanis negotiis actione; a principio dorſi circa lumbos, hominis medullam, a qua nervi crura moventes egerminant, offenſam accepiſſe. Illud autem, *circa pontem*, ſcriptum eſſe ſatis ipſi fuit, ſolum quo aegrotantis reminiſcatur, ut nulla arte indigeat. Verum forſan ſupervacuum fuerit quaerere, qua de cauſa homo ille ex cruribus laborarit, quemadmodum et illud quid per ea verba ſignificetur, *crura jactantem*, utrum aegro-

Ed. Chart. IX. [449.] Ed. Baf. V. (481.)

τα, πότερα ἀκίνητα ἀλγεῖν, μὴ πάσχοντα, καὶ γὰρ τοῦτ' εἴρηταί τισιν ἀπιθάνως, ὅπερ ἐστὶ πιθανώτερον, ἀκρατῶς ἔχοντα τῶν σκελῶν ἐν τῷ βαδίζειν, ὁμοίαν γίνεσθαι τὴν περιφορὰν αὐτῶν τοῖς ῥίπτουσι πρὸς τὴν ἔξω χώραν, οὐκ ἰσχυρῶς αὐτά. ἀλλ' οὐδ' ὅτι κνήμας μέντοι γε ἀμφοτέρας ἢ τὴν ἑτέραν ἥκιστα λελέπτυντο, μηροὺς δὲ κάρτα φέρειν τινὰ τοῖς ἀκούσασιν ἡμῖν ὠφελειαν, ὥσπερ οὐδὲ αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει πρὸς ἀνάμνησιν. οὐ γὰρ σπανίως, ἀλλὰ πολλάκις φαίνεται τὰ τοιαῦτα γινόμενά τε καὶ γινωσκόμενα σαφῶς τοῖς ἰατροῖς ἅπασι. τί δὴ οὖν ἐστι δι' ὃ τοῦτο ἔγραψεν ἐγὼ πειράσομαι δηλῶσαι τὴν ὅλην ῥῆσιν εἰπὼν πρότερον ἑτέρᾳ λέξει σαφεστέρᾳ τε καὶ συντομωτέρᾳ, τῶν περιττῶν ἀφαιρεθέντων. παραλυόμενός τις τὰ σκέλη, τὰ μὲν κατὰ μηροὺς ἐλεπτύνετο μᾶλλον τῶν κατὰ τὰς κνήμας. οὖρα μέντοι καὶ γονὴ οὐκ ἐπεσχέθησαν αὐτῷ. τοῦτ' οὖν ἐστι χρήσιμον εἰς τὸ γινώσκειν ἡμᾶς, ἀλλ' ἴσως ἐρήσεταί τις, τί φησιν ὃ γέγραπται κατὰ τὸ περὶ τῶν ἄρθρων βιβλίον, ἐπεὶ οἱ πολὺ πλέονες σκελέων τε καὶ χειρῶν ἀκρατέες

tans crura immobilia doluerit nihil patiens: hoc enim a quibusdam fide omni carens dictum eſt. Illud quidem veriſimilius fuerit, impotentia crura quum eſſent, ipſorum in ambulando motionem talem fieri, qualem ipſa extrorſum non vehementer jactantes faciunt. Sed neque quod tibia utraque aut altera minime attenuabatur, femora autem valde, audientibus nobis ullam utilitatem afferunt, ſicut neque Hippocrati ad memoriam faciunt: haud raro namque, ſed crebro haec fieri et ab omnibus medicis aperte cognoſci videntur. Quidnam igitur ſit, cur ita ſcripſit, ego declarare tentabo, ſi totam rem prius aliis verbis clarioribus ac paucioribus, detractis ſupervacuis, pronunciavero. Quidam reſolutis cruribus ſecundum femora emaciabatur magis quam ſecundum tibias: urina quidem ac genitura ipſi ſuppreſſae ſunt. Hoc igitur nobis utile cognitu eſt; ſed forſan quispiam interrogaverit quid ſibi vult illud quod in libro de articulis ſcriptum eſt: quoniam multo pluribus crura et manus debilitantur et corpora

Ed. Chart. IX. [449. 450.] Ed. Baſ. V. (481.)

γίνονται καὶ καταναρκοῦνται τὸ σῶμα καὶ οὖρα ἴσχεται αὐτέοισιν οἷς ἂν μὴ ἐκστῇ μὲν τὸ ὕβωμα μήτε εἴσω μήτε ἔξω, σεισθῶσι δὲ ἰσχυρῶς εἰς τὴν εὐθυωρίαν τῆς ῥάχεως. ἐκ ταύτης [450] τῆς ῥήσεως ὁρμηθέντες τινὲς ἀπεφήναντο διὰ τῶν νεύρων παράλυσιν ἐπὶ τοῦ νωτιαίου πάθει γίνεσθαι ταῦτα τὰ συμπτώματα, μὴ προσέχοντες ὅτι τῶν σπονδύλων μετακινηθέντων ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἕδρας καὶ τῷ τῆς συμπαθείας λόγῳ, φλεγμονὰς μὲν τὸ πρῶτον, ὕστερον δὲ καὶ σκιῤῥώδεις ὄγκους ἐργασαμένων περὶ τὴν κύστιν καὶ τὸ καλούμενον ἀπευθυσμένον ἔντερον, αἱ φυσικαὶ τῶν ὀργάνων τούτων ἐνέργειαι βλάπτονται, δι' ἃς ἴσχεται τὰ πρότερον ὑπ' αὐτῶν ἐκκρινόμενα, τῶν μέντοι νεύρων βλαβέντων μόνων ἄνευ τοῦ συμπαθῆσαί τι τῶν εἰρημένων ὀργάνων, οὐ τὰς φυσικὰς ἐνεργείας, ἀλλὰ τὰς προαιρετικὰς συμβαίνει κακοῦσθαι. καὶ διὰ τοῦτο χωρὶς προαιρέσεως ἐκρεῖ τὸ οὖρον αὐτοῖς καὶ ἡ κόπρος, ὅταν γε συντελεσθῇ τῶν νεύρων ἡ παράλυσις, ὅσα φέρεται πρὸς τοὺς ἐπὶ τοῖς πέρασι τῆς κύστεως καὶ ἀπευθυσμένου μῦς, ὑφ' ὧν κλείεταί τε καὶ

torpeſcunt et urina ſupprimitur ipſis, quibus vertebrarum praeter naturam inverſio, neque introrſum, neque extrorſum exceſſerit, ſed valde concuſſi fuerint ſecundum ſpinae dorſi rectitudinem. Ex his verbis nonnulli perſuaſi ob nervorum reſolutionem ex medullae dorſi affectu haec ſymptomata contingere aſſeruerunt, neque animadvertunt, vertebris ex naturali ſede tranſmutatis et affectus communicati ratione, phlegmonas primo, poſtea et praeduros tumores excitantibus circa veſicam et rectum inteſtinum, quod vocant, naturales horum inſtrumentorum actiones depravari; unde quae prius ab ipſis excernebantur ſupprimuntur; nervis vero ſolis laeſis, nullo praedictorum inſtrumentorum per conſenſum affecto, non actiones naturales, ſed voluntarias vitiari contingit. Quocirca et ipſis contra voluntatem urina decurrit et ſtercus, quum eorum nervorum, qui ad muſculos in finibus veſicae atque inteſtini recti poſitos protenduntur et a quibus utrius-

Ed. Chart. IX. [450.] Ed. Baſ. V. (484.)

σφίγγεται τὸ στόμιον ἑκατέρου τῶν ὀργάνων. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἐπεσχέθη τῷ ὀρειτύπῳ τὰ οὖρα, λέλεκται κατὰ τὴν ῥῆσιν· εἰ δ' ἀπροαιρέτως ἢ κατὰ προαίρεσιν ἀπεκρίνετο, τοῦτ' οὐκέτι προσέθηκεν. εἰ μὲν οὖν σύγγραμμα πρὸς ἔκδοσιν ἦν τὸ βιβλίον, ἐκ τοῦ προσγεγράφθαι δῆλον ἦν ὡς οὐδὲ ἐγένετο, πάντως γὰρ ἂν ἐδήλωσεν αὐτὸ, μὴ γεγραμμένου δ' οὕτως, ἀλλ' ὡς εἴρηται πολλάκις ἐν ὑπογραφαῖς πρὸς ἀνάμνησιν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ περὶ τῶν διαχωρημάτων ἔγραψέ τι. καίτοι καὶ ταῦτα ἀναγκαῖόν ἐστιν ἢ οὐδ' ὅλως ἐπεσχῆσθαι, ἀλλὰ τοῖς οὔροις ὡσαύτως ἀκουσίως ἐκρεῖν, ἢ κατὰ προαίρεσιν ἀποκρίνεσθαι. ἀλλ' εἰκὸς αὐτὸν εἰς ἀνάμνησιν ὧν εἶδεν ἀρκεσθῆναι τῷ περὶ τῶν οὔρων ῥηθέντι. τῆς γὰρ τῶν ἀποπατημάτων κενώσεως ὡσαύτως τοῖς οὔροις γινομένης, εἰ μὲν ἐναντίον τι περὶ τὴν ἑτέραν αὐτῶν ἐγεγόνει, πάντως ἂν ἐπεσημήνατο, τῶν δ' αὐτῶν αὐτοῖς ἀκολουθησάντων οὐκ ἦν ἀναγκαῖον ἀμφοτέρων μνημονεύειν,

que inſtrumenti oſculum clauditur atque conſtringitur, reſolutio perfecta fuerit. Sed monticolae illi urinae exitum obſtructum non fuiſſe propoſita verba declarant; utrum autem invito ipſo an volente excerneretur, non item adjecit. Porro ſi liber iſte accurate compoſitus ad editionem foret, ex eo quod adſcriptum non eſſet, conſtaret quoque non factum eſſe, prorſus enim ipſum indicaſſet; ſed eo modo ſcriptus non eſt, verum, ut ſaepius dictum fuit, per quasdam annotationes, reminiſcendi cauſa. Nam de dejectionibus quoque nihil ſcripſit, quum tamen et has neceſſe ſit aut nequaquam ſuppreſſas eſſe, ſed perinde atque urinam praeter voluntatem effluere aut voluntate jubente excerni. At ipſum par fuit ad eorum quae viderat reminiſcentiam, eo quod de urinis dixit, fuiſſe contentum, alvi ſcilicet excrementorum evacuatione ita ut urinae ſeſe habente: nam ſi contrarium quid circa alterutram ipſarum factum eſſet, omnino ſignificaſſet; eisdem autem eadem conſequentibus, utriusque meminiſſe neceſſe

Ed. Chart. IX. [450.] Ed. Baſ. V. (481.)

ἀλλ᾽ οὐδὲ γονὴ, φησὶν, ἴσχετο. φυσικὴ γάρ ἐστι καὶ ἡ ταύτης κένωσις, ὥσπερ καὶ ἡ τῶν οὔρων τε καὶ σκυβάλων. διὰ τί δὲ βουληθέντες μὲν ἀφροδισιάζειν ἐπ᾽ αὐτὴν ἀφικνοῦνται, μὴ βουληθέντες δ᾽ οὐκ ἔρχονται, μακροτέρῳ λόγῳ καὶ ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀπόρων κινήσεων λογισμοῖς εἴρηται.

ιη'.

Ὅσαι πτερυγώδεες φύσιες πλευρέων δι᾽ ἀδυναμίαν τῆς ἀφορμῆς ἐπὶ τοῖσι κατάῤῥοισι τοῖσι κακοηθέσι, ἔκκρισις εἴη, μὴ εἴη, κακόν.

Τίνας μὲν ὀνομάζουσιν οἱ ἰατροὶ πτερυγώδεις ἔμπροσθεν εἴρηται. μεμαθήκατε δὲ καὶ ὅτι πρὸς φθίσιν ἐπιτήδειοι ἐγγιάνουσιν ὄντες οἱ τοιοῦτοι διὰ τοῦ τρίτου τῶν ἐπιδημιῶν, ἀφορμὴν δὲ λέγειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ παλαιοὶ πᾶσαν ὕλην πράγματος, ἀφ᾽ ἧς ὁρμὴ γίνεται πρὸς τὰς ἐφεξῆς ἐνεργείας, εἴτε ἀργύριον

non fuit. Verum neque genitura, inquit, ſuppreſſa eſt. Naturalis enim eſt et ipſius evacuatio, quemadmodum et urinae et ſtercoris; ſed quare venere uti volentes ad hanc deveniunt, nolentes autem non, longiore oratione et in libro de dubiis motibus diſputatum eſt.

XVIII.

Quaecunque alatae naturae laterum propter impotentiam occaſionis. Et in deſtillationibus malignis. Et ſi excretio ſit et ſi non ſit, malum.

Quosnam medici alatos vocent ſuperius dictum eſt. Didiciſtis etiam ex tertio de morbis vulgaribus, ejusmodi homines ad tabem eſſe expoſitos. Occaſionem autem Hippocrates dicere conſuevit et omnes fere antiqui medici omnem rei materiam, ex qua initium motus ad ſequentes actiones prodit, ſive argentum, ſive aliqua alia ſupellex,

Ed. Chart. IX. [450. 451.] Ed. Baſ. V. (482.)

(482) εἴτε τις ἄλλη κτῆσις, εἴτε δύναμις εἴη τις, εἴτε χωρίον, εἴτε πίστις, εἴτε πρᾶξις, εἴτε αἴτιον, εἴθ' ὁτιοῦν ἁπλῶς ἄλλο. τινὲς δ' οἴονται τοὺς πρωτοπαθοῦντας τόπους ἄλλων ἀφορμὰς ὀνομάζειν αὐτὸν, ἀποδείκνυσθαί τε καὶ τοῦτο φασὶν διὰ τῆσδε τῆς ῥήσεως. τὰς ἀφορμὰς ὁκόθεν ἤρξατο [451] κάμνειν σκεπτέον. εἰ δὲ καὶ τοῦτο τὸ σημαινόμενον, ὡς πρόσθεν εἶπον, ὄντι καθόλου πολλῶν τοιούτων κατὰ μέρος. οἱ μὲν γὰρ ῥήτορες, ὥσπερ γε καὶ οἱ ἱστορικοὶ καὶ οἱ φιλόσοφοι ἀφορμὰς τῶν ἀνθρώπων ἐνεργείας εἰρήκασιν, ὡς ἂν καὶ περὶ τούτων διαλεγόμενοι. μετενήνεκται δ' ὑφ' Ἱπποκράτους τοὔνομα, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα πολλὰ τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν τε καὶ παθῶν. ἐν οἷς ἅπασι κοινόν ἐστι τὸ ὁκόθεν ἤρξατο γενέσθαι. νῦν μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς εἰρημένης ῥήσεως ὁ Ἱπποκράτης ὁκόθεν ἤρξατο κάμνειν ἔφη, δύναιτο δὲ ὡσαύτως λέγεσθαι καὶ τὸ ὁκόθεν ἤρξατο πληΐζεσθαι, πολεμεῖν, εἰρηνεύειν, μάχεσθαι, φιλεῖν ἀλλήλους, μισεῖν, τυραννεῖν καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἄλλο τοιοῦτο. καὶ νῦν οὖν τὴν πρώτην ἀρχὴν τοῦ πτερυγώδη τινὰ γίνεσθαι λέλε-

ſive potentia quaedam ſit, ſive locus, ſive fides, ſive actio, ſive cauſa, ſive quicquid aliud ſimpliciter. Sed quidam putant ipſum locos prius affectos aliarum occaſiones appellare, idque ex eo ſermone demonſtrari ajunt. Occaſiones, unde incepit laborare, conſiderandae. Si vero et hoc ſignificatum, ut ſupra dixi, eſt, quum ſit commune, multa ſub ipſo erunt ſingularia. Oratores quidem, quemadmodum et hiſtorici et philoſophi, occaſiones hominum actiones dixerunt, utpote et qui de illis diſputent; ab Hippocrate autem nomen translatum eſt, quemadmodum et alia multa naturalium actionum atque affectuum, in quibus omnibus commune eſt hoc, unde incepit fieri: nunc enim in propoſita parte Hippocrates dixit, unde incepit laborare. Poſſet autem ſimiliter dici et hoc unde incepit navigare, bellum gerere, pacem agere, pugnare, inter ſe amare, odiſſe, tyrannidem exercere et omnia id genus alia. Nunc itaque primum initium, quo quis ala-

Ed. Chart. IX. [451.] Ed. Baſ. V. (482.)

κται πρὸς Ἱπποκράτους. ἀφορμὴν δ' οὐκ ἄν τις ἀπὸ τρόπου φαίη. τίς οὖν ἐστιν αὕτη; τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἥτις ἐκ τῆς καρδίας ἔχει τὴν ἀρχήν, ἡ ἀῤῥωστία. μεμάθηκας ὥσπερ ἐγκεφάλῳ μεγάλῳ μὲν ὑπάρχοντι κεφαλὴ συναύξεται, σμικρῷ δ' ὄντι συνσμικρύνεται, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τῇ καρδίᾳ συναύξεσθαί τε καὶ συμμειοῦσθαι τὸν θώρακα, τὴν καρδίαν δὲ αὐτὴν σμικρὰν γίνεσθαι πρὸς τῆς ἀῤῥωστίας τῆς ζωτικῆς δυνάμεως, ἧς οὐσίαν εἶναι τὸ ἔμφυτον θερμόν. ὅταν οὖν ἄῤῥωστος αὐτὴ φύσει τινὶ γένοιτο, τουτέστιν ἐξ ἀρχῆς, ἐκ τῆς πρώτης διαπλάσεως ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὴν καρδίαν γενέσθαι μικρὰν καὶ τὸν θώρακα. τοῦ δὲ τρεῖς ἀρχὰς εἶναι τὰς διοικούσας τὸ ζῶον ἔμαθες τὰς ἀποδείξεις ἐν τῇ περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων πραγματείᾳ. τοὺς δ' οἰηθέντας ἀφορμὰς λέγεσθαι τοὺς πρωτοπαθοῦντας τόπους, πολλόν τε περὶ τὴν ἐξήγησιν τῆς προκειμένης ῥήσεως εὑρήσεις ἁμαρτάνοντας, κἂν τῷ προσυπακούειν οὐ λέξιν τινὰ μίαν, ἀλλὰ λόγον ὅλον, ὡς εἰ καὶ οὕτως ἡ ῥῆσις εἴρητο· ὅσαι πτερυγώδεες φύσιες

tus evadat, ab Hippocrate dictum eſt, occaſionem vero quispiam non abs re dixerit. Quaenam igitur haec eſt? Ingenitae caliditatis, quae ex corde habet originem, imbecillitas. Didiciſti enim quemadmodum cerebro magno caput una augetur, parvo exiſtente minuitur: eadem ratione et cum corde augeri pectus et minui, verum cor ipſum exiguum ob vitalis potentiae infirmitatem creari, cujus potentiae eſſentiam ingenitum calorem eſſe dicimus. Quando igitur imbecilla haec alicui natura fuerit, hoc eſt ab initio, a prima formatione et cor et pectus parva generari neceſſe eſt. At quod tria ſint animal gubernantia principia, demonſtrationes didiciſti in volumine de Hippocratis Platonisque decretis. Eos vero qui occaſiones dici putant prius affectos locos, multum et in explanandis propoſitis verbis delirare invenies; et in eo quod nos non dictionem aliquam unam, ſed integram orationem praeterea ſubaudire debere jubent, ac ſi et hoc modo ſententia dicta ſit. Quaecunque alatae naturae laterum,

Ed. Chart. IX. [451.] Ed. Baſ. V. (482.)

πλευρέων δι' ἀδυναμίαν τῆς ἀφορμῆς ἐν τοῖσι κατάῤῥοισι τοῖσι κακοήθεσι, μάλιστα φθίσεσιν ἁλίσκονται καὶ ἢν ἔκκρισις εἴη καὶ ἢ μὴ εἴη κακόν. πολλῶν εἰρημένων τοῖς ἐξηγηταῖς εἰς τήνδε τὴν ῥῆσιν αὐταρκές ἐστι τὸ δοκοῦν ἀληθέστατόν γ' ἐμοὶ καὶ ὠφελιμώτατον εἶναι τοῖς μανθάνουσι τὴν ἰατρικὴν τέχνην, ὑποτυπῶσαι μόνον ὡς οἷόν τε διὰ βραχυιάτων. τοὺς τοίνυν ἀπὸ κεφαλῆς εἰς τὸν πνεύμονα γινομένους κατάῤῥους τηνικαῦτα νομιστέον εἶναι κακοήθεις, ὅταν λεπτὰ καὶ βρωτικὰ ταῖς δυνάμεσιν ᾖ τὰ καταῤῥέοντα. ταῦτ' οὖν οὔτε μένειν ἐν τῷ πνεύμονι προσήκει μέχρι περ ἂν πεφθέντα παχυνθῇ, καθάπερ τὰ ἄλλα ῥεύματα τὰ λεπτὰ μέν, οὐκ ἔχοντα δὲ τὸ διαβρωτικόν τε καὶ δύσπεπτον, οὔτ' εὐθέως ἐκκρίνεσθαι. μένοντα γὰρ ἔνδον οὐ πέττεται ῥᾳδίως καὶ φαίνεταί γε τὸ σπλάγχνον ἑλκοῦν, ἐκκρινόμενα δὲ βῆχας ἐργάζεται συντόνους, ἐφ' αἷς ἥ τε κεφαλὴ πληροῦται, αὐτή τε πάλιν καταπέμπει τῷ πνεύμονι κατάῤῥουν, εἰς κίνδυνόν τε τοῦ ῥαγῆναί τι τῶν κατ' αὐτὸν ἀγγείων ἀφικνεῖται διὰ τὴν ἐπὶ βηχὶ συντονίαν. εἰωθυῖαν

ob impotentiam occaſionis in deſtillationibus malignis, maxime phthiſi capiuntur, etſi excretio ſit et ſi non ſit, malum eſt. Quum multa ab horum verborum explanatoribus dicta ſint, ſatis eſto quod veriſſimum mihi et artem medicam diſcentibus utiliſſimum eſſe viſum fuerit ſolum quam fieri potuit breviſſimis deſignaſſe. Deſtillationes igitur a capite in pulmonem deſcendentes tunc maleficas eſſe putandum eſt, ſi defluentia ſubtilia et corrodentibus viribus praedita ſint. Haec ſane neque in pulmone morari tamdiu convenit, quoad concocta craſſeſcant, quemadmodum alias fluxiones ex tenui quidem materia, ſed non corroſiva et aegre matureſcente conſtantes, neque rurſum ſtatim expelli. Intus enim morantia non facile concoquuntur, viſcusque ipſum lacerare deprehenduntur, ſi excernantur autem, tuſſes violentas commovent, ob quas caput repletur ipſumque rurſus in pulmonem materias depellit, atque ob tuſſis vehementiam, ne aliquod in ipſo receptaculum frangatur metus eſt. Qualis plane tuſſis

Ed. Chart. IX. [451. 452.] Ed. Baſ. V. (482.)

γίνεσθαι τοῖς μὴ ῥᾳδίως ἀναπτύουσι τὰ ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑγρὰ, λεπτὰ καὶ ὑδατώδη κατὰ τὴν σύστασιν ὄντα. γίνεται μὲν γὰρ ἡ ἄνοδος αὐτοῖς ἀναφερομένοις ὑπὸ τοῦ κατὰ τὰς βῆχας ἐκπεμπομένου πνεύματος, ὅταν δ' ᾖ λεπτὰ καὶ ὑδατώδη, περισχίζεταί τε ταῦτα καὶ ἀντικαταφέρεται, μὴ φθάνοντα διεξελθεῖν ὅλην τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν. ἀληθὲς οὖν ἐστι τὸ βλάβην ἔπεσθαι καὶ μένουσι κατὰ τὸν πνεύμονα τοῖς τούτοις ὑγροῖς καὶ κενουμένοις.

ιθ'.

[452] Ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν μᾶλλον ἀπὸ ὀσφύος καὶ διὰ νώτου τότε ἐς κεφαλήν. ἀτὰρ καὶ ἀνδράσιν ὄπισθεν μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν. φρίσσουσι γὰρ τὰ ἔξωθεν μᾶλλον ἢ τὰ ἔνδον τοῦ σώματος, οἷον πήχεων, μηρῶν. ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιότερον, δηλοῖ δὲ ἡ θρίξ. ἀφ' ὧν δὲ ἄλλων ῥιγοῦσιν ἴσως ἑλκέων ἄρχεται ἐκ τῶν ἀγγείων.

---

illis accidere ſolet qui humores tenues et aqueae ſubſtantiae difficulter ex pulmonibus rejiciunt: adſcendunt enim iſti a ſpiritu per tuſſim emiſſo ſublati; quod ſi tenues et aquei ſint, diſperguntur et contra ſpiritus motum prius delabuntur quam totam aſperam arteriam egreſſi ſint. Verum eſt igitur noxam ſequi, ſive in pulmone humores iſti remaneant, ſive evacuentur.

XIX.

Rigores incipiunt mulieribus quidem magis a lumbis et per dorſum et tunc in caput, verum et viris poſterius magis quam a priori parte. Horrent exteriora magis quam interiora corporis, ut cubitorum, femorum. Sed etiam cutis rara; id vero pilus indicat. A quibus autem aliis rigent fortaſſe ulceribus, incipit ex vaſculis.

Ed. Chart. IX. [452.] Ed. Baſ. V. (482.)

Τὰ μὲν ἄλλα τῆς ῥήσεως ἐξηγησάμεθα κατά τε τοὺς ἀφορισμοὺς καὶ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ προσκείμενον οὐκ ὀλίγα πράγματα παρέσχηκε τοῖς ἐξηγησαμένοις τὸ βιβλίον. ἄλλος γοῦν ἄλλως αὐτὰ γράφει, δηλοῦντες ἅπαντες ὡς οὐχ οἷόν τ' ἐστὶ πιθανῶς ἐξηγήσασθαι τὴν ῥῆσιν, ἐάν γε τὴν ἀρχαίαν φυλάττῃ γραφήν. ἐκείνη μὲν οὖν ἐστι τοιάδε, ἐξ αὐτῆς δέ τινες τὸ ἴσως ἑλκέων ὑπαλλάξαντες ἔγραψαν ὡς ἑλκέων, ἵν' ᾖ παράδειγμα τοῦτ' αὐτὸ τῶν ἄλλων. οὐ γὰρ ἀφ' ἑλκῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποστημάτων εἰς πῦον μεταβαλλόντων ῥιγοῦσι. καὶ μέντοι καὶ καυθέντες τινὲς καὶ τμηθέντες ἐῤῥίγωσαν ἐπί τε τῇ καύσει καὶ τῇ τομῇ. τινὰς δ' ἐθεασάμην διὰ δριμὺ φάρμακον ἐπιτεθὲν ἕλκει ῥιγώσαντας. ἀλλὰ πάντα τὰ τοιαῦτα ῥίγη φαινόμενον ἔχει τὸ προκατάρχον αἴτιον. ἕτερα δ' ἐστὶν ἐν τριταίοις καὶ τεταρταίοις πυρετοῖς καὶ πολλάκις ἅμα κρίσει γινόμενα, χωρὶς αἰτίας φανερᾶς, ἐφ' ὧν φασιν εἰρῆσθαι τὸ ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν μᾶλλον καὶ τὰ ἄλλα ἐφεξῆς. καίτοι γε τοῦτο πρῶτον αὐτὸ θαυμάσειεν ἄν τις ὅπως ἐν τοῖς ἀφο-

Reliqua hujus ſermonis verba et in aphoriſmis et in ſecundo de popularibus morbis declaravimus. Sed quod in calce adjectum eſt, haud parum negotii libri hujus interpretibus faceſſit; ſiquidem alius aliter ea verba ſcribit, omnes innuentes ſermonem veriſimiliter interpretari non poſſe, ſi antiqua lectio ſervetur. Ea vero hujusmodi eſt, ex qua nonnulli eam partem mutaverunt, *fortaſſe ulceribus*, ſcribentes, *ut ulceribus:* ut id ipſum aliorum ſit exemplum. Neque enim ab ulceribus ſolum, ſed etiam abſceſſibus ſuppurantibus rigent, quin etiam nonnulli uſti et ſecti ex uſtione et inciſione riguerunt; vidimus praeterea nonnullos ob acre pharmacum ulceri ſuperpoſitum riguiſſe. Verum omnes id genus rigores externam cauſam evidentem habent; alii vero ſunt in tertianis et quartanis febribus et plerumque una cum judicationibus citra manifeſtam cauſam exorientes, de quibus dictum fuiſſe ajunt, rigores incipiunt mulieribus quidem magis et reliqua deinceps poſita. Et quidem illud ipſum primo quispiam mi-

Ed. Chart. IX. [452.] Ed. Baſ. V. (482.)

ρισμοῖς, ἔνθα μάλιστα τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐνδείκνυται καὶ τὸν περὶ τοῦ ῥίγος λόγον ἔγραψεν ἀποφηνάμενος καθόλου, χωρὶς διορισμοῦ τοῦ νῦν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει διδασκομένου. φαίνεται γὰρ εἰ ταύτῃ τις προσέχῃ τὸν νοῦν, οὐ πάντα μόνον τὰ ῥίγη καθ' ἕνα τρόπον γίνεσθαι δοξάζων ἐν τῷ λέγειν· ἀφ' ὧν δὲ ἄλλων ῥιγέουσιν, οἷον ἑλκέων, ἄρχεται ἐκ τῶν ἀγγείων, πρὸς τῷ καὶ αὐτὸ τοῦτο, ἐκ τῶν ἀγγείων ἄρχεσθαι φάναι τὸ ῥῖγος, οὔτ' ἔχειν ἀντιδιαίρεσιν τοῖς προειρημένοις. ἔνεστι γοῦν λέγειν ὡς ἐκ τῶν ἀγγείων μὲν ἄρχεσθαι τὰ ῥίγη πάντα, τουτέστι τῆς ἐν αὐτῇ κακοχυμίας, ἀλλὰ φρίττει πρῶτα μὲν ὀσφὺς καὶ τὰ κατὰ νῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἄλλα. διὰ τοῦτ' οὖν ἔνιοι μὲν μεταγράψαντες τὴν παλαιὰν γραφὴν οὕτως ἐτύπωσαν τὴν λέξιν. ἀφ' ὧν δὲ ἄλλων ῥιγέουσιν, ὡς ἑλκέων, ἄρχεται ἐκ τῶν ἀγγείων, ἵν' ὁ λόγος ᾖ τοιοῦτος. ὅσα μὲν ἄνευ τόπου πεπονθότος γίνεται ῥίγη, τὴν ἀρχὴν ἐξ ὀσφύος τε καὶ νώτου λαμβάνει. τὰ δ' ἄλλα τῶν πεπονθότων ἀφορμᾶται μορίων, ἅπερ δὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ ῥίγους ἐστὶν ἡ αἰτία. τινὲς δ' ἀντὶ

ratus fuerit, quomodo in aphoriſmis, ubi maxime ſuam ipſius ſententiam explicat et de rigore ſermonem fecit, in univerſum illum protulit ſine ea, quam in propoſitis verbis edocet, definitione. Videtur namque, ſi ea quis conſideret, Hippocrates opinari, non omnes rigores uno tantum modo fieri, quum dicat: a quibus autem aliis rigent, fortaſſe ulceribus, incipit ex vaſculis, ultra id quod hoc ipſum, ex vaſculis incipere rigorem, dixiſſe, nullam oppoſitam antedictis diviſionem habet. Licet itaque dicere ex vaſculis rigores omnes ortum habere, id eſt malis ſuccis intra vaſcula contentis; ſed primum quidem lumbi et dorſi partes horrent, deinde et reliqua. Propterea nonnulli veterem ſcripturam permutantes ita lectionem inſtituerunt: a quibus autem aliis rigent, ut ulceribus, incipit ex vaſculis, ut hujusmodi oratio ſit: quicunque ſine loco paſſo rigores fiunt, a lumbis et dorſo initium ſumunt; alii vero ab affectis particulis exoriuntur, quae plane et ipſius rigoris cauſae ſunt. Aliqui vice hujus di-

Ed. Chart. IX. [452. 453.] Ed. Baſ. V. (482. 483.)

τῶν ἀγγείων ἔγραψαν ἐναντίων, ἵν' ἐφ' ὧν ὁ πεπονθὼς τόπος αἴτιος γίνεται τοῦ ῥίγους, ἕλκων ἐφ' ἑαυτὸν, ὡς φασι, κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν ᾧ ῥιγοῦσι τὸ ἐκ παντὸς τοῦ σώματος αἷμα φανεῖται τὸ ῥῖγος ἐκ τῶν ἐναντίων τοῖς πεπονθόσι μορίοις ἀρχόμενον, ἐναντία καλοῦντος αὐτοῦ τοῖς μὲν ἄνω τὰ κάτω, τοῖς δ' ἀριστεροῖς τὰ (483) δεξιά. δῆλον οὖν γέγονε τοῖς γε προσέχουσι τὸν νοῦν ὡς ἐξ αὐτῶν ὧν μεταγράφουσιν, ἐπ' ἐναντιωτάτας [453] ἀποφάσεις ἄγουσι τὸν λόγον, ἔνιοι μὲν ἐκ τῶν πεπονθότων μορίων ἄρχεσθαι τὰ ῥίγη λέγοντες, ἔνιοι δ' ἐκ τῶν ἐναντίων αὐτοῖς, ἅπερ, ὡς αὐτοί φασι, τὰ πορρωτάτω. περὶ μὲν οὖν αἰείας, ὡς εἴρηται πολλάκις, ἔξεστι τῷ βουλομένῳ λέγειν ὡς ἂν θέλῃ, τὰ φαινόμενα δὲ ἐναργῶς οὐκ ἔξεστιν. ἀνατραπήσονται γὰρ οὕτως αἱ τέχναι πᾶσαι καὶ τῶν ἀνθρώπων ὁ βίος. φαίνεται δ', ὡς ἐν ἀφορισμοῖς ἐδίδαξε, τὰ ῥίγη πάντα τὴν ἀρχὴν ἐξ ὀσφύος τε καὶ νώτου λαμβάνοντα καὶ τουτὶ τὸ νῦν προκείμενον ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ῥήσεως. εἰ μὲν οὖν ὁ συνθεὶς τὸ βιβλίον, ὡς λέγουσι, Θέσσαλος ὁ τοῦ

ctionis, *vaſculis*, *contrariis* ſcripſerunt: ut in quibus affectus locus rigoris auctor eſt, ad ſe ipſum, ut ajunt, eo quo rigent tempore, ab omni corpore ſanguinem attrahens, tunc rigor ex locis, qui paſſis ſedibus contrarii ſunt, provenire videbitur, ipſo ſuperioribus inferiora, ſiniſtris dextra contraria dicente. Jam igitur animadvertentibus palam eſt, ex his, quae iſti in ſcriptura transmutant, in maxime contrarias ſententias orationem trahi, nonnullis ab affectis membris, aliis ab iſtorum contrariis, rigores oriri aſſerentibus; contraria vero ſunt, ut ipſi dicunt, quae longiſſime diſtant. De cauſa quidem, ut ſaepius dictum eſt, licet volenti ut lubet dicere; ſed de iis quae evidenter apparent non licet: ita enim omnes artes hominumque vita funditus everterentur. Verum, ut in aphoriſmis prodidit, omnes rigores ex lumbis et dorſo initium capere dignoſcuntur. Atque iſtud in praeſentia, in fine propoſiti ſermonis adjectum, libri auctor, ut ajunt,

Ed. Chart. IX. [453.] Ed. Baſ. V. (483.)

Ἱπποκράτους υἱὸς, ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς ὑπομνήμασιν εὑρὼν ἐξεγράψατο, κακῶς ἐποιήσεν ἐγγράψας αὐτὸ τῷ βιβλίῳ. τὰ γὰρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς κεκριμένα χρόνῳ πολλῷ καὶ διὰ τῶν ἀφορισμῶν εἰς ἀπόφασιν καθολικὴν ἠγμένα βεβαιότερα νομίζειν αὐτὸν ἐχρῆν εἶναι τῶν, ὑπότ' ἐζήτει, πρόσθεν οὐδέπω γινωσκομένων. εἰ δ' αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ προσέγραψε τοῦτο, πολὺ χεῖρον ἔπραξε, τὴν τοῦ πατρὸς ἀπόφασιν καθολικὴν διαστρέψας ἐπὶ τὸ φαῦλον. εἰ δ' ἄλλος τις τῶν μετὰ Θέσσαλον ἔγραψε τὸ βιβλίον τοῦτο, κακῶς ἐκεῖνος ἐποίησεν. καὶ γὰρ ὡς εἴρηται πολλάκις ἡ πεῖρα κρείττων ἐστὶ τῶν ἐναργῶς φαινομένων, οὐχ ὁ λόγος, ὃν ἂν ἕκαστος ἑαυτῷ πιθανῶς ἀναπλάσῃ. τοῦ γὰρ ὅτι δὴ γίνεται τόδε τι συμφωνηθέντος ὁ λόγος ζητεῖ καὶ διατείνεται· τοῦ δ' ὅλως φαινομένου γίνεσθαι ληρώδης ἐστὶν ὡς γενομένου λέγειν αἰτίαν. εἴρηται δὲ καὶ ἄλλα τινὰ τοῖς ἐξηγηταῖς εἰς τὴν προκειμένην ῥῆσιν. ἀλλ' ἔγωγε πολλάκις ἤδη παρῃτησάμην ἁπάντων μεμνῆσθαι καὶ μάλισθ' ὅταν αὐτῶν

Theſſalus Hippocratis filius, ſi in patris commentariis repertum deſcripſit et libro interſeruit, male fecit; nam a patre longo tempore dijudicata et per aphoriſmos in communem enunciationem redacta firmiora ipſum putare oportuit quam illa, quae dum quaererentur antea nondum cognoſcebantur. Quod ſi ipſe ex ſe id adſcripſit, longe majus peccatum commiſit patris communem enunciationem invertens atque depravans. At ſi quispiam alius Theſſalo poſterior librum hunc ſcripſit, male et ipſe fecit. Ut enim ſaepe iteravimus, experientia rerum evidenter apparentium judex eſt, non ratio, quam ſibi unusquisque veriſimiliter commentus fuerit. Nam quum aliquid fieri fama ſit, ratio inveſtigat, atque id ita eſſe contendit; quum quid autem plane fieri conſpicitur, nugatoria et ſupervacua oratio eſt, quae ipſum fieri cauſam afferens dicat. Caeterum et alia quaedam ab interpretibus in hac parte dicta ſunt, ſed ego jam ſaepius omnium meminiſſe

Ed. Chart. IX. [453.] Ed. Baf. V. (483.)

τὰ πιθανώτατα δόξαντα εἶναι βασανιζόμενα φαίνηται ψευδῆ.

κ'.

Κεφάλαιον ἐκ τῆς γενέσεως καὶ ἀφορμῆς καὶ πλείστων λόγων καὶ κατὰ μικρὸν γινωσκομένων συνάγοντα καὶ καταμανθάνοντα, εἰ ὅμοιά ἐστιν ἀλλήλοισιν καὶ εἰ μὴ ὅμοια ἀλλήλοισίν εἰσιν, ὡς ἐκ τῶν ἀνομοιοτήτων ὁμοιότης γένηται μία, οὕτως ἂν εἴη ὁδός. οὕτω καὶ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων δοκιμασίη καὶ τῶν μὴ ἐχόντων ἔλεγχος.

Οὐ τὸ προστάττειν ἃ νῦν εἶπεν, ἀλλὰ τὸ πράττειν ἐπὶ τῶν νοσούντων αὐτὰ δύσκολον, ὅλως γοῦν τῆς τέχνης τὸ κεφάλαιον ἐν αὐτοῖς ἐστιν. ἐάν γάρ τις ἀκριβῶς εἰδῇ τήν τ' ἐκ πρώτης γενέσεως φύσιν τοῦ νοσοῦντος, ἐκ τίνος τε νῦν αἰτίας νοσεῖ καὶ διὰ πολλῶν λόγων κατὰ μικρὸν γινωσκομένων, ἐπισκοπούμενος τάς τε φαινομένας ὁμοιότητας

recuſavi et maxime cum ea, quae veriſimilia eſſe videbantur, ad examen redacta, falſa eſſe deprehenduntur.

XX.

Caput ex ortu et occaſione et plurimis ſermonibus et paulatim cognitis colligentem et perdiſcentem, an ſimilia inter ſe ſint. Etſi non ſimilia inter ſe ſint, ex diſſimilitudinibus ſimilitudo fiat una. Sic utique ſit via. Sic et recte ſe habentium probatio et non recte redargutio.

Non quae nunc dixit praecipere, ſed ea in aegrotantibus exſequi difficile eſt; prorſum ſane artis ſumma in ipſis eſt. Nam ſi quis accurate laborantis naturam a primo ortu cognoverit et ex qua nunc cauſa laboret et per multos ſermones paulatim cognitos evidentes ſimilitudines et quae diſſimilitudines eſſe videantur ſpeculans, alia quo-

Ed. Chart. IX. [453. 454.] Ed. Baſ. V. (483.)

καὶ τὰς δοκούσας ἀνομοιότητας εἶναι καὶ τἄλλα τὰ διὰ τῆς ῥήσεως εἰρημένα καλῶς εὑρίσκῃ, θεραπεύειν οὕτως δυνήσεται κάλλιστα. σκεψώμεθα οὖν ἅπαντα τὰ κατὰ μέρος, ἀναμιμνήσκοντες μὲν ὅσα δι' ἄλλων ἐπὶ πλέον ἐξειργάσμεθα, προστιθέντες δ' αὐτοῖς εἴ τι λείποι. τὸ μὲν οὖν ἐπίστασθαι τὴν ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως ἑκάστῳ τῶν θεραπευομένων φύσιν εἴρηται καὶ δέδεικται πολλάκις ὅπως ἄν τις κάλλιστα πράτῃ. δέδεικται δ' οὐδὲν ἧττον ἃ χρὴ περί τε τῶν πεπονθότων τόπων καὶ τῶν συμπαθούντων αὐτοῖς ἐπίστασθαί τε καὶ διαγινώσκειν ἀκριβῶς ἐπὶ τῶν νοσούντων. ὥσπερ γε καὶ περὶ τῶν αἰτίων ὅσα γε προκατάρ- [454] χοντα καλοῦσι καὶ ὅσα προηγούμενα καὶ ὅσα συνεκτικά. δέδεικται δὲ καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο τὸ βιβλίον, ἡνίκα ἔλεγεν ἡ περὶ τὸν κάμνοντα οἰκονομία, τίνα χρησίμως ἄν τις ἐκ τῶν τοῦ κάμνοντος λόγων ἀθροίσειεν εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα. καὶ μέντοι καὶ ὡς ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἐν αὐτῇ θεωρουμένων ἐπισκοπούμενον τὰς ἀνομοιότητας εἰς μίαν ἄγειν καθόλου τε καὶ κοινὴν ὁμοιότητα προσήκει. τὰ πλεῖστα

que in propoſitis verbis enarrata bene inveniat, iſte jam optime curare poterit. Omnia itaque contemplemur ſingulatim, ea, quae per alia volumina uberius pertractavimus, in memoriam revocantes et ipſi, ſi quid deficiat, adjicientes. Igitur cujusque eorum, qui curentur, naturam a primo ortu ſciri debere praecepimus, ſaepiusque ut optime quispiam id faciat oſtendimus. Oſtenſum eſt autem haud minus, quae de primario affectis locis et per vitii communicationem laeſis ſcire et exquiſite dignoſcere in aegrotis oporteat, quemadmodum et de cauſis, quas anteincipientes vocant et quas antegreſſas et quas contentrices. Oſtenſum eſt praeterea et in hoc libro quum tradita eſt circa aegrotantem oeconomia, quae utiliter quispiam ex aegri ſermonibus ad artis opera colligere poſſit. Quin etiam quod ex ſingularibus in ipſa conſideratis ſpeculantem diſſimilitudines ad unam univerſalem communemque ſimilitudinem redigere oportet. Plurima vero

Ed. Chart. IX. [454.] Ed. Baſ. V. (483.)

δὲ τῶν ἐν τούτοις τοῖς βιβλίοις γεγραμμένων ἐστὶ χρήσιμα, τὸ δ' ἐφεξῆς εἰρημένον αὖθις ἀνομοιότητας τούτοισι τὴν ἀπὸ τῶν καθόλου καὶ κοινῶν καὶ ὁμοίων εἰς τὰς διαφορὰς τομὴν ἐνδείκνυται. δέδεικται δ' ἡμῖν καὶ τοῦτο κατὰ πάντα τὰ μέρη τῆς τέχνης. ἐν μὲν τῷ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν συμπτωμάτων, ἐπὶ τῆς τοῦ γενικοῦ συμπτώματος. οὕτως δὲ κἀν τοῖς περὶ διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν καὶ τοῦ σφυγμοῦ. ἀλλὰ καὶ κατὰ ταύτας τὰς διαφορὰς πάλιν ὁμοιότης ἐστὶ καὶ τέμνεταί γε πάλιν ἑκάστη διαφορὰ, καθάπερ ἐδιδάξαμεν, εἰς ἄλλας μερικωτέρας διαφορὰς, καὶ αὖται πάλιν ἔχουσιν ὁμοιότητάς τινας. κατὰ τοῦτ' οὖν εἰπὼν αὖθις, τὰς ἀνομοιότητας τούτοισιν, ἐπήνεγκε καὶ εἰ ὅμοια ἀλλήλοισιν, ἵν' ἀκούσωμεν περισπασθέντος τοῦ κατὰ τί. βούλεται γὰρ ἡμᾶς γινώσκειν τὰς ὁμοιότητας, αἵπερ εἰσὶ διαφοραὶ, κατα τί πάλιν ὅμοιαί εἰσιν ἀλλήλαις, ὡς ἐκ τῶν ὁμοιοτήτων ὁμοιότης γένηται μία. καὶ γὰρ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἑκάστη διαφορὰ κοινὴν ἔχει ὁμοιότητα καὶ πάσας ἡ γενικὴ περιλαμ-

eorum, quae in his libris ſcripta ſunt, uſu venire ſolent. At quod deinceps ſcriptum eſt, rurſum diſſimilitudines his, ab univerſalibus, communibus et ſimilibus in differentias partitionem ſignificat. Oſtenſum eſt autem hoc a nobis in omnibus partibus artis, in libro de differentia ſymptomatum, de communis ſymptomatis diviſione, ita quoque et in libris de pulſuum differentia, de pulſus in univerſum diſtinctione actum eſt. Verum et inter has differentias rurſum ſimilitudo eſt, iterumque ſingulae differentiae, ut edocuimus, in alias magis particulares differentias diſtinguuntur, item et iſtae quasdam habent ſimilitudines. Idcirco igitur quum dixerit, rurſum diſſimilitudines his ſubjunxit et an ſimilia inter ſe, ut intelligamus, deficere haec verba, *per quid*, vult enim nos cognoſcere diſſimilitudines, quae quidem ſunt differentiae, per quid iterum ſimiles inter ſe ſint, ut ex diſſimilitudinibus una ſimilitudo fiat; etenim ipſa per ſe unaquaeque differentia communem ſimilitudinem habet, omnesque generales com-

Ed. Chart. IX. [454.] Ed. Baſ. V. (483.)

βάνει. καλῶς οὖν εἶπεν αὕτη. ἡ γὰρ ὁδὸς ὀρθὴ κατὰ πᾶσαν δηλονότι τέχνης σύστασίν ἐστιν, ὡς ἔμαθες. κεκλήκασι δὲ οὐχ ὁδὸν, ἀλλὰ μέθοδον οἱ μετ' Ἱπποκράτην τὴν τοιαύτην ὁδὸν, ἐξ ἧς καὶ τῶν ὀρθῶς εὑρισκομένων τε καὶ γινομένων ἐν ταῖς τέχναις δοκιμασία καὶ τῶν οὐκ ὀρθῶς ἐχόντων ὁ ἔλεγχος γίνεται.

κα'.

Αἱμορῤῥαγίη ἐκ ῥινῶν ἢ τοῖσιν ὑποχλωρομέλασιν ἢ τοῖσιν ἐρυθροχλώροις ἢ τοῖσιν ὑποχλώροισιν.

Οὐ πρόσκειται τῷ λόγῳ πότερον γίνεται μᾶλλον ἐν ταῖς νόσοις ἐκ ῥινῶν αἱμορῤῥαγία τοῖς εἰρημένοις ἢ μᾶλλον τῶν ἄλλων ὠφελεῖ τούτους. ἀλλ' οὐδὲ τίνας λέγει τοὺς ὑποχλωρομέλανας εὔδηλόν ἐστιν. ὡς γὰρ εἶπον ἤδη πολλάκις, εἰώθασιν οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τῶν φυτῶν τὸ χλωρὸν λέγειν ἀπὸ τῆς χλόης καὶ τοῦ ταύτης χρώματος ὡς τὰ πολλὰ, κατα-

XXI.

Sanguinis de naribus profuſio aut iis, qui ſubvirides nigrique ſunt, aut iis, qui rubri et virides aut ſubviridibus.

Non eſt huic ſermoni additum utrum magis in morbis fiat ſanguinis e naribus profuſio dictis hominibus, an magis quam alios iſtos juvet. Sed neque quos intelligat ſubvirides et nigros clarum eſt. Nam, ut ſaepius jam repetitum eſt, in ſtirpibus τὸ χλωρὸν, id eſt viride, ἀπὸ τῆς χλόης, id eſt ab herba, ejusque colore Graeci ple-

plectitur. Recte igitur dixit: haec enim via recta in omni ſcilicet artis conſtitutione, ut didiciſti. Appellaverunt autem hanc viam poſteriores Hippocrate non viam, ſed methodum, ex qua recte inventorum et factorum in artibus probatio eſt, non recte autem ſe habentium redargutio.

Ed. Chart. IX. [454. 455.] Ed. Baf. V. (483. 484.)

χρώμενοι δὲ καὶ πᾶν τὸ εὐσθενοῦν καὶ τὴν οἰκείαν ἔχον εὐεξίαν οὕτως ὀνομάζουσιν. ἔστι δ' ὅτε καὶ τοὺς ὠχροὺς προσαγορεύουσι χλωρούς, καὶ νῦν οὕτω δοκεῖ τισὶ τῶν ἐξηγητῶν ὁ Ἱπποκράτης εἰρηκέναι χλωρομέλασιν, ὡς εἰ καὶ ὠχρομέλασιν εἶπεν. αὐτοὺς δὲ τούτους ἔνιοι μὲν ἐπιτηδειοτέρους εἶναι πρὸς αἱμορῥαγίαν φασὶ διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῆς ὠχρᾶς χολῆς, ὡς ἀναστομῶσαι δυναμένης ἀγγεῖον διὰ τὴν δριμύτητα. τινὲς δὲ ὠφελεῖσθαι μᾶλλον διὰ τὸ μοχθηροὺς ἔχειν χυμοὺς κενώσεως δεομένους. ὡσαύτως δὲ κἀπὶ τῶν ἐρυθροχλώρων διέστησαν, οἱ μὲν ἑτοιμοτέρους εἰρῆσθαι πρὸς αἱμορῥαγίαν αὐτοὺς φάσκοντες, οἱ δὲ ὠφελεῖσθαι μᾶλλον. ἐπ' ἀμφοτέρων δὲ [455] κοινὸν μὲν τὸ πλεονάζειν τὴν ὠχρὰν χολήν, οὐ κοινὸν δὲ τὸ μελαγχολικώτερον μὲν αὐτῇ μεμίχθαι χυμὸν ἐν τοῖς χλωρομέλασιν, αἱματικώτερον δ' ἐν τοῖς ἐρυθροχλώροις. ἔνιοι δὲ ἐρυθροχρόους γράφουσι διὰ τοῦ ρ, τοὺς τὴν ἐρυθρὰν ἔχοντας χρόαν δηλοῦσθαι βουλόμενοι. τρίτων δὲ (484) εἰρημένων τῶν ὑπο-

rumque dicere conſueverunt; abutentes autem omne vigens et boni habitus ita nominant. Interdum vero et pallidos virides appellant, atque nunc ita explanatoribus videtur Hippocrates virides et nigros accepiſſe, tanquam ſi pallidos et nigros dixiſſet. Hos ipſos vero nonnulli ſanguinis profluvio magis obnoxios eſſe contendunt, quod pallida bilis cum ſanguine permixta ſit, quae vaſculum poſſit acrimonia ſua recludere; alii iſtos magis juvari, quoniam pravis humoribus evacuationem requirentibus affluant. Pariter et de rubris viridibusque vocatis diſſentiunt, aliqui ad ſanguinis effuſionem aptiores ipſos dictos eſſe afferentes, aliqui ea re juvari magis. Sed utrisque commune quidem eſt bile pallida abundare, non commune autem magis melancholicum ſuccum ipſi admixtum eſſe in viridibus et nigris vocatis, magis ſanguinem vero in rubris et viridibus. Nonnulli ſane ſcribunt ἐρυθροχρόους per hanc litteram ρ, rubrum habentes colorem ſignificari volentes. At tertio dictos ſubvirides et hoc loco intelligunt

Ed. Chart. IX. [455.] Ed. Baſ. V. (484.)

χλώρων ἀκούουσι μὲν κἀνταῦθα τοὺς ὑπώχρους, ἐνδεικνυμένης δὲ τῆς φωνῆς τοὺς βραχίους ἔχοντας ὠχρότητας, τίνι ταύτην μεμίχθαι βούλονται παραλείπουσιν. εἰ μὲν γὰρ μελανότητα, τούτους πρώτους αὐτῷ λελέχθαι φασὶν, εἰ δ' ἐρυθρότητα, δευτέρους. μήποτ' οὖν, ὅταν λευκότητι μιχθῇ, καλεῖ τούτους ὑποχλώρους. ὁ δὲ λευκόχροος οὔθ' ἕτοιμός ἐστιν εἰς αἱμορῥαγίαν οὔτε τῶν προειρημένων ὠφελεῖται μᾶλλον.

κβ'.

Βραχέα ὑφέντα παχῦναι ξηρά.

Αὕτη μὲν ἡ παλαιὰ γραφή· οἱ δὲ περὶ τὸν Σαβῖνον οὐ βραχέα γράφουσιν, ἀλλὰ βραχίονα, καὶ φασιν ἀντισπάσεως ἕνεκεν ἐπὶ τῆς ἐκ ῥινῶν αἱμορῥαγίας ὀνινάναι τὴν ἀπὸ βραχίονος φλεβοτομίαν, οὐ μόνον ἰδίαν ἐξηγούμενοι γραφὴν, ἀλλὰ καὶ πιθανῶς ἀξιοῦντες ἡμᾶς ἀκούειν τὸν βρα-

ſubpallidos; ſed quum vox indicet modicum ipſos habere pallorem, cuinam permixtum illum eſſe velint, ſilentio tranſeunt: nam ſi nigritiae, hos primos ab ipſis dictos eſſe ajunt; ſi robori, ſecundos. Forſan igitur, quum albori mixtus eſt pallor, iſtos ſubvirides vocat, verum albi coloris homo haud ita multum ſanguinis e naribus profluvio obnoxius eſt, neque magis quam praedicti ab eo levatur.

XXII.

Parum remittentem craſſum facere oportet aride.

Haec quidem vetus lectio eſt. Sabini autem diſcipuli non legunt *βραχέα*, id eſt parum, ſed *βραχίονα*, id eſt brachium; dicuntque retractionis cauſa in ſanguinis de naribus eruptione venae brachii ſectionem prodeſſe, non ſolum propriam ſcripturam interpretantes, ſed etiam veri-

Ed. Chart. IX. [455.] Ed. Baf. V. (484.)

χίονα ὑφέντα λελέχθαι περὶ τῆς ἀπ' ἀγκῶνος φλεβοτομίας. ἐγὼ δὲ τὴν μὲν τοιαύτην φλεβοτομίαν ὠφελοῦσαν ἱκανῶς οἶδα τὴν ἐκ ῥινὸς αἱμορῥαγίαν ἀμέτρως γινομένην, ἀντισπᾷ γὰρ αὐτὴν καὶ κωλύει γίνεσθαι. οὐ μὴν τήν γε τοῦ Ἱπποκράτους ῥῆσιν ὁρῶ τοῦτο δηλοῦσαν, ἀλλὰ τὸ βραχέα ὑφέντα λέγειν ἔοικεν, ὡς οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγητῶν ἤκουσαν, ἐπὶ τοῦ συγχωρήσαντος βραχέα τῇ ῥύσει τοῦ αἵματος, οὕτως καὶ ἐπὶ τὸ παχύνειν αὐτὸν μεταβαίνειν. ἐπεὶ δ' οὐχ ἁπλῶς εἶπε παχῦναι, οὐ μεθ' ὑγρότητος, ἀλλὰ μετὰ ξηρότητος τὸ αἷμα τινὲς παχῦναι ξηρῷ κατὰ δοτικὴν πτῶσιν γράψαντες ὑπακοῦσαί φασι χρῆναι τῷ φαρμάκῳ. τοῦτο γὰρ κἀκ τῶν ἐπιφερομένων δηλοῦσθαι τοῖς διηγουμένοις συμβουλὴν εἶναι περὶ τῶν συνεχῶς αἱμορῥαγούντων οὐκ ἐν νόσοις, ἀλλὰ ἀνορθωκόσιν ἐπὶ τῆς διαίτης ὁ λόγος ἀναφαίνεσθαι δοκεῖ, κελεύσαντος αὐτοῦ ἐκ τῶν παχυνόντων μετὰ ξηρότητος εὔχυμον τούτοις ἐργάζεσθαι, χόνδρον καὶ ἄμυλον εἶναι λέγουσι

ſimiliter nos intelligere poſſe volentes, brachium remittentem, de venae in cubito ſolutione dictum eſſe. Ego vero hujusmodi venae ſectionem ſanguinis de naribus immodice profuſioni prodeſſe ſatis novi: retrahit enim ipſam et ne fiat impedimento eſt. Attamen Hippocratis locutionem id exponere non video; ſed haec verba, parum remittentem, in eum ſenſum, ut plurimi interpretes acceperunt, dixiſſe videtur, ut ſcilicet ſanguinis fluxui parum cedentes, ſic deinde et ad ipſum craſſiorem efficiendum tranſeamus. At quia non ſimpliciter dixit, ſanguinem craſſum facere, non cum humiditate, ſed cum ſiccitate, aliqui craſſum facere arido, in ablativo caſu ſcribentes, ſubintelligi oportere ajunt, medicamento: id enim et ex his quae ſubnectuntur declarari. Sed qui volunt in praemiſſis verbis, iis qui ſanguinis e naribus profluvio continenter laborant, non in morbis, ſed quum non decumbunt, conſilium dari, iis de victus ratione ſermo intelligendus videtur, jubente ipſo, ex craſſum reddentibus cum ſiccitate bonis ſuccis corpus replere, halicam et amy-

Ed. Chart. IX. [454. 455.] Ed. Baſ. V. (484.)

ταῦτα καὶ γάλα καὶ τυρὸν νέον καὶ χοίρεια κρέα καὶ μάλιστα τῶν γαλαθηνῶν ἀρνῶν, πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἐρίφων. οἱ δὲ περὶ τῶν ἐν νόσοις αἱμορῥαγούντων εἰρῆσθαι βουλόμενοι τὸν λόγον, συμβουλεύειν αὐτόν φασι παχύνειν τὸ αἷμα χωρὶς τροφῆς. τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ξηρῶς, ἐπειδὴ συμπέπτειν βούλεται τὴν κακοχυμίαν, εἰς τὴν πέψιν δὲ συντελεῖ καὶ τὴν τῶν πεπτικῶν φαρμάκων χρῆσιν ἔστιν ὅτε τὰ στύφοντα. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα παχύνουσι τὸ αἷμα, καθάπερ καὶ ἡ πέψις. εἴρηται δ' ἐφεξῆς αὐτῷ τῶν τοιούτων φαρμάκων παράδειγμα. τινὲς δ' οὐ ξηρῶς εἰς τὸ σ' τελευτώσης τῆς λέξεως, ἀλλ' εἰς τὸ ὠ [456] *γράφουσι ξηρῷ, φάσκοντες αὐτὸν κελεύειν παχύνειν τὸ διὰ τῆς ῥινὸς ἐκκενούμενον ἐν τῇ αἱμορῥαγίᾳ αἷμα ξηρῷ τῷ φαρμάκῳ.*

κγ'.

Τοῖσι δ' ἑτέροισιν ἧσσον παχυσμόν.

---

lum hujusmodi eſſe ajunt et recentem caſeum et ſuillas carnes et agnorum maxime lactentium et hoedorum praeterea. Alii de fluxu ſanguinis in morbo vexatis ſermonem factum eſſe volentes conſulere ipſum ajunt, ut ſanguis ſine cibis craſſus fiat: id enim ſignificat ea vox, *aride*, quoniam malos ſuccos vult concoquere; ad concoctionem autem bene facit inedia. Concoquentium etiam medicamentorum uſus eſt idoneus, quando ipſa adſtringentia ſunt; nam et haec ſanguinem craſſum faciunt, ſicut et concoctio. Deinceps ab ipſo hujusmodi medicamentorum exemplum poſitum eſt. Quidam autem non ſcribunt, *aride*, voce in e deſinente, ſed in o, *arido*, Hippocratem jubere dicentes per nares exeuntem in profluvio ſanguinem arido medicamento craſſum reddere.

XXIII.

Alii vero minus craſſitudinem facere.

Ed. Chart. IX. [455.] Ed. Baſ. V. (484.)

Ἑτέρους φασὶ λέγειν αὐτὸν τοὺς χωρὶς κακοχυμίας αἱμορῥαγοῦντας συνεχῶς, οἷς οὔτ' ὠχρᾶς οὔτε μελαίνης χολῆς ἐπιμέμικται. τινὲς δὲ κἀνταῦθα γράφουσιν οὐ παχυσμὸν, ἀλλὰ παχῦναι τὴν λέξιν σαφεστέραν ἐργάσασθαι βουλόμενοι. τὴν μέντοι διάνοιαν φυλάττουσι τὴν αὐτὴν, εἴ γε καὶ αὐτοὶ κελεύειν αὐτόν φασι τοὺς ἑτέρους οἱ διὰ πλῆθος αἵματος κακοχύμου αἱμορῥαγοῦσιν ἧττον παχύνειν, ἀκουομένου δηλονότι τοῦ παχύνειν αὐτοῦ πάλιν διττῶς, τινῶν μὲν κατὰ τὴν δίαιταν, τινῶν δὲ κατὰ τὰ προσφερόμενα τῇ ῥινὶ φάρμακα τὸν παχυσμὸν τοῦ αἵματος ἀξιούντων γίνεσθαι, τινῶν δὲ κατ' ἀμφότερα. βεβαίως δ' ὅτι γνῶσιν οὐδεμίαν τῶν τοιούτων ἔχει λέξεων εἴρηταί μοι πολλάκις.

κδ'.

Ξηρῷ δὲ δεῖ λευκῷ, οἷον κηκὶς, στυπτηρίη.

Alios ajunt ipſum dicere, eos ſcilicet qui ſine pravis ſuccis ſanguinem aſſidue profundunt, quibus neque pallida, neque atra bilis cum ſanguine mixta eſt. Aliqui et hic ſcribunt, non craſſitudinem, ſed craſſum facere, locutionem magis dilucidam reddere volentes. Sententiam quidem eandem plane ſervant, ſiquidem et iſti ipſum jubere volunt, aliis ob copiam mali ſanguinis ejus profluvio laborantibus minus craſſum facere; hoc videlicet, craſſum facere, iterum bifariam accepto, nonnullis quidem ratione victus, aliis vero per medicamenta naribus adhibita, quibusdam praeterea utroque modo ſanguinem craſſum reddere praecipientibus. Sed nullam firmam cognitionem ex his variis lectionibus haberi jam ſaepius a me dictum eſt.

XXIV.

Arido autem oportet albo, ut galla, alumen.

Ed. Chart. IX. [455.] Ed. Baſ. V. (484.)

Αὕτη μὲν ἡ παλαιὰ γραφὴ, δυσεξήγητον δὲ οὖσαν αὐτὴν ἔνιοι μετέγραψαν, οἱ μὲν ἐπ' ὀλίγον, οἱ δ' ἐπὶ πλέον ὑπαλλάττοντες. ἐπὶ πλέον μὲν οὖν ὑπήλλαξαν οὕτως γράψαντες, ξηρῷ δὲ λευκῷ ἀπὸ ῥινῶν, οἷον κηκὶς, στυπτηρίη. διάνοιαν δ' αὐτῆς εἶναι βούλονται τοιάνδε, τοὺς αἱμορῥαγοῦντας ἀμετρῶς ἀπὸ ῥινῶν πρὸς τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις ἔτι καὶ τοπικοῖς βοηθήμασι θεραπευτέον ἐστί. παράδειγμα δὲ τῶν τοπικῶν βοηθημάτων εἰρῆσθαί φασι ξηρὸν φάρμακον λευκὸν ἐντιθέμενον τῇ ῥινί. τῆς κηκίδος δὲ οὐκ οὔσης λευκῆς, ἔνιοι προσέθεσαν αὐτῇ καὶ τὴν στυπτηρίαν, γράψαντες οἷον κηκὶς, στυπτηρίη. τὸ δὲ τῇ ἢ τῇ περιεῖλον εἰκότως, ὡς μικρὸν ὂν καὶ οὐκ ἄξιον Ἱπποκράτους, εἴ γε δὴ σημαίνειν αὐτό φασιν, ὁπότερος ἂν μυκτὴρ αἱμορῥαγῇ, τούτῳ τὸ ξηρὸν φάρμακον ἐντιθέναι. φυλαττομένης δὲ τῆς παλαιᾶς γραφῆς αἰνιγματώδης ἡ λέξις γίνεται. τίνα γὰρ ἀπὸ ῥινῶν ἀξιοῖ λευκὰ κενοῦν ἢ καθαίρειν ἢ συμπέττειν ἢ αὐτόματα φερόμενα θεάσασθαι, παντάπασιν ἄπειρον εὑρεῖν, αὐτοῦ γε τοῦ Ἱπποκράτους μηδὲν προσθέντος τῷ λευκῷ.

Haec eſt ſane antiqua lectio, quam difficulter explanabilem nonnulli permutarunt, hi minus, illi magis; magis quidem hoc pacto ſcribentes, arido autem albo ex naribus, ut galla, alumen. Ipſius vero ſententiam hanc eſſe volunt, immoderate ſanguinem e naribus profundentes, ultra praedicta adhuc et localibus remediis curandi ſunt; localium vero auxiliorum exemplum dictum eſſe ajunt aridum medicamentum album naribus injectum. Sed galla quum alba non ſit, nonnulli ipſi adjecerunt et, *alumen*, ſcribentes, *ut galla, alumen:* eas autem voces hic aut ibi expunxerunt non injuria, tanquam exile quoddam atque indignum Hippocrate, quippe ſignificari hoc ajunt, per utram narem ſanguis eruperit, in illam aridum medicamen eſſe injiciendum. At ſervata veteri lectione magnopere obſcura locutio redditur. Nam quae ex naribus alba evacuare velit aut purgare aut concoquere aut ſponte deſcendentia contemplari, omnino inventu dubium ancepsque eſt, quum ipſe Hippocrates huic voci, *albo*,

Ed. Chart. IX. [456. 457.] Ed. Baf. V. (484.)

κατ' τοῦτ' οὖν εἰκότως ἐν αὐτῷ τούτῳ πρῶτον οἱ ἐξηγηταὶ διηνέχθησαν, ὑπακούειν ἀξιοῦντες ἄλλος ἄλλο καὶ ὅτι πᾶσιν αὐτοῖς τὸ, οἷον ἡ κηκὶς ἐναντιοῦται. προσῆκον γὰρ ἦν εἰρῆσθαι τὸ οἷον κηκίδι. τοῦτο μὲν οὖν κοινῇ πᾶσι μάχεται καὶ φυγεῖν οὐχ οἷόν τε τὸ τῆς ἑρμηνείας ἀλλόκοτον, οὐδ' ἐπανορθῶσαι μεταγράφοντα. λέγουσι δ' ἔνιοι τὸν ὅλον λόγον αὐτῷ καὶ νῦν ἔτι περὶ τῆς ἐκ ῥινῶν [457] *αἱμορ-ῥαγίας εἶναι. χρῆσθαι δὲ συμβουλεύειν ἐπὶ τῶν τοιούτων στύφοντι φαρμάκῳ, κατὰ τὸν αἱμορῥαγοῦντα μυκτῆρα τὴν ἔνθεσιν ποιούμενον, ἄχρις ἂν ἔλθῃ λευκὰ παυσαμένης τῆς αἱμορῥαγίας. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα μοχθηρῶς λέγουσιν εἰς τὴν ῥῆσιν ἡμαρτημένην, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, σχεδὸν δὲ καὶ παρεγκειμένην ὑπό τινος. θαυμάσαι δ' ἐστὶν ὥσπερ ἐν ἄλλοις πολλοῖς, οὕτω κἀνταῦθα τοὺς (περὶ) ἑτοίμως μεταγράφοντας ἐς ὅ τι ἂν αὐτοῖς δόξῃ τὰς Ἱπποκράτους λέξεις. ἁπάντων γὰρ τῶν ἐξηγητῶν ἐπισταμένων ἐν τῇ ῥήσει γεγραμμένον, ἀπὸ ῥινῶν λευκὰ, μεταγράψαντες αὐτοὶ γράφουσιν, ἀπὸ*

nihil plane adjecerit. Jure itaque in hoc ipſo primum interpretes diſcordes fuerunt, alius aliud ſubintelligendum eſſe exiſtimantes, et quoniam omnibus illis, iſtud, ut *κηκὶς*, id eſt galla, adverſatur; conveniens enim erat dicere, ut *κηκίδι*, id eſt galla, in ablativo caſu, non in recto caſu. Hoc igitur communiter omnibus repugnat; neque evitare quis poteſt orationis incongruum, neque emendare, licet ſcripturam mutet; ſed nonnulli dicunt etiamnum ipſi de ſanguinis e naribus fluxu totum ſermonem eſſe, conſulereque hujusmodi adſtringenti medicamine uti, in narem ſanguine manantem id immittentes, uſque dum ſedato ſanguinis curſu alba exiverint. Multa alia quoque perperam dicunt in verba, ut mihi quidem videntur, corrupta et ab aliquo forſan interpoſita. Ceterum mirari licet, ut aliis multis, ita et hoc loco eos, qui valde audacter Hippocratis verba in quidquid ipſis viſum fuerit transmutant. Cum omnes enim interpretes in ſermone Hippocratis ſcriptum eſſe ſciant, *ex naribus alba*, ipſi mutantes ſcribunt,

Ed. Chart. IX. [456.] Ed. Baſ. V. (484.)

ῥινῶν τῷ λευκῷ. πολλάκις δ' εἶπον ὡς ἐν ταῖς αἰνιγματώδεσι λέξεσι τὸ μὲν πιθανῶς μεταγράφειν ἔξεστιν, εἰπόντα δὲ πρότερον αὐτὸ τοῦτο τηνικαῦτα προσήκει μεταλλάττειν τὴν γραφήν.

κε'.

Οταν ἀφροδισιάζειν ἄρχωνται ἢ τραγίζειν, αἱμορῥαγέουσιν.

Αἱμορῥαγέουσιν ἐκ ῥινῶν ἑτοίμως οὐ μόνον νοσοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ ὑγιαίνοντες, οἱ τὴν ἡλικίαν ἄγοντες ταύτην, ἐν ᾗ συμβαίνει τὸ καλούμενον τραγίζειν. οὗτοί γε καὶ ἀφροδισιάζειν ἤδη δύνανται. καὶ πρότερον μὲν οὖν εἶχον αἷμα πολὺ, παῖδες ὄντες, ἀλλ' εἰς τὴν αὔξησιν οὐκέθ' ὁμοίως πολύ. τὸ δ' αἷμα θερμότερον αὐτοῖς γίνεται, διὰ τοῦτ' οὖν αἱμορῥαγοῦσιν. μεμνῆσθαι δ' ὑμᾶς οἶμαι τὰς μὲν ἐξ ἄλλων μορίων γινομένας αἱμορῥαγίας μετὰ τῆς τοῦ τόπου προσηγορίας λεγομένας ἀεὶ, τὰς δ' ἐκ τῆς ῥινὸς ἔσθ' ὅτε καὶ γωνὶς τοῦ μέρους.

ex naribus albo. Multoties autem dixi in perobſcuris locutionibus veriſimiliter verba mutare fas eſſe, ſed prius id ipſum dicentem tunc lectionem mutare decet.

XXV.

Cum venere uti incipiunt aut hircire, ſanguinis profluvio laborant.

Sanguinem de naribus facile profundunt non ſolum aegroti, verum etiam ſani, qui eam aetatem agunt, in qua illud ipſis evenit quod hircire vocant. Iſti jam et venere uti plane poſſunt. Ac prius quidem, cum eſſent pueri, ſanguine copioſo abundabant, verum ratione incrementi haud etiam pariter copioſo. Sanguis autem ipſis calidior eſt, propterea ejus profluvio tentantur. At vos meminiſſe puto ex aliis membris ſanguinis profluvia cum loci appellatione ſemper dici; ex naribus vero nonnunquam et ſine particulae appellatione ſanguinis profluvium ſimpliciter nominari.

Ed. Chart. IX. [457.] Ed. Baf. V. (485.)

κστ'.

(485) Ἐν τῇσι δὲ προσόδοισιν ἔστιν οἳ ἀποψοφέουσιν, ὡς Ἀρκεσίλαος. οἱ δὲ μέλλοντες φρικώδεες, ῥικνώδεες. οἱ δ' ἐπὴν προσέλθωσι, φυσῶντες κοιλίην, οἷον Δαμαγόρας.

Εἴρηκα πολλάκις ὡς εἰ μὲν τὰ πάνυ κακῶς εἰρημένα πολλοῖς τῶν ἐξηγητῶν ἐλέγχοιμι, δυσχεραίνουσιν ἅπαντες τῷ μήκει τῶν ὑπομνημάτων. εἰ δ' ἀνέλεγκτα παραλείποιμι τῶν μετριωτέρων μνημονεύων, οἱ νῦν ἔχοντες ἐξ ἑαυτῶν ὁρμώμενοι καὶ τὰ παραλελειμμένα κρῖναι δυνήσονται. καὶ νῦν οὖν οὕτω πράξω. τὸ μέντοι προσόδοισιν ἅπαντες σχεδὸν ἤκουσαν ἐπὶ τὸ πρὸς γυναῖκα μίξεως, ὥσπερ γε καὶ τὸ ἀποψοφέουσιν, ἐπὶ τοῦ φύσας προΐεσθαι. καὶ περὶ μὲν τούτου καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν εἴρηται, τὸ δ' ἐφεξῆς γεγραμμένον, οἱ δὲ μέλλοντες φρικώδεες, ῥικνώδεες, τοιόνδε τι δηλοῖ. τινὲς τῶν ἐπιχειρούντων ἀφροδισίοις ἐν τῷ

XXVI.

In acceſſibus autem quidam proſtrepunt, ut Arceſilaus. Aliqui acceſſuri horrentes, rugoſi. Aliis vero poſt inflatur venter, quam acceſſerint, ut Damagoras.

Saepius repetivi, ſi valde male a multis interpretibus dicta redarguam, aegre omnes ferre commentariorum longitudinem; ſi vero non reprehenſa dimittam, mediocria tantum memorans, eos qui haud tardo ingenio ſunt, ab illis excitatos et reliqua dijudicare poſſe. Et nunc igitur faciam * * * Hanc quidem vocem, *acceſſibus*, omnes fere de coitu cum muliere intelligunt, quemadmodum et eam vocem, *perſtrepunt*, de emittendis per anum flatibus, atque de hoc etiam paulo ante dictum eſt. Sed quod deinceps ſcriptum eſt, acceſſuri autem horrentes, rugoſi, quiddam tale ſignificat. Aliqui venerea aggredientes, cum incaleſcunt, horrore tentantur; qua ratione jam

Ed. Chart. IX. [457. 458.] Ed. Baſ. V. (485.)

διαθερμαίνεσθαι φρικώδεις γίνονται, καθ' ὃν λόγον ἤδη πολλάκις ἐμάθετε τοὺς κακοχύμους ἅπαντας, ὅταν ἀθροώτερον θερμαίνωνται, τοῦτο πάσχοντας. ἔνιοι δ' ἀντὶ τοῦ φρικώδεες ῥιγῶσι γράφουσιν, ὃ δοκεῖ μοι πάνυ σπάνιον εἶναι καὶ μεγίστης [458] κακοχυμίας σημεῖον, ὥστ' οὐδ' ἔγνων τινὰ ῥιγοῦντα κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς μίξεως. ἀλλὰ καὶ τὸ ῥικνώδεες ἔνιοι κακώδεες γράφουσιν. ἐξηγοῦνται δέ τινες ἐπὶ τοῦ κακοῦσθαι τὸ σῶμα λελέχθαι τοὺς κακώδεις, ἔνιοι δ' ἐπὶ τοῦ κακὸν ὄζειν. περὶ δὲ τοῦ κατὰ τὴν κοιλίαν τινὰς ἐμφυσᾶσθαι πρόσθεν εἴρηται. Διοσκορίδης δὲ καὶ ταύτην τὴν ῥῆσιν ὡς μυρίας ἄλλας μετέγραψεν εἰς ἣν αὐτὸς ἐβούλετο λέξιν, ὡς εἶναι τὴν ὅλην ῥῆσιν τοιάνδε· ἐν τοῖσι προσόδοισιν ἔστιν οἷον ἀποψοφέοντες, οἷον Ἀρκεσίλαος, ἵνα δυσώδεις εἶναι τὰς φύσας αὐτοῦ νοήσωμεν. ὅ γε μὴν Καπίτων καὶ αὐτὸς εἰς πολλὰ πάνυ μεταγράφων τήνδε τὴν λέξιν τοιαύτην ἐποίησεν. ἐν τῇσι προσόδοισιν οἱ ἀποψοφέουσιν, οἷον Ἀρκεσίλαος, οἱ δὲ μέλλοντες ῥιγοῦσι ῥικνώδεις.

ſaepius didiciſtis, omnes mali ſucci plenos, cum vehementius repente caleſiunt, horrore vexari. At nonnulli pro hac voce, *horrentes*, *rigent*, ſcribunt: quod mihi perrarum eſſe videtur et maximae ſuccorum pravitatis indicium; quare neque ullum initio coitus rigore affici cognovimus. Verum et hanc vocem, *rugoſi*, aliqui in hanc vocem, *κακώδεις*, convertunt. Alii vero interpretantur ob male habitum corpus, *κακώδεις*, dici; aliis quod tetrum odorem ſpirent. Quod quibusdam autem venter infletur, ſupra poſitum eſt. Sed Dioſcorides hanc partem, ut et alias multas, prout ipſi libitum fuit commutavit, ut tota oratio hujusmodi ſit: in acceſſibus ſunt aliqui perſtrepentes, quemadmodum Arceſilaus, ut foetidos ipſius crepitus eſſe intelligamus. Capito quidem et ipſe in valde multa ſermonem hunc convertens talem fecit: in acceſſibus aliqui perſtrepunt, ut Arceſilaus, aliqui acceſſuri rigent rugoſi.

Ed. Chart. IX. [458.] Ed. Bas. V. (485.)

κζ'.

Αἱ μεταβολαὶ φυλακτέαι.

Ἀσφαλέστερον ἐν ἄλλοις τέ τισι καὶ τοῖς ἀφορισμοῖς εἴρηκε τοῦτο, προκειμένου τοῦ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης. οὔτε γὰρ αἱ κατὰ τὸ περιέχον ἡμᾶς οὔθ' αἱ πρὸς ἡμῶν αὐτῶν γινόμεναι κατὰ βραχὺ μεταβολαὶ τὸ σφαλερῶς ἔχουσι. μόναι δ' αἱ ἀθρόαι σφαλεραὶ πρὸς ὑγείαν εἰσὶ καὶ διὰ τοῦτο τοιαύτας χρὴ φυλάττεσθαι. φυλαξώμεθα δὲ τὰς μὲν κατὰ τὸ περιέχον ἔνδον τε διατρίβοντες τὰ πλεῖστα καὶ τῇ τῶν ἐναντίων προσαγωγῇ, ξηραίνοντες μὲν τὸ σῶμα κατὰ τὰς ὑγρὰς μεταβολὰς, ὑγραίνοντες δὲ κατὰ τὰς εἰς ξηρότητα, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον θερμαίνοντές τε καὶ ψύχοντες, ὁπότε τούτων ἑκατέρου καιρός. ἐν δὲ τῇ διαίτῃ τὰς μεταβολὰς ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐστι φυλάττεσθαι, μήτ' ἐκ γυμνασίων ἀθρόως εἰς ἀργίαν μήτ' ἐξ ἀργίας εἰς γυμνάσια μεθισταμένοις, ἀλλὰ μηδ' ἐξ ἀλουσίας ἐπὶ λουτρὸν, μηδ' ἐκ λουτρῶν εἰς ἀλουσίαν, μηδ' ἐξ ὑδροποσίας εἰς οἴνου πόσιν

XXVII.

Mutationes cavendae.

Et in aliis quibusdam et in aphoriſmis id cautius dixit his verbis propoſitis, multum et repente. Neque enim quae aëris mutationes, neque quae a nobis ipſis paulatim fiunt, periculoſae ſunt, ſed tamen magnae ac repentinae ſanitatis amittendae periculum inferunt; quocirca et ab his cavendum eſt. Evitabimus autem ambientis coeli mutationes, domi nos plurimum continentes et contrariorum uſum adhibentes, in humidis quidem mutationibus corpus ſiccantes, in ſiccis humectantes; eadem quoque ratione mutationes cavere in nobis ipſis eſt, neque ab exercitationibus ſubito ad otium, neque ab otio ad exercitationes transeuntibus; ſed neque a lavandi inſuetudine ad lavationes, neque a lavationibus ad oppoſitum,

Ed. Chart. IX. [458.] Ed. Baſ. V. (485.)

ἢ ἐξ οἴνου πόσεως εἰς ὑδροποσίαν, ἐπί τε τῶν ἄλλων ἁπάντων ὡσαύτως. οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος ἀληθής ἐστιν ἅμα καὶ πολλάκις ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένος. οὐκ οἶδα δὲ τί παθόντες ἔνιοί φασι χρῆν προσυπακοῦσαι τῷ, αἱ μεταβολαὶ φυλακτέαι, τὸ τῶν ἡλικιῶν. ἐν ἀφορισμοῖς γὰρ αὐτὸς εἰπὼν τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν ἢ πληροῦν ἢ θερμαίνειν ἢ ψύχειν ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν τὸ σῶμα κινέειν σφαλερὸν, καὶ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον, οὐκ ἐμνημόνευσεν ἡλικιῶν. οὔτε γὰρ τὸ πολὺ τῇ φύσει κατ' αὐτάς ἐστι κατὰ βραχὺ μεθισταμένας, οὔτε φυλακῆς τινος δέονται περιττοτέρας περὶ τὰ κοινὰ τῶν ὑγιεινῶν παραγγελμάτων, καθάπερ οὐδ' ὅταν αἱ ὧραι κατὰ βραχὺ τὴν μεταβολὴν ποιοῦνται, ταύτας μὲν οὖν ὁρῶμεν ἐνίοτε μεγάλας ἀθρόως τὰς ὑπαλλαγὰς εἰς τἀναντία ποιουμένας. ἡλικίαν δ' οὐδεμίαν ἀθρόως πεσοῦσαν ἴσμεν, ὥστε τὸν παῖδα κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἄνδρα γενέσθαι μὴ κατὰ βραχύ, διά τε τῆς τῶν ἐφήβων καὶ τῶν μειρακίων ἡλικίας ὁδοιπορήσαντα.

---

neque ex aquae potu ad vinum bibendum, neque ex vini uſu ad aquae potum et in aliis omnibus ſimiliter. Hic ſermo plane verus eſt juxta et ab Hippocrate ſaepius repetitus. Caeterum ignoro quidnam aliqui ſentientes dicant ſubintelligendum eſſe huic orationi, mutationes cavendae, hanc vocem, aetatum: in aphoriſmis enim ipſe inquiens, multum et repente evacuare aut replere aut calefacere aut refrigerare aut aliter utcunque corpus movere, periculoſum eſt et omne multum naturae inimicum; aetatum nullam mentionem fecit. Neque enim in ipſis paulatim labentibus nimium naturae inveniri poteſt, neque aliqua curioſiore obſervatione indigent, quantum ad communia tuendae ſanitatis praecepta pertineat: quemadmodum neque cum anni tempora paulatim mutationem ſuam faciunt. Verum haec interdum videmus magnas repente in contrarium mutationes pati; at aetatem nullam repente elapſam novimus, ut puer die poſtero in virum evaſerit, non paulatim per pubertatis et juventae annos tranſitu facto.

Ed. Chart. IX. [458.] Ed. Baſ. V. (485.)

κη'.

[459] Ὀλιγοσιτίη ἄκοπον, ἄδιψον.

Εἰρηκὼς καθόλου φυλάττεσθαι χρῆναι τὰς μεταβολὰς, ἓν τι τῶν εἰς φυσικὴν διαφερόντων ἔγραψεν ἐφεξῆς εἰς ἀνάμνησιν ἑαυτῷ. κατὰ γὰρ τὰς ἀμφοτέρας μεταβολὰς, τάς τε τοῦ περιέχοντος καὶ τὰς τῶν ἡμετέρων ἐπιτηδευμάτων τε καὶ τῆς ὅλης διαίτης, ὀλιγοσιτίην τε καὶ τὸ ἄδιψον καὶ τὸ ἄκοπον ἐν ἅπασιν οἷς πράττομεν ἔχειν σκοπόν. οἱ δ' ἐξηγηταὶ τὴν ὀλιγοσιτίαν ἔφασαν ἄδιψόν τε καὶ ἄκοπον εἶναι. ψεῦδος δέ ἐστιν, ἐὰν ὡς καθόλου λέγηται, τοῖς μὲν γὰρ φλεγματώδεις ἔχουσι χυμοὺς ἢ χρηστὸν αἷμα πολὺ, ἄκοπόν ἐστι καὶ ἄδιψον ἡ ὀλιγοσιτία, τοῖς δὲ χολώδεσιν ἢ ἐνδεέσιν οὔτε ἄκοπον οὔτε ἄδιψον, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ διαίτης ὀξέων ἐδίδαξεν. ἔτι δὲ χεῖρον ὑπειλήφασιν οἱ γράψαντες ἀσιτία ἄκοπον, ἄδιψον. ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐσχάτως

XXVIII.

Cibi paucitas laſſitudinem non faciens nec ſitim accendens.

Cum in univerſum mutationes eſſe cavendas dixerit, unum quiddam ad naturalem ſtatum tuendum conferens deinceps ſcripſit, ut memoriae propriae conſuleret. In utraque enim mutatione cum circumdantis aëris tum noſtrorum ſtudiorum et univerſae victus rationis, cibi paucitatem et ſitis et laſſitudinis privationem in omnibus quae agimus nobis eſſe propoſitam jubet. Sed explanatores cibi paucitate et ſitim et laſſitudinem tolli dixerunt. Verum id ſi univerſum proferatur, falſum eſt: nam pituitoſos ſuccos aut multum et bonum ſanguinem habentibus cibi paucitas laſſitudinem tollit et ſitim exſtinguit; ſed bilioſis aut inopia ſanguinis laborantibus, neque laſſitudinem ſedat, neque ſitim exſtinguit, ut ipſe in libro de victus acutorum ratione edocuit. Adhuc vero pejus illi ſenſerunt qui ita ſcribunt, inedia laſſitudinem tollens,

Ed. Chart. IX. [458.] Ed. Bas. V. (485.)

ἀμαθεῖς, ἀγνοοῦντες ἃ μηδὲ τῶν ἰδιωτῶν τις ἀγνοεῖ. τινὲς δὲ κατὰ τὸ τέλος τῆς ῥήσεως προστιθέασι τὸ πεινῶντι καὶ φασι τὴν ὀλιγοσιτίαν ἄκοπον καὶ ἄδιψον εἶναι τῷ πεινῶντι. πεινῶντα δ' εἰρῆσθαί φασι τὸν τῆς ἐνδείας αἰσθανόμενον, καίτοι βέλτιον εἴη λέγειν τῷ μὲν ἐνδείας αἰσθανομένῳ τὴν ὀλιγοσιτίαν οὐκ ἐν καιρῷ παραλαμβάνεσθαι, τῷ δ' οὐκ αἰσθανομένῳ χρήσιμον εἶναι, δῆλον γάρ ἐστιν ὅτι πληθωρικῶς διάκειται.

κθ'.

Πᾶς λεπτυσμὸς χαλᾷ τὸ δέρμα, ἔπειτα περιτείνεται, ἀνάτρεψις τἀναντία, χρωτὸς ῥίκνωσις ξυμπίπτοντος, ἔκτασις ἀνατρεφομένου. τὸ φρικῶδες τὸ λεῖον, ἑκατέρου σημεῖον, τὸ ὑπόχολον, τὸ ὑπέρυθρον. οὕτω τὸ κατεσπάσθαι μαζοὺς, ἰσχνοὺς δὲ ἀνεσπάσθαι καὶ περιτετάσθαι. καίτοι οὐκ ἄν τις οἴοιτο διὰ τοῦτο, ἀλλὰ σαρκωθέντος τοῦτο γίνεται.

ſitim exſtinguens; at iſti plane in extrema inſcitia verſantur, ea quae neque vulgus hominum latere ſolent ignorantes. Alii praeterea fini ſermonis hanc vocem, eſurienti, adjiciunt, ajuntque cibi paucitatem eſurienti laſſitudinem et ſitim eximere; eſurientem vero dictum eſſe volunt qui indigere cibo ſe ſentiat. Atqui melius eſſet dicere famem ſentienti paucitatem cibi haud in tempore adhiberi, non ſentienti autem conducere: ſignum eſt enim ipſius corpus multitudine redundare.

XXIX.

Omnis extenuatio laxat cutem, deinde diſtenditur. Refectio contraria facit, cutis corrugatio concidentis, extenſio refectae. Horrens, laeve, utriusque ſignum, ſubbilioſum, ſubrubrum. Sic detrahi mammas, graciles autem ſurſum trahi aut circumvelli. Etſi quispiam non arbitretur propter hoc, ſed carne creata id fieri.

Ed. Chart. IX. [458. 459.] Ed. Baſ. V. (485. 486.)

Θαυμάζω τῶν ἐξηγητῶν τὰς μὲν αἰνιγματώδεις ῥήσεις, ἃς οὐδεὶς ἀνθρώπων νοεῖ, μόνων ἐπαγγελλομένων νοεῖν, ὅσαι δὲ ἡμῖν ἅπασι σαφεῖς εἰσιν, ἐκείνων μόνων μὴ νοούντων. τὴν γοῦν προκειμένην οὐκ οὖσαν αἰνιγματώδη διασπῶσι πολυειδῶς, ἄλλος ἄλλοθεν περιγράφων τὰς κατὰ ταύτην ἀποφάσεις, ἐξηγοῦνταί τε παρὰ τὰ φαινόμενα ἅπασιν ἐναργῶς, ἃ μάλιστα πάντων ἐχρῆν φυλάττειν αὐτούς. ἔστι μὲν γὰρ ὁ λόγος τῷ Ἱπποκράτει περὶ τῶν ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν ὁρωμένων, κατά τε τοὺς λεπτυσμοὺς καὶ τὰς ἀνατρέψεις. οἱ δὲ οὐδὲ τί ποτ' ἐστὶν ὁ λεπτυσμὸς ἐοίκασιν ἐπίστασθαι, τοσούτου δέουσιν ἢ τὰ φαινόμενα πάντα κατ' αὐτοὺς ἢ τὰς αἰτίας αὐτῶν ἐγνωκέναι. γίνεσθαι [460] *γοῦν τὸν λεπτυσμὸν ἀποφαίνονται διὰ κένωσιν. ἔνιοι δ' ὡς οὐ διαφέρει εἴτε κένωσιν ἢ λεπτυσμὸν εἰπεῖν ὑπολαμβάνουσιν.* (486) *ἀλλὰ τοῦτο μέν, ὡς ἔφην, οὐ μεγάλης τινὸς ἐπιστήμης ἐστὶ γνῶναι. πολλοὶ γοῦν αἵματος μὲν οὐκ ὀλίγον ἔχουσι πλῆθος, ἐσχάτως δ' εἰσὶ λεπτοὶ, καθάπερ ἄλλοι πα-*

Demiror explanatores obſcuras locutiones, quas nemo intelligat, ſolas ſe intelligere profitentes; quacunque vero nobis omnibus perſpicua ſunt, ſolos ipſos non intelligere. Propoſitum igitur ſermonem minime ambiguum multifariam diſtrahunt, alius aliter ipſius enuntiationes ſcribens atque commutans; et contra ea, quae in omnibus evidenter apparent, interpretantur, quae maxime omnium ipſos obſervare oportebat: eſt enim Hippocrati ſermo de iis, quae in corpore noſtro conſpiciuntur per tenuationes et enutritiones. Sed nonnulli neque quid ſit tenuatio noſſe videntur, tantum abeſt ut omnia in iſtis evidenter apparentia aut ipſorum cauſas percipiant; ſed tamen fieri tenuationem per evacuationem praedicant. Aliqui ſive evacuationem ſive tenuationem dixeris nihil intereſſe opinantur. Verum hoc dignoſcere, ut diximus, non eſt magnae cujusdam ſcientiae. Jam multi haud modica ſanguinis copia redundant, graciliſſimi tamen ſunt: ſicut alii e contrario craſſi, ſed paucum habent ſanguinem. Atqui

Ed. Chart. IX. [460.] Ed. Baſ. V. (486.)

χεῖς μέν, ὀλίγαιμοι δέ. καὶ τήν γε ἐπεσχημένην ὀκτὼ μησὶν ἤδη τὰ καταμήνια, λεπτοτάτην οὖσαν ἀφελὼν αἵματος οὐκ ὀλίγον εἰς τὴν οἰκείαν ἕξιν ἐπανήγαγον ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ, καθάπερ καὶ ἄλλας οὐκ ὀλίγας. ἀλλὰ τὸ κατ' ἐκείνην, οὐ γὰρ ἦν ἀφανὴς, ἔνδοξον ἐγένετο. γεγονυίας μὲν αὐτῇ τῆς φλεβοτομίας, εὐλαβουμένων δὲ καὶ τῶν ἰατρῶν ἐπαγγείλασθαι βεβαίως τὴν ἐπὶ τῷ βοηθήματι γενησομένην ὠφέλειαν· ἔνιοι δὲ καὶ ἡμῖν ἀντιλέγειν ἐτόλμησαν, οὐ μόνον διὰ τὴν ἰσχνότητα τῆς γυναικὸς, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀνορεξίαν, ὑπὸ τῆς φλεβοτομίας αὐτὴν βλαβήσεσθαι λέγοντες. καὶ τά γε τοιαῦτα κάλλιόν ἐστι μακρολογεῖν τοῦ ζητεῖν ἀκριβῶς εὑρεῖν ὁποτέρου τῶν Προδίκων Ἱπποκράτης μνημονεύει. ἀλλ' ὡς εἶπον ἤδη πολλάκις, οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν ἐπὶ τὸ σοφιστικώτερον εἶδος ἀπεχώρησαν, ἀμελήσαντες μὲν τοῦ παραφυλάττειν μὲν ἀκριβῶς τὰ γινόμενα περὶ τοὺς ἀῤῥώστους, ζητεῖν δὲ αὐτῶν τὰς διαθέσεις καὶ τὰς αἰτίας ἐξ ὧν ἡ τῆς θεραπείας εὕρεσις γίνεται, κρινομένης καὶ αὐτῆς

ego cuidam mulierculae jam octo menſes purgationis menſtruae ſuppreſſione laboranti, extenuatiſſima cum eſſet, haud exiguo detracto ſanguine, breviſſimo tempore proprium habitum reſtitui; ſicut et alias non paucas eodem modo ad ſanitatem reduxi; ſed quod illi mulieri accidit, neque enim erat ignobilis, fuit valde celebre, ipſi quidem reſciſſa vena et medicis ex eo remedio ſuturam utilitatem conſtanter polliceri verentibus. Quin etiam nonnulli mihi adverſari audebant, non ſolum propter mulieris maciem, ſed etiam propter inappetentiam, ex venae ſectione ſecuturam eſſe noxam affirmantes. Profecto haec melius eſt longiori ſermone perſequi quam utrius Prodici Hippocrates mentionem fecerit diligenter invenire conari. Verum, ut ſupra jam dixi ſaepius, recentiores medici ad magis ſophiſticam doctrinae ſpeciem deflexerunt; aegrotis evenientia diligenter obſervare et ipſorum affectus cauſasque, ex quibus curationis inventio acquiritur, indagare negligentes; quae et ipſa per experientiam dijudicatur. In

Ed. Chart. IX. [460.] Ed. Baſ. V. (483.)

τῇ πείρᾳ τῆς γυναικὸς, ἧς ἐμνημόνευσα, τῇ μὲν πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἀφεῖλον τοῦ αἵματος, ὡς μίαν καὶ ἡμίσειαν λίτραν, αὖθις δὲ τῇ δευτέρᾳ μίαν, τῇ τρίτῃ δ' οὐ πολλῷ πλέον ἡμίσεως μιᾶς λίτρας, οὐγκίαι γὰρ ἦσαν ὀκτώ. σοφιστὴς μὲν οὖν ταῦτα ἀναγνοὺς ζητεῖν ἄρξεται τίς τῶν Ἑλλήνων ὠνόμασε λίτρας ἢ τίς οὐγκίας· ἰατρὸς δ' ἐπιθυμήσει γνῶναι τίνα σημεῖα καὶ ἄλλα τὴν φλεβοτομίαν ἐνεδείκνυτο, περὶ τὴν ἐπίσχεσιν τῶν καταμηνίων. ἐκεῖνα τοίνυν ἐρῶ κἀγώ, τοῖς σοφισταῖς οἰμώζειν εἰπὼν, ὡς αἱ φλέβες ἐξεῖχον αὐτῆς αἵματος μεσταὶ φαινόμεναι, πελιδναὶ τῇ χρόᾳ, διαιρεθέντος δὲ τοῦ ἀγγείου παραπλήσιον ἦν ὑγρᾷ πίττῃ καὶ τῷ πάχει. δι' αὐτό γε τοῦτο πολὺ μᾶλλον ἔδοξε κενωτέον εἶναι δαψιλῶς. ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ παρ' ἡμῶν εἴρηται τοῖς ἰατρεύειν ὀρθῶς βουλομένοις· ἐπὶ δὲ τὸ προκείμενον αὖθις ἀφικόμενος οὐκ ὀρθῶς φήσω τοὺς ἐξηγητὰς ἁπλῶς ἀποφήνασθαι τὸν λεπτυσμὸν τοῦ σώματος ἐπὶ κενώσει γίνεσθαι. διορισμοὺς γὰρ ἐχρῆν εἰπεῖν ὡς ὁ μὲν, λεπτυσμὸς ὅλου τοῦ ὄγκου καθαίρεσίς τίς ἐστι καὶ σύμπτω-

muliere ſane quam memoravi primo die ſanguinis ſesquilibram detraxi, rurſum poſtridie libram, tertio vero non multo plus ſemilibra, erant enim unciae octo. Sophiſta quidem haec legens quaerere incipiet, quis ex Graecis unquam libras aut quis uncias nominavit. Medicus vero et quae alia ſigna praeter cohibitos menſes venae ſectionem indicent ſcire avebit. Illa igitur et ego recenſebo, ſophiſtis ut valeant nuncians: ſcilicet ipſius venae eminebant ſanguinis plenae, colore lividae, reſciſſo autem vaſculo, liquidae pici et colore et craſſitudine ſimilis ſanguis emanabat, ob id ipſum ſane multo magis viſus fuit largiter eſſe evacuandus. Haec quidem a nobis obiter recte mederi cupientibus dicta ſunto. Rurſum vero ad propoſitum me recipiens, non recte dicam interpretes affirmaſſe, attenuationem corporis ſimpliciter ob inanitionem fieri; diſtinctiones enim dixiſſe oportuit, quod ſcilicet attenuatio totius molis detractio quaedam eſt et collapſus

Ed. Chart. IX. [460. 461.] Ed. Baſ. V. (486.)

σις ἢ συνίζησις ἢ ὅπως ἂν θέλωσιν αὐτὸν καλεῖν, ὁ δὲ παχυσμὸς ἔμπαλιν εἰς ὄγκον ἐπίδοσις. ἐνίοτε μὲν οὖν ἀῤῥωστούσης τε τῆς ἐν τῷ σαρκώδει γένει δυνάμεως, αἵματός τε μοχθηροῦ περιεχομένου κατά τε τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας ὁ λεπτυσμὸς γίνεται. πολλάκις δ' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ὁ παχυσμὸς ὡς ἐν μὲν τοῖς ἀγγείοις ὀλίγον εἶναι τὸ αἷμα δαπανώμενον εἰς τὴν θρέψιν τῶν σαρκῶν, εὐτροφεῖν δ' ἐκείνας καὶ δι' αὐτὰς τὸν ὅλον ὄγκον τοῦ σώματος. ἴσασι δὲ καὶ τοῦτο καὶ οἱ ἀνδραποδοκάπηλοι πάντες ὡς περιτείνεται τὸ δέρμα τοῖς σαρκώδεσι μέρεσι καὶ φύσεις τέ τινας σωμάτων γνωρίζουσι μὴ δυναμένας εἰς ὄγκον ἐπιδοῦναι τῇ περιτάσει τοῦ δέρματος. ἀνατείναντες γὰρ αὐτὸ τοῖς δακτύλοις ἄκροις, σκοποῦσιν ἐπὶ πόσον ἀφίσταται τῆς ὑποκειμένης σαρκὸς, ἀναιρέψειν τε τοσοῦτον ἐλπίζουσιν ἕκαστον τῶν ἰσχνῶν σωμάτων, ὅσον ἂν ἐπιδῷ τὸ δέρμα, τὸ μὲν χαλαρὸν ἐπὶ [461] τοῖς λελεπτυσμένοις τὸ δὲ τεταμένον ἐπὶ τοῖς παχυνθεῖσι φαίνεται γινόμενον. οἱ μὲν οὖν λεπτυσμοὶ διὰ πολλὰς αἰτίας συμβαίνουσι. καὶ γὰρ ἔνδεια τρο-

aut ſubſidentia vel utcunque ipſam nominare velint; craſſitudo vero e contrario in tumorem elatio eſt. Nonnunquam igitur debilitata carnoſi generis facultate et vitioſo ſanguine in arteriis venisque incluſo attenuatio fit; plerumque vero ex contrariis craſſitudo, ut in vaſis quidem paucus ſanguis remanſerit in carnium nutricationem diſtributus, illae vero bene habitae ſint et per eas totius moles corporis increverit. Noverunt autem vel omnes id quoque mangones, cutem ſcilicet carnoſis particulis praetendi et naturas quasdam corporum agnoſcunt, quae in molem excreſcere praetenſa cute non valeant. Nam ipſam ſummis digitis ſurſum trahentes, quousque a ſubjecta carne diſcedat, conſiderant et eo uſque ſingula emaciata corpora ſe reficere poſſe ſperant, quouſque cutis protracta fuerit: laxa enim cutis in extenuatis, extenſa in craſſioribus effectis apparet. Porro extenuationes multis de cauſis proveniunt, ſiquidem alimenti penuria, exercitationes plures

Ed. Chart. IX. [461.] Ed. Baſ. V. (486.)

φῆς καὶ γυμνάσια πλείω καὶ ἀγρυπνίη καὶ φροντίδες, ἀλγήματά τε καὶ νόσοι συντηκτικαὶ καὶ διαφορητικαὶ καὶ κένωσις πολλὴ διὰ γαστρὸς ἢ ἐμέτων ἢ ἰδρώτων ἢ αἱμορραγίων αἴτια γίνονται λεπτυσμῶν. τῆς δ' ἀνατρέψεως εἷς τρόπος ἡ συμμετρία πάντων ὧν ὑγιαίνοντες δέομεθα. ταῦτα δ' ἐστὶν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐρεῖ, πόνοι, ποτὰ, ἀφροδίσια. πολλῶν οὖν ὄντων τῶν τρόπων καθ' οὓς λεπτύνεται τὸ σῶμα κοινὸν ἁπάντων ἐστὶ, πρῶτον μὲν χαλᾶσθαι τὸ δέρμα, μετὰ ταῦτα δὲ περιτείνεσθαι, μένοντος δηλονότι τοῦ λεπτυσμοῦ καὶ εἰ διαδεχομένη αὐτὸν ἀνάθρεψις γένοιτο, τοὐναντίον συμβήσεται, ταθήσεται γὰρ τὸ δέρμα, τὰς δ' αἰτίας τούτων ἤδη μὲν ἠκούσατε πολλάκις, εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ἐν κεφαλαίοις. ἀναμνησθέντων δὲ ἡμῶν ἃ πολλάκις ἐπί τε τῶν ἀσκῶν καὶ τῶν κύστεων ἑωράκατε. πληρουμένης μὲν γὰρ τῆς ἔνδον χώρας περιτείνεται τὸ δέρμα, κενουμένης δὲ χαλᾶται. τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον ἐπί τε τῶν ζώων εὐτροφούντων μὲν ὁρᾶτε τεινόμενον τὸ δέρμα, χαλαρὸν δὲ ἐπὶ τῶν λεπτυνομένων γινόμενον. ὡς γὰρ τὸ ἐγχεό-

et vigilia et cogitationes et dolores et morbi colliquantes et diſcuſſorii: praeterea evacuatio multa per alvum, vomitum, per ſudores, per ſanguinis profluvium, extenuationum cauſae ſunt. Inſtaurationis autem unus modus eſt, omnium videlicet, quibus ſani egemus, conveniens modus; iſta vero ſunt, ut ipſe ſequentibus dicturus eſt, labores, cibus, potus, ſomnus, venus. Itaque cum multi modi extenuandi corporis ſint, omnium commune eſt primum quidem cutem laxari, poſtea vero perdurante macie diſtendi. At ſi illi ſuccedens inſtauratio facta fuerit, contrarium accidet: diſtendetur enim cutis primum, deinde laxior fiet. Cauſas vero iſtorum jam quidem ſaepius audiviſtis, verumtamen et in praeſentia ſummatim perſtringentur. Quapropter vobis in memoriam revocanda, quae ſaepius in utribus et veſicis conſpexiſtis, repleto enim interiore cavo, circumtenditur corium; evacuato, relaxatur. Eodem modo et in animalibus bene ſaginatis diſtenta cutis, in macie confectis laxa conſpicitur. Nam ſicut

Ed. Chart. IX. [461.] Ed. Baſ. V. (486.)

μενον ὑγρὸν εἰς τοὺς ἀσκοὺς ἐκτείνει τοὺς χιτῶνας αὐτῶν, οὕτως αἱ σάρκες πολλαὶ γινόμεναι, τὸ ἡμέτερον δέρμα περιτείνουσιν ἑαυταῖς. καὶ θεάσασθαι σαφῶς ἐστι τοὺς μὲν παχεῖς τεταμένον οὕτως ἔχοντας τὸ δέρμα πάντας, ὡς μὴ δύνασθαί τινα λαβόμενον αὐτοῦ μηδ' ἐπὶ βραχὺ, τῶν ὑποκειμένων ἀποστῆσαι σαρκῶν, τοὺς δ' ἰσχνοὺς οὕτως χαλαρὸν ὥστ' ἐπὶ πλεῖστον ἀνατείνας τις αὐτὸ διεκβάλλειν δύναται βελόνην ἄνευ τιτρῶσαί τι τῶν ὑποκειμένων. ἄχρι μὲν δὴ τοῦδε σχεδὸν ἅπαντες ὀρθῶς ἤκουσαν τῆς λέξεως, ἐταράχθησαν δὲ ἐκ τοῦ προκειμένου τῷ πᾶς λεπτυσμὸς χαλᾷ τὸ δέρμα, τοὐναντίον οὖν ἂν ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι φασί. διό τινες ἐπὶ τὸ ἀναθρέψεως εἰρῆσθαι τὸ ἔπειτα περιτείνεται νομίζουσι, μὴ συνορῶντες ἐναντιούμενον αὐτοῖς τὸ ἐπιφερόμενον, ἔνθα φησὶν, ἀνάτρεψις τἀναντία. γενήσεται γὰρ, ἐὰν ἔπηταί τις αὐτῶν τῇ κατὰ τὴν ἐξήγησιν γνώμῃ, τοιοῦτος ὁ νοῦς τῆς ῥήσεως· ἅπας λεπτυσμὸς χαλᾷ τὸ δέρμα. περιτείνεται δ' ἔμπαλιν ἀνατρεφομένων, ἀνάθρεψις δὲ τἀναντία πέφυκε ποιεῖν. ἀλλὰ πρῶτον μὲν οὐκ ἐναντία τὴν ἀνάθρεψιν εἰκὸς

liquor in utres infuſus eorum tergora contendit, ita carnes multae procreatae cutem noſtram circum ſe ipſas obtendunt, atque id evidenter intueri licet, pingues ſcilicet omnes adeo tenſam cutem habentes, ut quis apprehendens nec minimum quidem a ſubjectis carnibus avellere poſſit, macros autem adeo laxam, ut longiſſime quis ipſam protrahens acu trajicere ſine ullius ſubjectae partis vulnere queat. Hactenus quidem omnes fere orationem recte intellexerunt, ſed in eo conturbati ſunt quod ſequitur haec verba, omnis extenuatio laxat cutem, contrarium enim ab ipſa fieri negant. Quocirca nonnulli de refectione verba illa, *poſtea circumtenditur*, dicta eſſe exiſtimant; neque animadverterunt quod ſubſequitur ipſis adverſari, ubi ait, refectio contraria facit. Erit enim, ſi quis ipſorum explanationis intellectum ſequatur, talis orationis ſententia: omnis extenuatio laxat cutem, circumtenditur contra refectis, refectio vero contraria facere apta eſt. Sed primum quidem ipſum dicere par erat, refectionem

Ed. Chart. IX. [461. 462.] Ed. Baſ. V. (486.)

ἦν εἰπεῖν αὐτὸν, ἀλλ' ἐναντίον. ἑνὸς γὰρ ἐπὶ τοῦ λεπτυσμοῦ λελεγμένου, καὶ τὴν ἀνάθρεψιν, ἑνὸς ἐναντίαν εὔλογόν ἐστιν εἰπεῖν. εἴπερ οὖν ὁ λεπτυσμὸς χαλᾷ τὸ δέρμα, περιτείνειν δεήσει τὴν ἀνάθρεψιν. ἔπειτα δ' ἐφεξῆς ταύτην εἰρηκὼς φαίνεται, ὄντος ἑτοιμοτέρου τε καὶ σαφεστέρου καὶ συντομωτέρου τοῦ τοιούτου λόγου, πᾶς λεπτυσμὸς χαλᾷ τὸ δέρμα, ἀνάθρεψις δὲ περιτείνει. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ δηλούμενον ὑπὸ τῆς λέξεως, ἐν ᾗ φησιν, ἔπειτα περιτείνεται; οὐδὲν ἄλλο παρὰ τὸ σαφῶς ὑπὸ πάντων νοούμενον, ὅτι χαλᾶται μὲν πρῶτον ἐν τοῖς λεπτυσμοῖς τὸ δέρμα, τείνεται διαμένοντος τοῦ λεπτυσμοῦ δηλονότι καὶ μεταπεσόντος εἰς ἀνάθρεψιν. ἐπὶ δὲ τῆς ἀνατρέψεως ἔμπαλιν ἐν ἀρχῇ μὲν περιτείνεται τὸ δέρμα, τῷ χρόνῳ δὲ χαλαρώτερον γίνεται. ταῦτα δ' εἴπερ ἐπιμελῶς οὕτως προσεσχήκασι τὸν νοῦν τοῖς φαινομένοις, ὡς Ἱπποκράτης, ἑώρων ἂν τὰ γινόμενα. πρῶτον οὖν ἀναμνήσας ἡμᾶς ὧν ἐναργῶς ἐθεάσασθε, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τῶν φαινομένων τὰς αἰτίας ἐρῶ. γινέσθω [462] τοίνυν ἀνάμνησις τῶν μαρανθέντων ἐν νόσοις καὶ μάλιστα

non contraria, ſed contrarium facere: nam cum unum de extenuatione dictum ſit et refectionem uni contrariam dixiſſe ratio poſtulat. Igitur ſi extenuatio cutem laxat, eam diſtendere refectionem oportebit; poſtea vero deinceps hoc dixiſſe manifeſte videtur, cum explicatior, apertior ac brevior ſit talis oratio: omnis extenuatio laxat cutem, refectio circumtendit. Quid igitur eſt quod ab ea parte ſignificatur, quae dicit, poſtea circumtenditur? nihil aliud ſane, niſi id quod ab omnibus intelligitur, quod primo ſcilicet in extenuationibus cutis relaxatur, extenditur poſtea extenuatione manente et non in refectionem tranſmutata. At in refectione contrarium evenit, ab initio quidem cutis obtenditur, tempore autem ſuccedente laxior evadit. Haec profecto ſi adeo curioſe, ut Hippocrates, ſenſui apparentia obſervaſſent, ita fieri vidiſſent. Primum igitur vobis in memoriam ea revocans, quae ſenſu conſpexiſtis, poſtea et apparentium cauſas explicabo. Illorum

Ed. Chart. IX. [462.] Ed. Baſ. V. (486. 487.)

τὸν περιφρυγῆ καλούμενον μαρασμόν. ἐφ' ὧν ἀναμνήσθητε τοῦ δέρματος ὁμοίως βύρσῃ ξηρῇ τεταμένου, καὶ τί θαυμαστὸν ἐπ' ἐκείνων ἐν χρόνῳ πλείονι ξηρανθέντων, φαίνεσθαι τὸ δέρμα τεταμένον, ὅπου γε καὶ περὶ τὰς πρώτας ἡμέρας ἐνίοτε συμβαίνει τοῦτο. λέγει γοῦν αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐν προγνωστικῷ περὶ τῶν ἐν ἀρχῇ τῆς νόσου συμβαινόντων διηγούμενος ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς κατὰ τὸ πρό- (487) σωπον σημείοις καὶ τοῦτο. δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρὸν καὶ περιτεταμένον. ὅτι δ' ὑπὸ κενώσεως γίνεται τοῦτο διδάσκων αὐτὸς ἐφεξῆς ἔγραψεν, ἐπανερέσθαι μὴ ἠγρύπνηκεν ὁ ἄνθρωπος ἢ τὰ τῆς κοιλίας ἐξυγρασμένα ἢ ἰσχυρῶς, ἢ λοιμῶδές τι ἔχει αὐτόν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὡμολόγηται πᾶσι τοῖς μεθ' Ἱπποκράτην, καθάπερ ἐξ ἑνὸς στόματος εἰποῦσιν, ὡς ἐν κενώσει πολλῇ ποτὲ μὲν αἰσθητῶς γινομένῃ, ποτὲ δὲ οὐκ αἰσθητῶς, τοιοῦτο συμβαίνει γίνεσθαι τὸ πρόσωπον οἷον ἔγραψε κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν, ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα καὶ οἱ λοβοὶ τῶν ὤτων ἀπεστραμμένοι καὶ τὸ

itaque reminiſcamini, qui in morbis contabuerunt, praeſertim in tabe, quae retorrida vocatur; in quibus mementote cutem aeque ac aridum corium fuiſſe diſtentam; ſed quid mirum in illis longiori tempore tabefactis cutem diſtentam apparere? quandoquidem et nonnunquam primis diebus id evenire ſoleat. Dicit ergo Hippocrates ipſe in praefagiis, de iis quae morbis initio eveniunt, ſermonem faciens, inter alia faciei ſigna et hoc enumerans, cutis circa frontem dura et contenta. Quod autem ob inanitionem id fiat, docens ipſe deinceps ſcripſit. Interrogare oportet, num vigilaverit homo an ventris dejectiones valde fuerint copioſae, an fames ipſum vexet. Ceterum id quidem ab omnibus medicis Hippocrate poſterioribus tanquam uno ore loquentibus conceditur ob immodicam evacuationem nonnunquam ſenſibilem, nonnunquam ſenſus latentem, ſolere ejusmodi faciem evadere, qualem his verbis pinxit Hippocrates: naſus acutus, oculi cavi, tempora collapſa, aures frigidae et contractae et aurium pinnae

Ed. Chart. IX. [462.] Ed. Baſ. V. (487.)

δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρὸν καὶ περιτεταμένον, ὥστε τοῦ φαινομένου σαφῶς ἡμᾶς διδάσκοντος τὴν ἰσχυρὰν κένωσιν ἐναντίαν τῇ μετρίῳ περὶ τὸ δέρμα διάθεσιν ἐργαζομένην, ὁ λόγος αὐτῶν πιθανὸς μὲν, οὐκ ἀληθὴς δὲ φαίνεται, καθ' ὃν φασι, μενόντων τῶν τὴν διάθεσιν ἐργαζομένων αἰτίων οὐκ ἐνδέχεται μεταπεσεῖν αὐτὸ πρὸς τοὐναντίον. ἐναργῶς γὰρ ὁρᾶται μεταπῖπτον ἐπὶ ταῖς ἀμέτροις κενώσεσιν, ἐάν τε αἰσθητῶς αὗται φαινώνται περιμένουσαι μέχρι χρόνου πλείονος, ἐάν τε κατὰ τὸ ἄδηλον, ἤτοι συντηκομένων ἢ διαφορουμένων τῶν νοσούντων. πρὶν μὲν οὖν ἐπ' αὐτὴν τοῦ δέρματος τὴν οἰκείαν οὐσίαν ἐξικέσθαι τὴν κένωσιν, ὁμοίως τοῖς κενουμένοις ἀσκοῖς καὶ σάκκοις καὶ κύστεσι χαλᾶται τὸ δέρμα. χρονιζούσης δὲ τῆς κενώσεως ὁμοίως γίνεται ταῖς ξηραῖς κύστεσί τε καὶ διφθέραις, ἃς οὐκ ἔστιν ἐκτεῖναι διὰ τὴν σκληρότητα. τοσοῦτον δὲ φαίνεται καὶ τὸ τῶν ἀσκῶν καὶ τὸ τῶν κύστεων δέρμα γινόμενον, ὅταν ἱκανῶς ξηρανθῇ, μέχρι δ' ἂν ὑπάρχῃ ὑγρὸν καὶ μαλακὸν, εἰς τὴν ἐντὸς ἑαυτοῦ χώραν δέχηταί τι καὶ πάλιν μεθείη, δεχόμενον μὲν,

inverſae et cutis circa frontem dura et diſtenta. Quocirca ſenſu nos aperte docente, nimiam evacuationem, contra quam moderatam, in cute affectum parere; ipſorum ratio veriſimilis quidem, non tamen vera comprehenditur, cum dicunt, manentibus affectum producentibus cauſis ipſam ad contrarium transmutari non contingit. Evidenter enim transmutari immoderatis evacuationibus cernitur, ſive ipſae longiori tempore ſenſibiliter perdurare noſcantur, ſive per vias ſenſibus occultas, per eliquationem ſcilicet aut digeſtionem aegrotantium, efficiantur. Antequam igitur ad ipſam cutis propriam ſubſtantiam exhauſtio pervenerit, perinde atque evacuati utres et ſacci et veſicae, cutis laxior redditur; inanitione autem perdurante talis efficitur, quales aridae veſicae atque coria, quae prae duritia extendi non poſſunt: talis vero et in utribus et in veſicis cutis effecta videtur, cum exſiccata admodum fuerit. At uſque dum humida ſit et mollis et in interno cavo aliquid ſuſcipit iterumque dimittit, ſuſcipiens qui-

Ed. Chart. IX. [462.] Ed. Baſ. V. (487.)

ὅταν ἱκανῶς πληρωθείη, τείνεται, κενούμενον δὲ χαλᾶται. καλῶς οὖν εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης, πᾶς λεπτυσμὸς χαλᾷ τὸ δέρμα, ἔπειτα περιτείνεται. καὶ γὰρ καὶ φαίνεται γινόμενον οὕτως καὶ ἡ αἰτία λέλεκται, καλῶς δὲ προσέθηκε καὶ τὸ τὴν ἀνάθρεψιν τἀναντία ποιεῖν. ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ ἀνατείνεται τὸ δέρμα, τῷ χρόνῳ δὲ χαλαρώτερον ἐργάζεται. σκληρότερον γὰρ ὂν φύσει καὶ ξηρότερον τῶν ὑποκειμένων αὐτῷ σαρκῶν, ὕστερον ἐκείνων καὶ σκληρύνεται κατὰ τοὺς λεπτυσμοὺς καὶ μαλακύνεται κατὰ τὰς ἀνατρέψεις. ὁπόταν οὖν σκληρὸν αὐτὸ καὶ ξηρὸν ἤδη γεγονὸς ἡ ἀνάθρεψις διαδέξηται, πρῶτον αὐξάνουσα τὰς σάρκας εἰκότως περιτείνει. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τῆς τροφῆς ὑπολαμβανόμενον, ὑγρότερόν τε καὶ μαλακώτερον γίνεται, καὶ διὰ τοῦτο πάλιν χαλᾶται, καθάπερ αἱ ξηραὶ διφθέραι τε καὶ βύρσαι τε βρεχθεῖσαι ὕδατι, λιπανθεῖσαι δὲ ἐλαίῳ καὶ στέατι. ταῦτα μὲν οὖν ἀληθῶς τε ἅμα καὶ σαφῶς εἰρημένα τῷ Ἱπποκράτει κακῶς ἐξηγήσαντο, διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἄγνοιαν ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ. τὰ δ' ἐφεξῆς οὐχ ὁμοίως

dem, cum ſatis expleta fuerit, diſtenditur; cum inanitur autem, relaxatur. Recte igitur Hippocrates dixit, omnis extenuatio laxat cutem, poſtea circumtenditur: ſic enim et fieri videmus et jam cauſa dicta eſt. Ac bene illud quoque adjecit, refectionem contraria facere; nam ab initio extenditur cutis, interjecto deinde temporis intervallo efficitur laxior. Cum enim ſubjectis ipſi carnibus durior natura ſit atque aridior, tardius quam illae et in extenuationibus obdureſcit et in refectionibus remolleſcit. Quando igitur ipſam duram et jam exſiccatam refectio exceperit, primum carnes adaugens ipſam jure protendit; procedente vero tempore et ipſa cutis nutrimentum ſuſcipiens humidior et mollior fit, proinde et iterum laxior redditur, quemadmodum arida coria et pelles aqua madefactae et oleo ac ſevo delibutae. Haec itaque vere juxta atque aperte ab Hippocrate enarrata, male interpretati ſunt ob earum, de quibus eſt praeſens ſermo, rerum ignorationem. Sed quae ſequuntur haud aeque

Ed. Chart. IX. [462. 463.] Ed. Baf. V. (487.)

ὄντα σαφῆ, τάχα δὲ καὶ παραγεγραμμένα, σαφῆ τ' εἶναι νομίζουσι, καίτοι διαφωνοῦντες ἐν ταῖς ἐξηγήσεσιν [463] αὐτῶν οὐδὲν ἧττον ἢ κατὰ τὰς πρόσθεν, ὑπαλλάττουσί τε τὰς παλαιὰς γραφάς. ἵνα δ' ἡ σαφέστερος ὁ λόγος, ἕκαστον μέρος τῆς ῥήσεως ἰδίᾳ προχειριοῦμαι. χρωτὸς ῥίκνωσις συμπίπτοντος, ἔκτασις ἀνατρεφομένου. ὅτι μὲν οὖν ἐν τοῖς λεπτυσμοῖς χαλᾶται τὸ δέρμα, πρὶν αὐτό τι παθεῖν κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν, ἀνατρεφομένων δὲ τείνεται, καὶ ὅτι ξηραινόμενον τῷ χρόνῳ εἰς τἀναντία μεταπίπτει, δεδήλωται πρόσθεν. ἐν δὲ τῷδε τῷ λόγῳ συμπίπτοντος μὲν αὐτοῦ ῥίκνωσιν γίνεσθαί φησιν, ἀνατρεφομένου δ' ἔκτασιν. ῥικνὸν μὲν ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες σῶμά τε καὶ δέρμα τὸ ῥυτιδούμενον ἅμα συστολῇ, καθάπερ ἐπὶ τῶν γερόντων ὁρᾶται καὶ δηλονότι τὴν ἐν αὐτῷ διάθεσιν, ῥίκνωσις δέ τις φαίνεται καὶ τοῖς νέοις σώμασι γινομένη, λυμαινομένων τῶν φλεβῶν, καὶ μάλισθ' ὅταν διαφορηθέντος τοῦ κατ' αὐτὰς πλεονάζοντος αἵματος ἐπιθῇ τις φάρμακον αὐστηρᾶς καὶ στυφούσης μετέχον δυνάμεως. γίνεσθαι δὲ καὶ τὴν τοιαύτην ἐν τῷ

nota et fortaſſe adjectitia manifeſta eſſe arbitrantur, quamvis ipſis explanandis haud minus quam in praedictis diſſentiant et antiquas lectiones permutent. Verum ut dilucidior oratio ſit, ſingulas ipſius contextus particulas ſeparatim explicabo. Cutis corrugatio concidentis, extenſio refectae. In extenuationibus quidem laxationem prius quam ipſa in propria ſubſtantia quidquam perpeſſa ſit, in refectionibus autem extendi et exſiccatam temporis intervallo in contraria permutari ſupra comprehenſum eſt; ſed in hac parte ipſius concidentis corrugationem fieri inquiunt, refectae vero extenſionem. Rugoſum quidem corpus et cutem Graeci nominant quae in rugas et plicas contracta fiunt, ut videmus in ſenibus; et ipſorum affectum corrugationem. Corrugatio vero aliqua et in juvenilibus corporibus apparet, cum venae occultae ſunt et maxime cum diſſipato in ipſis abundante ſanguine medicamen auſterae adſtringentisque naturae quispiam ſuperdederit. Hunc autem et cute collabente affectum creari

Ed. Chart. IX. [463.] Ed. Baſ. V. (487.)

δέρματι κατασασίν φησι συμπίπτοντι, τουτέστιν ὅταν τοῖς ἐν ἑαυτῷ περιεχομένοις ἐλάττοσι γινομένοις ἐπιπίπτῃ συνιζάνον εἰς ἑαυτόν· τὴν δ' ἐναντίαν κατάστασιν, ὅταν εἰς μῆκός τε καὶ πλάτος ἐπιδιδῷ, προσαγορεύουσιν ἔκτασιν οἱ ἄνθρωποι. συμβαίνει μὲν οὖν ποτε κατὰ τὸ μῆκος μόνον ἢ τὸ πλάτος αὐτοῦ τείνεσθαί τε καὶ συνιζάνειν. ἀλλὰ καὶ νῦν περὶ τῆς κατ' ἄμφω τὰς διαστάσεις αὐτοῦ γινομένης συστολῆς τε καὶ τάσεως, ἀκούειν σε χρὴ τῆς λέξεως. ὅ γε μὴν τὴν προγεγραμμένην τήνδε νοήσας ῥῆσιν, οὐ πάνυ τι ταύτης ἐδεῖτο. τὸ φρικῶδες, τὸ λεῖον ἑκατέρου σημεῖον, τὸ ὑπόχολον, τὸ ὑπέρυθρον. ἔνιοι γράφουσι τὸ ῥικνῶδες, λεῖον τὸ ἑκατέρου σημεῖον. ἐπεὶ δ' ἐν τῇ πρὸ ταύτης ῥήσει περὶ τῆς ῥικνώσεως ἔγραψεν, εὐλογώτερον εἶναι δόξει τὸ φρικῶδες εἰρῆσθαι νῦν, ἐνδεικνυμένου τοῦ Ἱπποκράτους τὴν γινομένην ἰδέαν ἐν τοῖς ῥικνουμένοις ἐοικυῖαν εἶναι τοῖς φρίττουσιν. ἡ δ' ὁμοιότης κατὰ τὴν ἀνωμαλίαν καὶ οἷον τραχύτητα τοῦ δέρματος γίνεται, ἐνίων μὲν αὐτοῦ μορίων κοιλοτέρων φαινομένων, ἐνίων δ' ἐξεχόντων, ὅταν γὰρ κατὰ

dicit, id eſt cum ea quae intra ipſam cutem habentur, minora effecta ſunt, tunc decidit, in ſe ipſam reſidens; ſed contrarium ejus affectum, cum in longum latumque excreverit, extenſionem homines vocant, licet nonnunquam eveniat ut tantummodo in longum aut latum extendatur ac reſideat. Verum in praeſentia de extenſione et contractione in utramque cutis dimenſionem factis ſermo intelligendus eſt. Quod ſi quis praepoſitam particulam recte intellexerit, non admodum hac egebit. Horrens, laeve: utriusque ſignum, ſubbilioſum, ſubrubrum. Nonnulli legunt, rugoſum, laeve utriusque ſignum. Sed quoniam in antepoſitis verbis de corrugatione ſcripſit, rationi magis conſentiens eſſe videtur, ut nunc, *horrens*, dictum ſit, ut Hippocrates ſpeciem in corrugatis factam horrentibus ſimilem eſſe demonſtret. Similitudo autem in cutis inaequalitate, ac veluti aſperitate conſiſtit, nonnullis ejus particulis depreſſioribus, nonnullis exſtantioribus apparentibus. Quoniam enim per exigua valde intervalla in

Ed. Chart. IX. [463.] Ed. Baſ. V. (487.)

σμικρὰ πάνυ διαστήματα, γένηται τοῦτο δι' ὅλου τοῦ δέρματος, ὀνομάζεται τὸ σύμπτωμα φρίκη τε καὶ φρίξ. καί μοι νόει γαλήνῃ μὲν ἀκριβεῖ τὴν τοῦ λείου σώματος ἐοικέναι κατάστασιν. ἄρτι δ' ἀρχομένης τῆς κατ' αὐτὴν ἀνωμαλίας τὴν φρίκην οὕτως γοῦν καὶ ὁ ποιητὴς ἔφη,

Οἵη δὲ ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἐπὶ φρίξ,
ὀρνυμένοιο νέον.

τὸ μὲν οὖν λεῖον ὑπάρχει τοῖς ἀνατρεφομένοις σώμασι, τὸ δ' οἷον φρικῶδες τοῖς ἐναντίοις σώμασιν. ἑκάτερον δὲ αὐτῶν ἑκατέρου σημεῖον ὑπάρχει, οὔτε δ' ἑκάτερον ἀμφοτέρων οὔτε συναμφότερον ἑκατέρου. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ ὑπόχολον καὶ τὸ ὑπέρυθρον, ἑκάτερον ἑκατέρου σημεῖόν ἐστι, τὸ μὲν ὑπόχολον τοῦ λεπτυνομένου, τὸ δὲ ὑπέρυθρον τοῦ ἀνατρεφομένου. χολωδέστερον μὲν γὰρ τὸ σῶμα τοῖς λεπτυνομένοις γίνεται, διὰ τὰς ποιούσας αἰτίας τὴν λεπτότητα, περὶ ὧν ἔμπροσθεν ἤκουσας, αἱματωδέστερον δὲ τοῖς ἀνατρεφομένοις. οὐδὲ γὰρ οὐδ' εὑρεθῆναι δύ-

tota cute id factum fuerit, id ſymptoma horror nominatur; tuque illud mente concipito, exactae maris tranquillitati laevis corporis ſtatum aſſimilari et proxime inceptae ejus inaequalitati horrorem. Ita ſane et poëta inquit:

Qualis autem Zephyri confundebat mare horror,
nuper concitati.

Levitas igitur recreatis corporibus ineſt, ſed velut horror contra ſeſe habentibus; alterutrum vero ipſorum alterutrius ſignum eſt, non alterutrum amborum, neque ambo ſimul alterutrius. Eodem quoque modo et ſubbilioſum, ſubrubrum alterutrum alterutrius ſignum eſt, ſubbilioſum extenuari, ſubrubrum refecti. Macreſcentibus enim corpus bilioſius redditur propter cauſas maciem inferentes, de quibus antea nos loquentes audiviſtis; magis ſanguineum autem cibo ſe reficientibus: nam neque bene inutriri ſine

Ed. Chart. IX. [493. 464.] Ed. Baſ. V. (487.)

ναται χωρὶς αἵματος χρηστοῦ, προσκειμένου δ' ἐν τῇ τελευτῇ τῆς ῥήσεως τοῦ, οὕτως, ἔνιοι μὲν ἀρχὴν αὐτὸ ποιοῦσι τῆς ἑπομένης, ἔνιοι δὲ ταύτης πέρας. ἑκατέρως γὰρ ἐγχωρεῖ γενέσθαι τὴν ἐξήγησιν, ὥστε περὶ τούτου μὲν οὐ χρὴ φιλοπόνως ζητεῖν, ἐπὶ τὰ συνεχῆ δὲ μεταβῶμεν ἀρχὴν τῆς ἑπομένης ῥήσεως ποιησάμενοι τὸ οὕτως. ἐπειδὴ τοῖς πλείστοις τῶν ἐξηγητῶν [464] ἔδοξεν ἐκεῖνο αὐτὸ τὸ πράττειν. οὕτως τὸ κατασπᾶσθαι μαζοὺς, ἰσχνοὺς δὲ ἀνεσπάσθαι καὶ περιτετάσθαι, καίτοι οὐκ ἄν τις οἴοιτο διὰ τοῦτο, ἀλλὰ σαρκωθέντος τοῦτο γίνεται, αὕτη μὲν ἡ παλαιὰ ῥῆσις. μετεποίησαν δὲ αὐτὴν οἱ μὲν μετ' ὀλίγον, οἱ δὲ ἐπὶ πλέον, ὥσπερ καὶ Σαβῖνος ὧδέ πως γράψας, οὕτως τὸ κατεσπάσθαι μακροὺς ἰσχνοὺς, τοὺς δ' ἀνεσπάσθαι, ἵνα τοὺς μὲν ἰσχνοὺς καὶ χαλᾶσθαι καὶ μακροὺς φαίνεσθαι σημαίνηται, τοὺς δ' εὐτροφοῦντας ἀνεσπάσθαι. Ῥοῦφος δὲ καὶ τὴν παλαιὰν ἐφύλαξε γραφὴν καὶ τὴν ἐξήγησιν τῶν παλαιοτέρων ἐξηγητῶν ἐναντίον τι διδάσκουσαν τῇ Σαβίνου. κατεσπάσθαι μὲν γὰρ τοὺς εὐτροφοῦντας, ἀνεσπάσθαι δὲ (488)

bono ſanguine corpus valeret. Adjectam vero ſermonis calci hanc particulam, *ſic*, aliqui ſequentis initium faciunt, nonnulli hujus finem; utroque enim modo explanationem facere poſſumus. Quocirca de hoc quidem laborioſe diſceptare non convenit. Sed ad ſequentia veniamus, ſequentis partis initium ab hac voce, *ſic*, facientes, quoniam plurimis explanatoribus idem ipſum facere viſum eſt. Sic detrahi mammas, graciles vero ſurſum trahi et circumtenſas eſſe, et ſi non propter id quispiam arbitretur, ſed carne creata id fieri, haec ſane eſt antiqua lectio. Ipſam vero quidam commutarunt, alii minus, alii magis, quemadmodum et Sabinus ita ſcribens, ſic detractas eſſe longas, graciles, alias vero ſurſum tractas, ut graciles quidem et laxari et longas apparere, ſed bene nutritas ſurſum tractas eſſe ſignificet. At Rufus et veterem ſcripturam et antiquiorum interpretum explanationem aliquid Sabinianae contrarium edocentem retinuit: vult enim bene habitas inferius, emaciatas ſurſum verſus attractas eſſe.

Ed. Chart. IX. [464.] Ed. Baf. V. (488.)

τοὺς ἰσχνοὺς βούλεται. τούτοις δὲ φαίνεται καὶ τὸ ἐπιφαινόμενον μαρτυρεῖν, εἰπόντος τοῦ Ἱπποκράτους, καίτοι οὐκ ἄν τις οἴοιτο. προειρηκὼς γὰρ ἐν τῇ λεπτότητι χαλᾶσθαι, περιτείνεται δὲ εὐτροφούντων τὸ δέρμα, τῷ μὲν προτέρῳ τὸ κατεσπάσθαι τοὺς μασθοὺς, τῷ δὲ δευτέρῳ τὸ ἀνεσπάσθαι συνεπόμενον εὑρίσκεις, καὶ διὰ τοῦτό φασι, καίτοι οὐκ ἄν τις οἴοιτο, τοῦτο δὴ ὡς ἕρμαιον ἔλαβον οἱ παλαιοὶ τῶν ἐξηγητῶν ὄντες ἐμπειρικοὶ, Γλαυκίας τε καὶ ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης. ἡγοῦνται γὰρ ἐκ τούτου καὶ τὸν Ἱπποκράτην δεικνύειν ὁμόψηφον ἑαυτοῖς, ὡς μὴ πιστεύειν ταῖς δογματικαῖς πιθανότησιν, ἀλλὰ μόνῳ τῷ διὰ ἐμπειρίας φαινομένῳ, καίτοι καὶ τὸ φαινόμενον αὐτὸ χωρὶς διορισμοῦ ῥηθὲν ἑκατέρως ἐστὶ ψεῦδος, ἐάν τε κατεσπάσθαι τε καὶ χαλᾶσθαι τοὺς τοιούτους εἴπωμεν ἐν τοῖς λεπτυσμοῖς, ἐάν τ' ἀνεσπάσθαι. τοῦτ' οὖν ἐχρῆν αὐτοῖς πρῶτον ἀκριβῶς ἐξετάσθαι, τοῖς μὲν ἐμπειρικοῖς, ἐπειδὴ τοῦ φαινομένου τῇ ῥητορικοί τέ εἰσι καὶ μνημονευτικοὶ, τοῖς δὲ δογματικοῖς,

Hujusce autem rei ſenſus ipſe teſtis locupletiſſimus eſſe videtur, dicente Hippocrate: quamvis aliquis non utique arbitretur; nam cum praedixerit extenuatis laxari, bene nutritis circumtendi cutem, priori detractas eſſe mammas, ſecundo ſurſum verſus retractas, conſentaneum eſſe invenies; et propterea ait, quamvis aliquis non utique arbitretur. Id ſane tanquam validiſſimam rationem acceperunt veteres interpretes empirici, Glaucias et Tarentinus Heraclides. Per eam enim ſe demonſtrare opinantur, Hippocratem in eorum ſententiam deſcendere, ut veriſimilibus dogmaticorum argumentationibus nequaquam, ſed ſoli per experientiam cognito et evidenti fides ſit adhibenda. Quamvis et ipſum evidens ſine definitione prolatum utroque modo falſum ſit, ſive detractas eſſe et laxari tales in extenuationibus, ſive in ſuperiora eſſe retractas dixerimus. Ergo id ipſis primum accurate exploratum eſſe oportuit, cum empiricis, qui rerum ſenſui apparentium obſervatores ac memores ſunt; tum dogmaticis, quoniam eorum quae

Ed. Chart. IX. [464.] Ed. Baſ. V. (488.)

ἐπειδὴ τῶν ὄντων αὐτοὺς χρὴ τὰς αἰτίας οὐ τῶν οὐκ ὄντων ἀποδιδόναι. τί δὴ οὖν ἐστὶ τὸ φαινόμενον ἐγὼ φράσω. παραφυλάξας ἐπὶ πολλῶν πάνυ γυναικῶν, οὐκ ὀλίγων δὲ καὶ πυθόμενος οὐ μόνον τῶν μαιευτριῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν οὐδὲν ἐπισταμένων τοιοῦτον. μᾶλλον γὰρ αὗται τὰ φαινόμενα λέγουσιν ἀληθῶς τῶν διὰ δόγμα τυφλωττόντων ἀμφ' αὐτά. τὸ τοίνυν συμβαῖνόν ἐστι τοιοῦτον. γάλακτος μὲν ὅταν οἱ τιτθοὶ πληρωθῶσιν, αὐξάνονται κατὰ πᾶσαν διάστασιν. εἰς ὕψος γὰρ αἴρονται καὶ πλάτος καὶ μακρότεροι φαίνονται. κενωθέντος δὲ τοῦ γάλακτος, αὖθις ἑαυτῶν ἐλάττονες γίνονται, μειούμενοι κατὰ τὰς τρεῖς διαστάσεις. ἐὰν δὲ χωρὶς τοῦ γάλακτος ὑπαλλάττωνται, κατὰ τὸ λεπτύνεσθαί τε καὶ παχύνεσθαι μόνον, ὥσπερ τὰ ἄλλα μόρια, παραπλησίως ἐκείνων διατίθενται, χαλώμενοι μὲν πρῶτον ἐν τῷ λεπτύνεσθαι, τεινόμενοι δ' ἐν τῷ παχύνεσθαι. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τὴν ἐναντίαν λαμβάνουσι κατάστασιν, βραχύτεροι μὲν γινόμενοι ξηρανθέντος τοῦ δέρματος, μακρότεροι δ' ὑγρανθέντος ἐν ταῖς ἀτροφίαις, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται.

ſunt, non eorum quae non ſunt, ipſos cauſas reddere opus eſt. Quidnam igitur ſit ſenſui apparens, ego explicabo, cum in permultis mulieribus obſervaverim et a non paucis audiverim non obſtetricibus modo, verum etiam ab aliis nihil ejusmodi ſcientibus. Hae namque magis vere ſenſui patentia enarrant quam qui placiti ſui amore decepti in his caligant et hallucinantur. Quod itaque accidit, ejusmodi eſt: mammae lactis plenae ſecundum omne intervallum augeſcunt; in altum enim ac latum extuberant longioresque cernuntur; exhauſto autem lacte, rurſum ſe ipſis minores fiunt et in tribus dimenſionibus minuuntur. At ſi absque lacte in tenuitate et craſſitudine tantum, ut et alia membra permutantur, eodem, quo et illa, modo afficiuntur. Primum quidem cum extenuantur, relaxatae, cum vero craſſeſcunt, magis extentae. Sed proceſſu temporis contrarium ſtatum ſuſcipiunt, breviores quidem arefacta cute evadentes; longiores autem in refectionibus, ut antea dictum eſt, humectatae. Ita plane et

Ed. Chart. IX. [450. 451.] Ed. Baſ. V. (482.)

οὕτω γοῦν καὶ ταῖς γηρώσαις χαλῶνται μὲν πρῶτον, ὕστερον δ' ἀνασπῶνται. ἐμοὶ μὲν δὴ καὶ τὰ φαινόμενα περὶ τοὺς τιτθοὺς εἴρηται καὶ τὰς αἰτίας αὐτοῖς προσέθηκα. τῶν δ' ἐξηγητῶν οὐδεὶς τοῦτ' ἔπραξεν, ἀλλ' ὡς ἂν ἕκαστος ἐθελήσῃ γράψας ἐξηγεῖται τὴν ἑαυτοῦ λέξιν. εἰκότως δὲ καὶ ἐξηγήσεις ἐναντίας ἐποίησάν τε καὶ τὰς γραφὰς ἐλλιπῶς ἡρμηνευμένας καὶ ἀδιορίσιως τῆς λέξεως, ὅπως ἄν τις εἴποι κατὰ τὶ μὲν ἀληθεύσει, κατὰ τὶ δὲ ψεύσεται, τῶν τιτθῶν ἐν μὲν τοῦ γάλακτος πληροῦσθαι [465] μειζόνων γινομένων, ἐλαττόνων δ' ἐν τῷ κενοῦσθαι. χωρὶς δὲ τοῦ γάλακτος ἐν μὲν ταῖς λεπτότησι κατ' ἀρχὰς μὲν χαλωμένων, ὕστερον δ' ἀνασπωμένων, ἐν δὲ ταῖς παχύνσεσιν ἐν ἀρχῇ μὲν ἀνασπωμένων, ὕστερον δ' ἠρέμα χαλωμένων, ὄντος καὶ κατὰ τοῦτο τὸ ἀνατρέφεσθαι διορισμοῦ, διὰ τὸ τινὰς μὲν ἀνατρέφεσθαι, πρὶν εἰς τοσαύτην ἀφικέσθαι λεπτότητα, καθ' ὅσον ξηραινόμενον τείνεται τὸ δέρμα, τινὰς δὲ, πρὶν ξηρανθῆναι πρὸς εὐτροφίας ἐπιδιδόναι.

---

in vetulis primo laxantur, poſtea contrahuntur. Ego quidem mammis evidenter contingentia recenſui et cauſas ipſis adjeci. Interpres autem nullus id fecit, ſed prout quisque voluerit ſcribens, propriam deinde ſcripturam interpretatur. Haud abs re autem et contrarias explanationes et ſcripturas locutione mutilas et confuſas attulerunt; ut quidquid dicat aliquis, partim verum, partim falſum dicturus ſit, mammis utique cum lactis plenae ſunt, grandioribus effectis, cum vacuae, minoribus, ſine lacte vero, cum macreſcunt, ab initio laxatis, deinde contractis; dum craſſeſcunt autem, ab initio retractis, poſtea paulatim relaxatis; impoſita quoque iſti per cibum refectioni conditione, quod ſcilicet aliqui prius recreentur, quam ad tantam maciem devenerint, ut prae ariditate cutis diſtendatur; aliqui poſt ariditatem enutriantur ac recreentur.

Ed. Chart. IX. [465.] Ed. Baſ. V. (488.)

λ'.

Κλεῖς περιφανέες, φλέβες διαφανέες.

Αἱ τοιαῦται τῶν ῥήσεων οὐκ εὔδηλον ἔχουσι τὴν τοῦ γράψαντος διάνοιαν ὡς ἂν μὴ προσκειμένου κατὰ τὴν λέξιν αὐτῶν ἐπὶ τίνων βούλεται φαίνεσθαι ταῦτα. πολλοὶ μὲν τῶν ἰσχνῶν φύσει τάς τε κλεῖς ἔχουσι σαφεῖς καὶ τὰς φλέβας ἐκκειμένας τε καὶ μεστὰς αἵματος, ὥσπερ αὖ πάλιν ἕτεροι οὔτε τὰς κλεῖς οὔτε τὰς φλέβας ἐκκειμένας, οὔτε δὲ φύσει τοιαύτη διαφορὰ τῶν σωμάτων ὁρᾶται. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῶν παρὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν ἤτοι λεπτυνομένων ἢ παχυνομένων καὶ πλῆθος ἢ ἔνδειαν ἐχόντων χυμῶν. εὔδηλον γὰρ ὅτι πεπληρωμέναι φλέβες ἐν τῷ ἰσχνῷ σώματι πλῆθος ἐνδείκνυνται κατὰ ταύτας εἶναι τοῦ αἵματος ὡς τὰ πολλὰ μοχθηροῦ, καθάπερ ἐπὶ τῆς γυναικὸς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔλεγον, ἧς ἐπέσχητο τὰ καταμήνια. θαυμάσαι δ' ἐστὶ τοῦ Καπίτωνος μόνου γράψαντος τὴν ῥῆσιν ἐν τῇδε τῇ λέξει. ἢ ἄγαν πλήρωσις περιφανὴς, φλέβες

XXX.

Jugula manifeſta, venae conſpicuae.

Id genus locutiones obſcurant habent ſcriptoris ſententiam, quippe cum verbis, in quibus haec apparere velit, expreſſum non ſit. Multi quidem natura macri et jugula detecta habent et venas exſtantes plenasque ſanguinis, ſicut e contrario alii neque jugula neque venas habent exſtantes. Quemadmodum autem naturalis hujusmodi corporum differentia conſpicitur, eodem modo et in iis, qui praeter naturam, quam ab initio habuerunt, aut emaciantur aut craſſeſcunt et abundant aut egent humoribus. Conſtat enim in extenuato corpore repletas venas ſanguinis plerumque corrupti intra ipſas incluſi copiam oſtendere, ſicuti de muliere, cui menſes retenti erant, paulo ante dicebam. Ceterum miror Capitonem ſolum hujus partis verba ita ſcribentem: magna repletio patens eſt,

Ed. Chart. IX. [465.] Ed. Baf. V. (488.)

διαφανεῖς. εἴπερ γὰρ οὕτως εὕροιτο γεγραμμένον, τίς ἦν ἀνάγκη μεταγράψαι πάντας αὐτὴν τοὺς ἐξηγητὰς ἐπὶ τὸ σαφέστερον; ἐν οἷον γὰρ ἀποροῦνται, μεταγράφουσιν εὐπορίας ἕνεκεν. ἀλλ' οὐδ' ἀντίγραφον εὗρον οὕτως ἔχον, οὐκ ὀλίγοις ἐντυχὼν, δι' αὐτὸ τοῦτο βούλεσθαι γνῶναι τάς τε παλαιὰς γραφὰς καὶ τὰς ἅπασιν ὁμολογουμένας ἢ διαφωνουμένας. ἁπάντων τε οὖν τῶν ἐξηγητῶν καὶ πάντων τῶν ἀντιγράφων τὴν αὐτὴν ἐχόντων γραφὴν, οὐκ ὀρθῶς ὁ Καπίτων μετέγραψεν. ἴσως δὲ κἀγὼ αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν ἐμνημόνευσα, προειρηκὼς ἁπάσας τὰς τοιαύτας ἐν ταῖς γραφαῖς ῥᾳδιουργίας ὑπερβήσεσθαι κατὰ τὴν ἐξήγησιν. ἐπὶ τῶν ἑξῆς οὖν ῥήσεων αὐτὸ ποιήσω, μήκους φειδόμενος.

λα'.

Πρόδικος τοὺς πυρεταίνοντας ἔκτεινε δρόμοισι, πάλῃσι, πυρίῃσι. κακὸν τὸ πυρετῶδες πολέμιον λιμῷ, περιό-

venae perſpicuae; nam ſi ita ſcripta inventa eſſet, quid neceſſe fuiſſet, omnes interpretes eam in clariorem transmutaſſe? ſi quidem eorum, de quibus ambigunt, ſcripturas facilioris notitiae cauſa transmutant. Quin etiam codicem nullum ita ſe habere inveni, cum multos tamen ob id ipſum evolverim, antiquas ſcilicet lectiones et in quibus omnes conſentiunt aut diſſentiunt dignoſcere cupiens. Cum omnes igitur explanatores et omnes codices eandem lectionem habeant, haud recte Capito ipſam permutare auſus eſt. Sed forſan et ego male ipſius ab initio mentionem feci, cum omnes hujusmodi in ſcripturis mutandis ineptias me in explanando omiſſurum eſſe praedixerim. In ſequentibus igitur id faciam longitudini parcens.

XXXI.

Prodicus febrientes interficiebat curſibus, luctationibus, fotibus calidis. Malum febriculoſum, inimicum fami,

Ed. Chart. IX. [465. 466.] Ed. Baſ. V. (488.)

δοισι πολλῇσι, δρόμοισιν, ἀνατρίψει, πόνον πόνῳ αὐτοῖσι.

Καὶ ταύτην τὴν ῥῆσιν ἄλλος ἄλλως γράφει. τινὲς μὲν ὑπαλλάττοντες τὴν λέξιν τοιάνδε, περιόδοισι, πάλῃσιν, ἔνιοι δ' ἐν ἀρχῇ πάλῃσι. τινὲς δ' ἐξαίροντες τὸ πάλῃσιν, ἔνιοι δ' ἐν ἀρχῇ προστιθέντες λιμῷ. περιόδους μὲν οὖν καλεῖ τοὺς βραδεῖς περιπάτους ἐπὶ πλείονα χρόνον ἐκτεινομένους, [466] *ὡς ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων αὐτὸς ἔφη. βραδεῖαν συχνὴν περίοδον πλανηθῆναι, καὶ Πλάτων μὲν μέμνηται τοῦ Προδίκου ὡς πολλοῖς περιπάτοις χρωμένου. τίνος δὲ νῦν Προδίκου μνημονεύει, πότερον τοῦ Λεοντίου ἢ τοῦ Σηλυβριανοῦ περιττὸν ζητεῖν. ἐν ἄλλῳ γὰρ λόγῳ τὰ τοιαῦτα πάντως διέρχομαι. νυνὶ δ' οὔ που καιρὸς ἱστορικῶν ζητημάτων, ὅπου καὶ τῶν γεγραμμένων τισὶν ἐξηγήσεων οὐκ ὀλίγας περιλιπόντες ἀγαπῶμεν, ἐὰν ἐν ὀκτὼ βιβλίοις συμπληρώσωμεν τὴν ἐξήγησιν. διὰ τί δὲ μέμφεται τὸν Πρόδικον*

circuitibus multis, curſibus, frictioni. Laborem labore ipſis.

Et haec verba alius aliter ſcribit, nonnulli quidem verba haec permutantes, circuitibus, luctationibus, nonnulli vero ab initio, luctationibus, ponentes; aliqui eam vocem eximentes; aliqui initio, fami, adjicientes. Circuitus ſane vocat lentas deambulationes in longius tempus productas, ut in libro de ratione victus in acutis ipſe inquit, tardum multum circuitum deambulaſſe, et Plato Prodici meminit, ut multis deambulationibus utentis. Quem autem nunc Prodicum memoret, utrum Leontium an Selybrianum, quaerere ſupervacuum eſt: in alio enim ſermone haec omnino perſequitur. Nunc vero in hiſtoricas quaeſtiones tractare non eſt opportunum, quoniam nonnullorum explanatoribus, non paucis praetermiſſis, ſatis habemus, ſi noſtram octo voluminibus abſolverimus.

Ed. Chart. IX. [466.] Ed. Baſ. V. (488. 489.)

αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπών, τὸ πυρετῶδες πολέμιον εἶναι περιόδοισιν ἢ λιμῷ. δῆλον δ' ὅτι καὶ τοῖς ἄλλοις ἃ κατέλεξε, καὶ γὰρ ταῖς πάλαις καὶ τῇ πυρίῃ καὶ τῇ ἀνατρίψει τὸ πυρετῶδες ἐναντίον ἐστίν. οὕτω γὰρ ἀκουστέον τοῦ πολέμιον, ἐπειδὴ καὶ φίλιον ἐκ μεταφορᾶς εἰώθασι λέγειν τὸ οἰκεῖον. μεταξὺ δὲ τῶν λέξεων ἀμφοτέρων εἰρημένον τὸ κακὸν ἔνιοι μὲν ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς προτέρας ἔγραψαν, ἔνιοι δ' ἐν ἀρχῇ τῆς δευτέρας, ὡς ἕνα γενέσθαι τὸν λόγον τοιόνδε· τὸ πυρετῶδες πολέμιον περιόδοισιν, ὅτι δὲ βλάπτει τοὺς πυρέττοντας καὶ περίπατος καὶ δρόμος καὶ πυρία καὶ πάλη, πάντοθεν τὴν ἐν τῷ σώματι θερμασίαν αὐξάνοντα, οὐδεὶς ἀγνοεῖ τῶν ὠμιληκότων τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης. Πρόδικος δ' ἔοικεν οὐ μόνον λογικὴν εὕρεσιν βοημάτων ἀγνοεῖν, ἀλλὰ καὶ τήρησιν ἐμπειρικήν. ὁ μὲν γὰρ (489) *λόγος ἀπαγορεύει πόνῳ πόνον ἰᾶσθαι, τουτέστι τῇ βλάβῃ τὴν βλάβην καὶ τῷ κακῷ τὸ κακόν. ἐναντία γάρ, οὐχ ὅμοια τῇ λυπούσῃ διαθέσει προσφέρειν χρὴ βοηθήματα.*

Sed cur Prodicum accuſet, ipſe declaravit inquiens, febriculoſum inimicum eſſe circuitibus et fami. Conſtat autem, quod et reliquis enumeratis, nam et luctationibus et fomento calido et frictioni, febriculoſum adverſarium eſt: ita enim ea vox, *inimicum*, intelligenda eſt, quoniam et amicum per tranſlationem dicere conſueverunt proprium ac domeſticum. Inter utramque autem dictionem haec, *malum*, poſita ab aliquibus in calce prioris ſcripta eſt, ab aliquibus initio ſecundae, ut una fiat oratio hujusmodi, febriculoſum inimicum circuitibus. Quod autem febricitantibus et deambulatio et curſus et fotus calidus et luctatio, undique calorem in corpore augentes officiant, neminem eorum qui in artis exercitatione verſati ſunt praeterit. Prodicus vero non rationalem modo auxiliorum inventionem, ſed etiam empiricam obſervationem ignorare videtur. Negat enim ratio labori laborem mederi, hoc eſt noxae noxam et malo malum: nam contraria, non ſimilia, infeſtanti vitio adhibere auxilia convenit. At ille

Ed. Chart. IX. [466.] Ed. Baſ. V. (489.)

φαίνεται δ' ἐκεῖνος ὅμοια προσάγων, εἴ γε καὶ περιπάτοις καὶ πάλῃ καὶ ἀνατρίψει καὶ πυρίᾳ καὶ λιμῷ. πυρίαν δὲ πᾶσαν ἀκουστέον τὴν ἔξωθεν ἡμῖν προσπίπτουσαν θερμασίαν εἴτ' ἀπὸ πυρὸς εἴτ' ἐν λουτροῖς γένοιτο. καὶ μὴν καὶ ὁ λιμὸς ἐναντίον ἐστὶ τοῖς εἰρημένοις, ὅκου γὰρ λιμὸς οὐ δεῖ πονεῖν. οὐ μόνον δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀρχὴν ἄχρι τελευτῆς ὡς ἂν ἐθέλωσι γράφουσιν. ἀλλ' ἐγὼ τὰς παλαιὰς ἐροῦμαι, κἂν χαλεπωτέραν ἔχωσι τὴν ἐξήγησιν. ὃ δὲ ἔσχατόν ἐστι γεγραμμένον ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει, τὸ αὐτοῖσι, τινὲς μὲν τῆς ἑπομένης ἀρχὴν ποιοῦσι, τινὲς δ' ὅλως ἀφαιροῦσι. καὶ γὰρ φαίνεται μηδὲν ἐξ αὐτῶν πλέον τῶν εἰρημένων διδασκόμενον.

λβ'.

Φλεβῶν ἔρευθος, πελίωσις, χλωρότης, πλευρέων ὀδύναι λαπαραί.

ſimilia adhibere videtur, ſiquidem et ambulationibus et luctatione et frictione et fotu calido et fame utitur; per *πυρίαν* autem, id eſt fotum calidum, omnis extrinſecus nos invadens caliditas, ſive ab igne, ſive in balneis fiat, intelligenda eſt. Quin etiam fames praedictis adverſatur; ubi enim fames eſt, laborare non convenit. Non ſolum autem locutionis initium, ſed et ab initio uſque in finem, ut libuerit, ſcribunt; ceterum ego veteres ſcripturas, etſi difficilius explanentur, ſemper eligo. Sed vocem eam, quae ultima in propoſitis verbis ſcripta eſt, *ipſis*, aliqui ſequentis ſermonis initium faciunt; nonnulli prorſus obliterant, ſiquidem nihil plus quam antedicta edocere videtur.

XXXII.

Venarum rubor, livor, viriditas; coſtarum dolores laxi.

Ed. Chart. IX. [466. 467.] Ed. Baſ. V. (489.)

Εἶπον ὅτι τὸ κατὰ τὴν τελευτὴν τῆς προκειμένης ῥήσεως τούτοις προτάττεσθαι δύναται ταύτης, ἵν' ὁ λόγος ᾖ τοιοῦτος· τούτοις οἷς προσεῖπον, ἦσαν δὲ οἱ πυρεταίνοντες μὲν οὐκ ὀρθῶς ὑπὸ Προδίκου πρὸς κινήσεις ὑγιαίνουσιν οἰκείας ἀγόμενοι, συμβαίνει ταῦτ' ἴσχειν ἃ νῦν εἶπεν, οὐχ ἅπαντα δηλονότι καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον. οὐ γὰρ οἷόν τε συνυπάρξαι τὸ ἔρευθος τῇ πελιώσει καὶ τῇ χλωρότητι, καὶ γὰρ ἀναιρετικόν ἐστιν ἕκαστον τούτων τῶν λοιπῶν δύο καὶ διαθέσεσιν οὐχ ὁμοίαις ἕπεται. τοῖς μὲν γὰρ τήν τε δύναμιν ἔχουσι μετρίως καὶ [467] *χρηστὸν τὸ αἷμα γυμνασθεῖσιν ἢ πυριασθεῖσιν ἐρεύθεται τὸ σῶμα. τοῖς δ' ἀῤῥωστότερον ἢ κακοχυμότερον πελιοῦται καὶ χλωρὸν γίνεται. προτάττουσιν ἔνιοι τῆς προκειμένης ῥήσεως τὸ ὄγκοι, τοιάνδε ποιοῦντες τὴν λέξιν· ὄγκοι, φλεβῶν ἔρευθος, πελίωσις, χλωρότης. ὁ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ῥήσεως εἶπε πλευρέων ὀδύναι λαπαραὶ, πιθανῶς τινὲς μετέγραψαν εἰς τὸ λαπάρας, ὀδύνας, γίνεσθαι βουλόμενοι τοῖς ἀκαίρως γυμνασθεῖσιν. οἵ γε μὴν ἐξηγηταὶ πάντες ἴσασι τὴν πλευρέων*

Dixi vocem, *ipſis*, in calce proximi ſermonis poſitam iſti poſſe praeponi, ut oratio talis reddatur, ipſis quos praedixi; erant autem febricitantes non recte a Prodico ad motiones bene valentibus convenientes deducti. Haec quae nunc dicit, habere contingit, non omnia ſcilicet ſingulos homines: neque enim poteſt rubor una cum livore et viriditate conſiſtere, ſiquidem unumquodque iſtorum duo reliqua tollit et affectus diſſimiles inſequitur. Nam vires mediocres et bonum ſanguinem habentibus, quum exercentur aut per ſotus caleſiunt, rubicundum corpus evadit; ſed imbecilliores aut vitioſis humoribus repleti lividi fiunt ac virides. Nonnulli verbis his hanc vocem, *tumores*, praeponunt et locutionem talem faciunt: tumores, venarum rubor, livor, viriditas; ſed quod in extremis verbis dixit, coſtarum dolores laxi, nonnulli veriſimiliter ita mutarunt, *laparae*, id eſt ventris dolores, hos importune exercitatis ſuboriri volentes; verumtamen omnes interpretes hanc lectionem agnoſcunt, coſtarum

Ed. Chart. IX. [467.] Ed. Baſ. V. (489.)

ὀδύναι λαπαραὶ γραφὴν, ἀκούουσί τε λαπαρὰς τὰς ἄνευ φλεγμονῆς καὶ τάσεως ὀδύνας.

λγ'.

Ἄδιψος, συνέχειν στόμα, σιγᾷν, ἄνεμος σὺν τῷ ποτῷ ψυχρὸν εἰσάγειν.

Ἓν τι τῶν εἰς ἀνάμνησιν ἄγειν δυναμένων τῆς ὕλης ἐπὶ τῶν πυρεττόντων ἀγωγῆς ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης τοῦτο, δυνάμενον ἐνδείκνυσθαι καὶ αὐτὸ τὴν μοχθηρίαν τῆς Προδίκου προνοίας πυρεττόντων. οὐ γὰρ ἐξ ὧν διψῷεν οἱ ἐνθερμανθέντες εὔλογόν ἐστι πράττειν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἄδιψοι γενήσονται. ταῦτα δ' ἐστὶ πρώτη μὲν ἡ ταῖς κινήσεσιν ἀντικειμένη τοῦ κάμνοντος σώματος ἡσυχία. δευτέρα δὲ τἄλλα, δι' ὧν ἂν πραΰνοιτο, μᾶλλον οὐκ ἐξάπτοιτο τὰ κατὰ τὴν πυρετώδη διάθεσιν, ὧν ἕν ἐστι καὶ ἄδιψος τηρεῖν. δι' ὧν δ' ἄδιψος ἄν τις γένοιτο προσέθηκεν, ἐκπιὼν ἔχειν τὸ

dolores laxi et intelligunt laxos, id eſt ſine phlegmone et tenſione dolores.

XXXIII.

Siti carentem os claudere, tacere, ventum cum potu frigidum introducere.

Hoc ſcripſit Hippocrates ex iis unum, quae totam febrientium regendorum rationem in mentem revocare queant et per id ipſum Prodici in curandis febribus inſcitiam demonſtrare valens. Neque enim ea, ex quibus ſitiant, veluti calefacti, ſed ex quibus ſitis exſtinguatur, facienda ſunt; haec ſunt vero: prima quidem motibus oppoſita laborantis corporis, quies: ſecunda omnia reliqua, ex quibus febrilem affectum comitantia magis miteſcant et non exaſperentur, inter quae unum eſt, ipſum a ſiti defendere. Per quae autem quispiam ſitim prohi-

Ed. Chart. IX. [467.] Ed. Baſ. V. (489.)

στόμα καὶ σιγᾶν, ἄνεμόν τε ψυχρὸν σὺν τῷ ποτῷ εἰσάγειν, ὅπερ ἐστὶν ἐπισπᾶσθαι τῷ ποτῷ τὸν ψυχρὸν ἄνεμον. εἰ δὲ ποτῷ, πρόδηλον ὅτι καὶ χωρὶς τούτου κατὰ μόνην τὴν εἰσπνοὴν, ὥσιε καὶ τοῦ κατὰ τὴν ἀναπνοὴν ἀέρος προνοητέον ἐστὶν, ὅπως μὴ θερμὸς ᾖ μᾶλλον τοῦ προσήκοντος καὶ μᾶλλον θέρους ὥρᾳ. τολμηρότερον δὲ κἀνταῦθα Καπίτων τε καὶ Διοσκορίδης ὑπαλλάξαντες τὴν παλαιὰν γραφὴν ἔγραψαν οὕτως τὴν λέξιν. ἄνεμον ἐν τῷ ποτῷ ψυχρὸν μὴ εἰσάγειν. ἀλλ' ὁ μὲν Διοσκορίδης δευτέραν γραφὴν, ὡς εἴωθε, προσέθηκεν, ἐξ ὧν ἄνεμον ψυχρὸν εἰσάγειν. Καπίτων δὲ οὐδὲ τῶν δευτέρων ἠξίωσε τὴν ἐν ἅπασί τε τοῖς ἀντιγράφοις εὑρισκομένοις γραφὴν, ἅπασί τε τοῖς ἐξηγηταῖς ὁμολογουμένην, ἀλλὰ προσθεὶς αὐτῇ τὴν μὴ συλλαβὴν, ἀντὶ τοῦ ψυχρὸν εἰσάγειν, ψυχρὸν μὴ εἰσάγειν ἔγραψεν, ὡς οὐδέποτε δέον ἀναπνεῖν ψυχρὸν ἀέρα τὸν πυρέττοντα.

---

beat, adjecit, clauſum os habere, auramque frigidam cum potu introducere, id eſt ventum una cum potu frigidum attrahere; quod ſi cum potu, patet etiam ſine ipſo per ſolam inſpirationem. Quare et aëris inſpiratu attrahendi ratio habenda eſt, ut ne calidior ſit quam conveniat, idque magis aeſtatis tempore. Verum et hoc loco Capito atque Dioſcorides audacius veterem lectionem permutantes, hunc in modum verba ſcripſerunt: ventum inter bibendum frigidum non introducere. Sed Dioſcorides quidem, ut conſuevit, ſecundam ſcripturam addidit: ex quibus ventum frigidum introducere. At Capito lectionem in omnibus codicibus repertam et a cunctis explanatoribus conceſſam, neque ſecundo gradu dignam putavit; ſed ei hanc ſyllabam, *non*, adjiciens, loco, *horum*, frigidum introducere, ſcripſit, frigidum non introducere, perinde ac ſi nunquam frigidum aërem febricitans inſpirare debeat.

Ed. Chart. IX. [468.] Ed. Baſ. V. (489.)

λδ'.

[468] *Τὰς ἀφορμὰς, ὁκόθεν ἤρξαντο κάμνειν, σκεπτέον, εἴτε κεφαλῆς ὀδύνης, εἴτε ὠτὸς, εἴτε πλευροῦ. σημεῖον οἱ ὀδόντες καὶ ἐφ' οἵσι βουβῶνες.*

Ταύτην τὴν ῥῆσιν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐξηγήμεθα κατὰ τὸ πρῶτον ὑπόμνημα.

λε'.

Τὰ γινόμενα ἕλκεα καὶ φύματα, κρίνοντα πυρετοὺς, οἵσι ταῦτα μὴ παραγίνηται, ἀκρισίαι, οἷς ἐγκαταλείπειαι, βεβαιότατοι καὶ τάχιστοι ὑποστροφαί.

Καὶ αὕτη ἡ ῥῆσις ἐφεξῆς τῇ πρὸ αὐτῆς κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν γεγραμμένῃ τῆς προσηκούσης ἐξηγήσεως ἔτυχεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς ἐκεῖνο τὸ βιβλίον ὑπομνημάτων.

XXXIV.

Occaſiones, unde coeperunt aegrotare, conſiderandae, ſive capitis dolor, ſive auris, ſive lateris ſignum dentes et in quibus inguinum phlegmonae.

Hanc orationem et in ſecundo de morbis vulgaribus volumine in primo commentario explanavimus.

XXXV.

Naſcentia ulcera et tubercula febres judicantia. Quibus haec non accidunt, judicationis carentiae. Quibus aliquid intus relinquitur, certiſſimae et celerrimae recidivae.

Et haec oratio priori contigua in ſecundo de morbis vulgaribus ſcripta convenienti declaratione illuſtrata eſt per primum et in eum librum a me editum commentarium.

Ed. Chart. IX. [468.] Ed. Baſ. V. (489.)

λστ'.

Τὰ στρογγυλουμένα πτύελα παρακρουστικὰ, οἷα ἐν Πληνῷ.

Τῶν πτυέλων τὸ μὲν οἷον ὑλικὸν αἴτιον ἡ πάχος καὶ γλισχρότης τῶν χυμῶν ἐν τοῖς τοῦ πνεύμονος βρογχίοις ἀθροιζομένων, τὸ δ' οἷον ποιητικὸν ἡ ἐν τῷ χωρίῳ θερμότης. καί τισι καὶ τῶν ἀπυρέτων ἐθεασάμην τοῦτο γινόμενον, ἐν πάνυ πολλῷ χρόνῳ δοκοῦσι μηδὲν ἔχειν κακόν. ὕστερον μέντοι πάντες οὗτοι φθινωδῶς συνετάκησαν. εἰ δὲ μετὰ πυρετοῦ ποτὲ γένοιτο, σὺν ἄλλοις σημείοις παρακρουστικοῖς συντελέσει τι καὶ αὐτὰ πρὸς τὴν τοῦ παρακρουστικοῦ πρόγνωσιν, ἄλλως δὲ οὐχί. μὴ τοίνυν αὐτῷ θαῤῥήσῃς μόνῳ ποτὲ, ἐπὶ προῤῥήσει παρασκοπῆς. τό γε μὴν ἴδιον παραφροσύνης σημεῖον πολλάκις ἠκούσατε. λέλεκται δὲ κἂν εἰς τὸ προῤῥητικὸν ὑπομνήμασιν ὡς ἡ θερμότης προσγινομένη ἐκείνοις δύναταί τι συντελεῖν εἰς παραφροσύνην, τῷ πληροῦν κατὰ κεφαλήν. αὐτὴ δὲ καθ' ἑαυτὴν οὐδαμῶς ἐστὶν ἱκανὴ

XXXVI.

Rotunda ſputa delirium futurum ſignificant, ut in Pleno.

Sputorum rotundorum veluti materialis cauſa craſſitudo eſt, atque tenacitas humorum in fibris pulmonis collectorum: cauſa veluti effectrix eſt loci calor. Et in quibusdam febre vacantibus id fieri vidimus, qui per valde longum temporis intervallum nihil mali pati videbantur; attamen iſti omnes poſtea phthiſi contabuerunt. Quod ſi ſputa haec nonnunquam in febre una cum aliis ſignis delirium portendentibus adſint, aliquid et ipſa ad futurum delirium praeſagiendum facient, aliter vero minime. Ne igitur hoc ſolo indicio ad praedicendam inſaniam unquam confidito. Porro inſaniae propriam notam frequenter audiviſtis. Diximus autem et in noſtris in librum praedictionum commentariis, quod calor ille adjunctus ad excitandam inſaniam aliquid facere poteſt, caput ſcilicet replens; ſed ipſe per ſe nequaquam idoneum

Ed. Chart. IX. [456. 457.] Ed. Baſ. V. (484.)

σημεῖον γενέσθαι παραφροσύνης καὶ μάλιστα φρενιτικῆς. ἔπειτα καὶ μετὰ τὰς ἀκμὰς τῶν πυρετῶν ὑποπαραφέρονται πολλοὶ, τῷ λόγῳ τῆς κατὰ τὴν κεφαλὴν πληρώσεως. ἐν δὲ τῇ προκειμένῃ ῥήσει πρόσκειται τισὶ τῶν ἀντιγράφων ἐπὶ τῇ τελευτῇ τὸ οἷον ἐν Πληνῷ, καθ' ἕτερον δὲ τὸ ὡς ὁ σπλὴν οἴω. καὶ ὅσοι τῶν ἐξηγητῶν προσήκαντο τὴν γραφὴν, ὥσπερ καὶ ὁ Σαβῖνος, τόπου τινὸς ὄνομά φασιν εἶναι τὸ Πλήν. οὐ μὴν τίνος γε πόλεως ὁ τόπος οὗτός ἐστι προσέθεσαν τῷ λόγῳ.

λζ'.

[469] Οἱ αἱμορῥοΐδας ἔχοντες οὔτε πλευρίτιδι οὔτε περιπνευμονίῃ οὔτε φαγεδαίνῃ οὔτε δοθιήσιν οὔτε τερμίνθοισιν, ἴσως δὲ οὐδὲ λέπρῃσιν, ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλοισιν.

Ἐλλείπει δηλονότι τὸ ἁλίσκονται καὶ χρὴ προσυπακούειν αὐτό. διὰ τί οὐχ ἁλίσκονται δῆλον. ἐκκρινομένης γὰρ τῆς

---

inſaniae et praeſertim phreniticae ſignum eſt: praeterea et in febrium ſummo impetu, quoniam caput repletum eſt, multi delirant. In propoſito autem ſermone in quibusdam codicibus in fine additum eſt, ut in Pleno et in alio, ut Plen ſoli; et quicunque interpretes lectionem hanc probaverunt, ut etiam Sabinus loci cujusdam nomen Plen eſſe dixerunt, ſed cujus civitatis locus iſte eſſet orationi non addiderunt.

XXXVII.

Mariſcis laborantes, neque morbo laterali, neque pulmonario, neque phagedaena, neque furunculis, neque terminthis, fortaſſe vero neque lepris, fortaſſe neque aliis.

Deficit hoc verbum, *capiuntur* et ideo prius ſubintelligendum eſt. Cur vero in his malis non capiantur,

Ed. Chart. IX. [469.] Ed. Baſ. V. (489. 490.)

κακοχυμίας διὰ τῶν αἱμορῥοΐδων, καχεξίαι μέν τινες ἕπονται ἐνίοτε καθ' ὅλον τὸ σῶμα καὶ ἄχροιαι καὶ (490) ὕδεροι, νόσημά δ' οὐδὲν τοιοῦτον. φαγεδαίνας δ' ὅτι λέχει τὰ διαβιβρωσκόμενα τῶν ἑλκῶν, ἃ καὶ φαγεδαινικὰ καλοῦσιν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, εἴρηται κἀν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὰ περὶ χυμῶν ὑπομνημάτων. καὶ γὰρ κατ' ἐκεῖνο διὰ τῆς αὐτῆς λέξεως ἡ ῥῆσις γέγραπται. τινές γε μὴν ἤκουσαν φαγεδαίνας, τὰς τῶν πολλῶν βρωμάτων ἐδωδάς, ἃς καὶ αὐτὰς ὑπὸ κακοχυμίας γίνεσθαι ἀμέτρους ὀρέξεις σιτίων, ὁμολογεῖται καὶ πρὸς ἡμῶν. οὐ μὴν τοιαύτης γε κακοχυμίας κινούσης ἄκος εἶναι τὰς αἱμορῥοΐδας, ἀλλὰ τῆς μελαγχολικῆς μᾶλλον. ὀξύτης δὲ χυμῶν ψυχρὰ, τὴν τοιαύτην ἐργαζομένη τῶν σίτων ὄρεξιν, ἤδη τισὶ καὶ τῶν τὰς αἱμορῥοΐδας ἐχόντων ἐγένετο. καὶ τὸ τῶν τερμίνθων δ' ὄνομα μελάνων τινῶν ἐκφυμάτων ἐν ταῖς κνήμαις μάλιστα γινομένων ἐστὶ δηλωτικὸν, ἀπὸ τῆς κατὰ σχῆμα καὶ χρόαν καὶ μέγεθος ὁμοιότητος τῷ καρπῷ τῶν τερμίνθων γεγονός· τὸ δ'

clarum eſt: vitioſis enim ſuccis per mariſcas depulſis quidam ſane mali habitus in toto corpore accidunt et pallores et hydropes, ſed nullus ejusmodi morbus. Quod phagedaenas autem vocet corrodentia ulcera, quae quidem et phagedaenica veteres medici nominarunt, a nobis dictum eſt et in tertio ſuper librum de humoribus commentario: ſiquidem et in illo iisdem verbis hic aphoriſmus ſcriptus eſt. Porro nonnulli phagedaenas multorum ciborum eſus eſſe voluerunt, quos et ipſos a vitiatis humoribus immodicos edendi appetitus excitantibus provenire et a nobis conceditur; non tamen hujus malorum ſuccorum copiae, ſed melancholicae potius haemorrhoidas, id eſt mariſcas, medelam eſſe ſtatuimus. Ceterum hujusmodi ſuccorum frigidus acor talem ciborum appetentiam excitans, interdum et in nonnullis haemorrhoidas habentibus inventus eſt. Sed terminthorum nomen nigras quasdam puſtulas in tibiis maxime orientes ſignificat, a figurae, coloris magnitudinisque ſimilitudine, quam cum termin-

Ed. Chart. IX. [469. 470.] Ed. Baſ. V. (490.)

ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ῥήσεως γεγραμμένον. ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλοισιν, ἔνιοι γράφουσιν ἴσως δ' οὐδ' ἀλφοῖσιν. ἐπειδὴ καὶ οἱ ἀλφοὶ κακοχυμίας τινός εἰσιν ἔκγονοι, παρὰ τῷ δέρματι συνισταμένης.

λη'.

Ἰητρευθέντος γε μὴν ἀκαίρως συχνοὶ, τοῖσι τοιουτέοισιν οὐ βραδέως ἑάλωσαν καὶ ὀλέθρια οὕτω.

Ἀκαίρως θεραπεύονται τὰς αἱμορροΐδας οἱ μήτε φλεβοτομούμενοι κατὰ περιόδους μήτε δι' ὑπηλάτων ἢ γυμνασίων κενούμενοι, μήτε καταλιπόντες ἐξ αὐτῶν κἂν μίαν, ἀλλὰ πάσας ἀθρόως ἐξαιροῦντες.

λθ'.

[470] Καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποστάσιες οἷον σύριγγες, ἑτέρων ἄκος.

---

thorum, id eſt cicerum fructu habent, derivatum. Sed quod in extremis verbis ſcriptum eſt, fortaſſe autem, neque aliis, quidam legunt, fortaſſe autem, neque alphis, id eſt vitiliginibus; quandoquidem et ipſae ex quodam pravo humore cuti impacto ortum habent.

XXXVIII.

Medela quidem multis importune adhibita, talibus non tarde capti ſunt; et perniciose ſic.

Importune eorum marifcis medentur qui neque venam per circuitus ſcindunt, neque alvum ducentibus utuntur, neque per exercitationes evacuant, neque unam ex iis ſaltem relinquunt, ſed omnes una tollunt.

XXXIX.

Et quicunque alii abſceſſus, ut fiſtulae.

Ed. Chart. IX. [470.] Ed. Baſ. V. (490.)

Πολλάκις ἡ λιτὰς ἀποστάσεις εὕρομεν αὐτὸν οὐκ ἐπὶ μόνων τῶν κατὰ ἀπόθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκκρίσεων ὀνομάζοντα. τῶν οὖν τοιούτων παθημάτων ἔν τισι καὶ σύριγγές εἰσιν ἐκκαθαίρονται δι' αὐτῶν τὰς περιουσίας τῶν χυμῶν. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν αἱμορροϊδων, οὕτω καὶ τούτων οὐχ ἁπλῶς οὐδ' ὡς ἔτυχε τὴν θεραπείαν ποιητέον ἐστί.

μ'.

Σκῆψις μὲν ἐφ' οἷσι γινόμενα ῥύεται, τούτων προγενόμενα κωλύει.

Τῆς παλαιᾶς γραφῆς οὔσης ταύτης, ἐπὶ τὸ σαφέστερον αὐτὸν μετατεθείκασι πολλοὶ τῶν ἐξηγητῶν, ἀντὶ τοῦ γενόμενα καὶ προγενόμενα γενομένη γράψαντες, ἵν' ἐπὶ τὴν ἀπόσκηψιν ὁ λόγος ἀναφέρηται, πάντες δὲ ἤκουσαν τὴν σκῆψιν ἐπὶ τῆς ἀποσκήψεως εἰρῆσθαι. τάχα καὶ σφαλέντος τοῦ πρώτου γράψαντος βιβλιογράφου, ὡς ταῖς διανοίαις τὰ

Saepius ipſum non ea ſolum, quae in aliquam partem corporis ſeponuntur, ſed etiam ea quae expelluntur, abſceſſus nominare invenimus. In quibus igitur ex his affectibus et fiſtulae inſunt, per eas humores ſupervacui expurgantur. Quemadmodum igitur haemorrhoidibus, ita et his non ſimpliciter, neque temere curatio adhibenda eſt.

XL.

Decubitus quidem, in quibus facta tollit, haec ante facta prohibet.

Cum vetus ſcriptura ita ſe habeat, multi explanatores in clariores mutaverunt, loco harum vocum, *facta et antefacta*, numeri pluralis, neutrius generis, reponentes, *factus et antefactus*, ut ad ſepſin, id eſt decubitum, ſermo referatur. Omnes autem decubitum pro abſceſſu dictum eſſe intellexerunt, fortaſſe et primo qui librum deſcripſit aberrante. Sed verba ſenſu non diſcrepantia in

Ed. Chart. IX. [470.] Ed. Baſ. V. (490.)

αὐτὰ κατὰ πάσας τὰς γραφάς ἐστι. βούλεται γὰρ ὁ Ἱπποκράτης λέγειν τὰς ἀποσκήψεις, ἐφ' οἷς ἂν πάθεσι γινόμεναι λύειν αὐτὰ δύνανται, τούτων προγενομένας κωλύειν γενέσθαι. δοκεῖ δέ μοι δύνασθαι· καὶ οὕτως ἀκούειν τῆς ῥήσεως, εἴ γε κατὰ τήνδε τὴν λέξιν εἴρητο. σκέψις μέν ἐστι, πάντα ἐφ' οἷσι γενόμενα ῥύεται, τούτων προγενομένων κωλύειν. γραφόντων γὰρ τῶν παλαιῶν τόν τε τοῦ η δίφθογγον καὶ τὸν τοῦ ε δι' ἑνὸς χαρακτῆρος, ὃς νῦν μόνος σημαίνει τὸν ἕτερον φθόγγον τὸν η, πολλὰ γέγονεν ἁμαρτήματα τῶν ἐγγραφομένων, οὐ κατὰ τὴν γνώμην τῶν γραψάντων τὴν μετάθεσιν τῶν γραμμάτων ποιησαμένων. διὸ καὶ προσέχειν ἀκριβῶς χρὴ ταῖς τοιαύταις γραφαῖς ἐν αἷς δυνατόν ἐστι τὸν τοῦ η φθόγγον εἰς τὸν τοῦ ε μεταθέντας, ἢ τοὔμπαλιν γράψαντας ἐπανορθώσασθαι τὴν γραφήν. ὁμοίως δὲ κἀπὶ τοῦ ο' καὶ ω' ποιητέον, ἐπειδὴ καὶ τούτων ἀμφοτέρων οἱ φθόγγοι δι' ἑνὸς χαρακτῆρος ἐγράφοντο.

---

omnibus ſcripturis inveniuntur. Vult enim Hippocrates dicere, abſceſſus in quibus morbis facti eos diſcutere queunt, ſi praevertant, iisdem ne fiant impedimento ſunt. Mihi autem et in hunc ſenſum oratio accipi poſſe videtur, ſi hoc modo verba ſcripta eſſent: conſideratio quidem eſt, omnia quae poſt aliqua orta liberant, eadem, ſi antevertant, fieri prohibere. Nam quum antiqui Graeci duo elementa, η et ε, eodem charactere notarent, qui nunc ſolus alterum elementum tantum, η ſcilicet ſignificat, multi errores librarii commiſſi ſunt, non ſecundum auctorum mentem litterarum permutationem facientibus. Quocirca et accurate hujuscemodi ſcripturae conſiderandae ſunt, in quibus elementum η et ε transmutantes et e contrario ſcribentes, lectionem caſtigare queunt. Idem et in elemento ο et ω faciendum eſt, quoniam utriusque figurae uno jampridem charactere ſignabantur.

μα'.

Ἄλλου τόπου, τόποι δεξάμενοι ἢ πόνῳ ἢ βάρει ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται ἢ ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι.

Ἡ αὐτὴ ῥῆσις ἥδε κἀν τῷ περὶ χυμῶν ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ βιβλίου γέγραπται, καθάπερ καὶ αἱ πρὸ αὐτῆς ἀπὸ τῆς πρώτης, ἐν ᾗ φησιν, οἱ αἱμορῥοΐδας ἔχοντες. ἐξηγήμεθα οὖν ἐκεῖ τελεώτερον αὐτὰς, εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν [471] κεφάλαιον. ἡ γάρ τοι διάνοια τῆς προκειμένης ῥήσεώς ἐστι τοιάδε. ἐξ ἄλλων τόπων εἰς ἄλλους διαδοχαὶ γίνονται νοσημάτων, κατὰ μετάστασιν τῶν ποιούντων αὐτὰ χυμῶν, ἤτοι διὰ τόνον τινὰ τοῦ μέρους, εἰς ὃ μεθιστάμενοι κατασκήπτουσιν ἢ διὰ τὸ σφῶν αὐτῶν βάρος ἢ καὶ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν οἷον φάρμακον ἐρεθίσαν δριμὺ καὶ τρίψιν ἤ τινα θερμασίαν ἔξωθεν προσγενομένην. ἀλλὰ καὶ διὰ κοινωνίαν τῆς φύσεως τῶν μορίων γίνονται μεταστάσεις. ὄρχις γοῦν οἰδήσας ἀπὸ βηχέων ὑπόμνημα κοινωνίας, στήθεσι, μαζοῖς,

XLI.

Loci alterius, loci excipientes aut dolore aut gravitate aut alio quopiam liberant. Aut cum aliis communicationes.

Hic idem aphorismus in libello de succis ad calcem scriptus est, quemadmodum et ante ipsum positi, quorum primus est ille, a marisicis tentati. Eo igitur loco ipsos accuratius enodavimus, verum et nunc per summam explanabimus. Sententia namque propositorum verborum haec est: ab aliis locis in alios susceptiones morborum fiunt, prout succi eos facientes migrant aut ob membri, in quod vagantes delabuntur, dolorem aliquem: aut ob suam ipsorum gravitatem; aut etiam ob causam quandam aliam, ut medicamentum acre irritans et frictionem aut aliquem calorem extrinsecus incidentem, quin etiam ob naturae membrorum communionem migrationes humorum fiunt. Testiculus etiam tumefactus in tussientibus documentum est affinitatis cum pectore, mammis, genitura,

Ed. Chart. IX. [471.] Ed. Baſ. V. (490.)

γονῆς, φωνῆς. ἔνιοι δὲ τὸ, ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι, γράψαντες, ἀλλοῖαι κοινωνίαι τῆς ἑπομένης ῥήσεως ἀρχὴν αὐτὸ ποιοῦσι, φάσκοντες ἐπ᾽ ἄλλο κοινωνίας εἶδος αὐτὸν μετεληλυθέναι τὸ κατὰ τὴν τῶν χυμῶν συγγένειαν. αὐτὸς γοῦν, φασὶ, λέγει, διὰ τὴν ῥοπὴν οὐκέτι αἷμα ἔρχεται, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ χυμοῦ συγγένειαν τοιαῦτα πτύουσιν. οὕτω δὲ καὶ ὁ Ῥοῦφος ἔγραψέ τε καὶ διεῖλε τὴν λέξιν οἷον προσγραφὴν μέν τινα νομίζων εἶναι τὸ, ἀλλοῖαι κοινωνίαι. τὴν δ᾽ ὥσπερ ἐξήγησιν τῆς προγραφῆς τὰ ἐπιφερόμενα. φησὶ γὰρ εἶναι κοινωνίαν τῷ αἵματι πρὸς τὸ πῦον. οἷς οὐκέτι αἷμα πτύεται, τῆς ῥοπῆς ἐπὶ τἀναντία γενομένης αὐτῷ, τούτοις τὰ συγγενῆ τοῦ αἵματος γίνεσθαι πτύσματα πυώδη. διὸ καὶ τὴν λέξιν οὕτω γράφει, ἀλλὰ διὰ τοῦ χυμοῦ τὴν συγγένειαν πτύα πτύουσιν. οἱ δὲ περὶ τὸν Σαβῖνον φυλάξαντες τὴν παλαιὰν γραφὴν ἰδίαν ἀρχὴν ἐποιήσαντο τῶν λεγομένων τὸ διὰ τὴν ῥοπὴν, ἐφ᾽ ἣν ἤδη μεταβήσομαι.

---

voce. Quidam vero ea verba cum aliis communicationes, ita ſcribentes, diverſae communicationes, ſequentis aphoriſmi initium faciunt, dicentes Hippocratem ad aliam communicationis ſpeciem tranſiviſſe, eam ſcilicet quae ſecundum humorum cognationem fit. Ipſe igitur, inquit, dicit, ob inclinationem non praeterea ſanguis exit, ſed propter humoris cognationem talia exſpuunt. Ita vero et Rufus ſcripſit diſtinxitque verba, veluti propoſitum quoddam, haec verba eſſe putans, diverſae communicationes; quae ſequuntur autem, veluti propoſiti explanationem. Dicit enim cognationem ſanguini cum pure intercedere, quibus non amplius ſanguis exſpuitur, quum ipſe ſcilicet ad contraria inclinaverit, iſtis purulenta ſputa ſanguini eſſe cognata; atque orationem hunc in modum ſcribit, ſed propter humoris cognationem pus exſpuunt. Ceterum Sabini diſcipuli veterem lectionem retinentes proprium dictorum initium illud fecerunt, propter inclinationem, ad quod jam tranſitum faciemus.

Ed. Chart. IX. [471.] Ed. Baſ. V. (490.)

μβ'.

Διὰ τὴν ῥοπὴν οὐκέτι αἷμα ἔρχεται, ἀλλὰ κατὰ τοῦ χυμοῦ τὴν ξυγγένειαν τοιαῦτα πτύουσιν.

Ἐξήγημαι μὲν ἤδη τελέως τὴν ῥῆσιν ταύτην ἐν τῷ τρίτῳ τῶν εἰς τὸ περὶ χυμῶν ὑπομνήματι. καὶ νῦν δ' ἐρῶ συντομώτερον αὐτήν. ὅταν αἷμα διά τινος μέρους ἐκκενούμενον, οἷον ἕδρας ἢ ῥινὸς ἢ μήτρας ἢ κατὰ περιόδους ἐκ γαστρὸς ἢ σύριγγος ἢ ὀθενοῦν ἑτέρωσε ἐπ' ἄλλα μόρια ποιήσειαι τὴν ῥοπὴν, οὐκέτ' ἐκκενοῦται τοῦτο διὰ τοῦ πρόσθεν χωρίου, παράδειγμα δὲ τοῦτο μερικόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ τὴν ῥοπὴν εἰς θώρακα καὶ πνεύμονα ποιησαμένου. πτύεται γὰρ ἐντεῦθεν ἄλλοις ἄλλο κατὰ τὴν τῶν χυμῶν συγγένειαν· ἀφρῶδες μέν, ὅταν ᾖ φλεγματικὸς, ὠχρὸν δ' ὅταν πικρόχολος, μέλαν δ', ὅταν μελαγχολικὸς· ὥσπερ γε ἐρυθρὸν, ὅταν τὸ αἷμα κατασκῆπτον ᾖ καθαρόν. εἰκότως οὖν ἔνιοι τὸ τ γράμμα προσθέντες, οὐ ῥοπὴν, ἀλλὰ τροπὴν

XLII.

Propter inclinationem non item ſanguis exit, ſed pro humoris cognatione talia exſpuunt.

Olim exactius haec verba interpretati ſumus in tertio libri de humoribus commentario, ſed in praeſentia quoque ipſa brevius explanabimus. Quum ſanguis per aliquam partem exire ſolitus, ut per ſedem aut nares aut uterum aut per circuitum ex ventre aut fiſtula aut ex qualibet alia parte in alia membra impetum fecerit, non item per priorem locum evacuatur. Hoc autem eſt privatum exemplum ſanguinis in pectus et pulmonem decumbentis. Ex hoc enim loco ab aliis alius pro humorum cognatione exſpuitur, ſpumans quidem quum pituitoſus eſt; pallidus, quum bilioſus; niger, quum melancholicus, ſicut et ruber, quum ſanguis eo confluens purus eſt. Jure igitur quidam τ litteram praeponentes non ῥοπὴν, id eſt inclinationem, ſed τροπὴν, id eſt converſio-

Ed. Chart. IX. [471. 472.] Ed. Baſ. V. (490. 491.)

ἔγραψαν, διὰ τὴν τροπὴν τοῦ αἵματος ἀξιοῦντες πτύεσθαι τὸ συγγενὲς τῇ τροπῇ. τρέπεται γὰρ ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τὸ πικρόχολον, ἐνίοτε δ' ἐπὶ τὸ μελαγχολικόν.

μγ'.

[472] Ἔστιν οἷσιν αἷμα ἀφαιρεῖσθαι ἐν καιρῷ ἐπὶ τοῖσι τοιούτοισιν. ἐπ' ἄλλοισι δὲ ὥσπερ ἐπὶ τοιούτοισιν οὐκ εἰκός.

Συμφέρει, φησὶν, αἵματος ἀφαιρεῖσθαί τινας τούτων, εἷς δηλονότι πλέον ἐστὶ τοῦτο καὶ μηδέπω τροπὴν ἀξιόλογον (491) εἰς ἄλλον χυμὸν πεποιημένον, οὐκ ἀφαιρεῖσθαι δὲ οἷς ἤδη τέτραπται, προηγουμένου τοῦ κατὰ τὴν δύναμιν σκοποῦ, κἂν παραλείπηταί ποτε κατὰ τοὺς λόγους, ἐν οἷς τὰς ἀπὸ τῶν διαθέσεων μόνον ἐνδείξεις διερχόμεθα.

---

nem, ſcribunt, propter ſanguinis converſionem ſcilicet putantes ejus converſationi propinquum humorem exſpui: mutatur enim nonnunquam ad bilioſum, nonnunquam ad melancholicum.

XLIII.

Nonnunquam aliquibus ſanguinem detrahi convenit opportune in talibus. In aliis vero, ut in talibus non convenit.

Expedit, inquit, horum aliquibus ſanguinem detrahi, quibus ſcilicet is copioſus eſt et nondum inſigniter ad alterum humorem converſus. Non detrahendus eſt autem in quibus jam mutatus eſt, propoſito a viribus ſumto antecedente et ſi nonnunquam in ſermonibus omittatur, in quibus ſolas ab affectibus indicationes recenſemus.

Ed. Chart. IX. [472.] Ed. Baf. V. (491.)

μδ'.

Κώλυσις ἐπὶ τοῖσιν αἱματώδεα πτύουσιν, ὥρη, πλευρῖτις, χολή.

Καὶ ταύτην μὲν τὴν ῥῆσιν ἐφεξῆς ταῖς προγεγραμμέναις ἐν τοῖς τελευταίοις τοῦ περὶ χυμῶν ἄλλος ἄλλως καὶ γράφει καὶ ἐξηγεῖται. πασῶν μὲν οὖν τῶν γραφῶν καὶ τῶν ἐξηγήσεων ἀπιθάνων οὐσῶν, ἡ μετριωτέρως ἔχειν μοι δόξασα τῶν ἄλλων ἐστὶν ἡ μὲν γραφὴ κατὰ τὴν ἀντιλεγομένην δόξαν λέξιν, ἡ δ' ἐξήγησις, ἵνα τοῖς αἱματώδη πτύουσιν ἡ φλεβοτομία κωλύηται διὰ τὴν ὥραν ἀντιπράττουσαν ἢ διὰ τὸ πάθος ὂν πλευριτικὸν ἢ διὰ τὸν πλεονάζοντα χυμὸν ὄντα χολώδη. τὸ μὲν οὖν διὰ τὴν ὥραν εὔδηλον. ἐν γὰρ ταῖς πάνυ θερμαῖς ὥραις, οἷά πέρ ἐστιν ὑπὸ κύνα, φυλάττομεν φλεβοτομίαν, ὡσαύτως δὲ κἂν χολώδης ἱκανῶς ὁ ἄνθρωπος ᾖ. τὸ δ' ἐπὶ τῆς πλευρίτιδος δοκεῖ μάχεσθαι μόνον. οὐ γὰρ ἀντιπράττει φλεβοτομίᾳ τὸ πάθος, ἀλλὰ

XLIV.

Impedimentum in cruenta ſpuentibus tempus anni, phlegmone lateris, bilis.

Et hunc quidem aphoriſmum deinceps poſt anteſcriptos in fine libri de humoribus alius aliter et ſcribit et explanat. Quum omnes igitur et ſcripturae et explanationes veriſimiles non ſint, aliis tolerabilior mihi viſa eſt ſcriptura quidem non in propoſitis verbis expreſſa, explanatio vero haec: cruenta ſputa rejicientibus ſectio venae impeditur, propter anni tempus, adverſarium aut affectum lateris aut humorem biliоſum abundantem. Quod propter anni tempus clarum eſt: nam admodum calidis temporibus, qualia ſunt prope canis ortum, a venae ſolutione cavemus; nec non ſi valde biliоſus homo ſit. Verum quod de lateris morbo dictum eſt ſolum refragari videtur: neque enim ſecandae venae affectus iſte repugnat, imo in-

Ed. Chart. IX. [472.] Ed. Baſ. V. (491.)

δεῖται μὴ κωλυούσης τῆς δυνάμεως ἢ τῆς ὥρας ἢ τῆς ἡλικίας. ἔοικεν οὖν τοιοῦτόν τι τὸ λεγόμενον εἶναι τοὺς αἱματώδη πτύοντας φλεβοτομητέον ἐστὶ, πάντως ὅσον ἐπὶ τούτῳ, πλὴν εἰ μὴ διὰ πλευρῖτιν πτύειεν τοιαῦτα. τούτους γὰρ οὐ πάντως φλεβοτομήσεις, ὡς αἷμα πτύοντας, ἀλλὰ τοῖς ἰδίοις τῆς πλευρίτιδος ὑγιάσεις διορισμοῖς, καθ' οὓς ἤτοι φλεβοτομητέον ἐστὶ τοὺς οὕτω πάσχοντας ἢ μή. τοῦτο δέ μοι προσεπινοῆσαι συνέβη ἐξηγουμένῳ τὸ περὶ χυμῶν, ἐν τῷ μεταξὺ θεασαμένῳ τινὰ ἄῤῥωστον, ὃς ὡς αἱμοπτοϊκὸς ἐκάλεσέ με, πτύσας αἱματῶδες ἀπὸ πλευροῦ. θεασάμενος οὖν ἐγὼ τὸ πτυσθὲν ἠρόμην αὐτὸν εἴ τινα αἴσθησιν ὀδυνηρὰν ἔχει κατὰ τὴν πλευρὰν, ὁ δ' ὡμολόγησεν εἶναι μικράν. ἦν δ' οὕτως ἔχων καὶ τῆς ἕξεως καὶ τῆς δυνάμεως, ὡς εἰ μὲν ἐπτυκὼς ἦν αἷμα, διὰ τὸ κατεπείγειν τὸ τῆς φλεβοτομίας βοήθημα, τολμῆσαι παραλαβεῖν αὐτό. πλευρίτιδος δ' οὔσης ἐπιεικοῦς οὐκ ἀναγκαῖον

diget viribus non prohibentibus aut anni tempore aut aetate. Itaque quod dicitur, tale quiddam eſſe videtur. Sanguineum ſputum rejicientibus omnino, quantum ad hoc pertinet, ſecanda vena eſt, niſi propter lateris morbum tale rejiciant: iſti namque haud prorſus, ut ſanguinem ſpuentibus, venam aperies, ſed propriis lateris morbi regulis et conditionibus medicaberis, per quas ita affectis vel ſanguinem detrahemus vel non. Id vel mihi amplius animadvertere contigit, quum librum de humoribus explanarem. Inter explanandum enim quendam aegrotum intuitus ſum, qui me ut ſanguineo ſputo vexatus arceſſivit, ſed cruentum ob lateris affectum exſpuebat. Sputum igitur ego conſpicatus ipſum interrogavi, num aliquem dolorem in coſta ſentiret; ipſe vero exiguum ſe dolorem percipere faſſus eſt. Talis autem erat ejus habitus atque vires, ut ſi ſanguinem exſpuiſſet, quoniam neceſſarium eſſet ſecandae venae auxilium, ad ipſum accedere auſus eſſem; ſed quum morbus lateris mitis admodum ſoret,

Ed. Chart. IX. [472. 473.] Ed. Baſ. V. (490.)

εἶναι, διόπερ οὐδὲ παρέλαβεν αὐτὸ καὶ [473] σαφῶς ἐφάνη πλευριτικός τε ὁ ἄνθρωπος, ὑπακούσας τε τοῖς ἄλλοις τῆς πλευρίτιδος βοηθήμασιν ἄνευ τῆς φλεβοτομίας. καὶ γὰρ καὶ μετριώταται τυγχάνουσιν ἐφ' ὧν αἱματῶδες πτύεται. ἔνιοί γε μὴν τῶν ἐξηγητῶν τὸ κώλυσις ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς προγεγραμμένης ῥήσεως τάξαντες, ἀναγινώσκουσι τήνδε τὴν νῦν προκειμένην οὕτως. ἐπὶ τοῖσιν αἱματώδεα πτύουσιν, ὥρῃ, πλευρίτιδι, χολῇ, καί φασι τὴν ὥραν εἰρῆσθαι κατὰ τῶν ἐν καιρῷ καὶ προσηκόντως γινομένων. βούλεσθαι γὰρ αὐτὸν δηλοῦν ἐν ταῖς πλευρίτισιν, ὅταν ἐν ἀρχῇ πτύουσιν αἱματώδη. καὶ γὰρ καὶ συμβαίνει οὕτοι τοὐπίπαν ἐν καιρῷ γίνεσθαι μετὰ ταῦτα τὴν εἰς τὸ χολῶδες μεταβολήν. τάξιν γὰρ εἶναι καλῶς προϊούσης τῆς πλευρίτιδος, ἐπὶ τὴν κρίσιν ἐφεξῆς τοῖς αἱματώδεσι τὰ χολώδη πτύεσθαι. λέλεκται δὲ καὶ ἄλλα τοῖς ἐξηγησαμένοις τὴν λέξιν ταύτην οὐκ ἄξια μνήμης. ἐγὼ δ' αὖ εἰ

neceſſe non erat. Ideo neque id genus remedii adhibuimus, atque evidenter hominem hunc lateris morbo laborare cognovimus, quod et aliis huic morbo congruentibus remediis, citra venae ſectionem, levatus eſt: mitiſſimi enim illi ſunt lateris morbi, in quibus cruenta ſputa ejiciuntur. Porro quidam interpretes vocem illam, *impedimentum*, fini anteſcriptae ſententiae adjicientes, hanc modo propoſitam ita legunt, in cruenta ſpuentibus, tempore, morbo lateris, bile. Et ajunt, tempus de iis dictum eſſe, quae opportune et decenter fiant; ipſum enim velle ſignificare in lateris morbis, cum ſanguinea ſputa ab initio reddunt, etenim ſic plerumque contingit, poſt haec in bilioſam naturam mutationem in tempore fieri. Nam probum eſſe ordinem dicunt, morbo lateris ad judicationem tendente, poſt cruenta, bilioſa exſpui. Alia praeterea quaedam ab hujusce loci explanatoribus haud ſane memoratu digna narrata ſunt; verum ego malo,

Ed. Chart. IX. [473.] Ed. Bas. V. (490.)

παραινῶ, καθάπερ ἴστε, τὸ μὴ χρονίζειν ἐν ταῖς αἰνιγματώδεσιν, ἔχοντας ἄλλα πολλὰ κατὰ τὴν τέχνην, ἐν οἷς δυνάμεθα χρησίμως γυμνάζεσθαι.

ut jam noviſtis, in obſcuris ſermonibus tempus non terere, quum alia multa in arte habeamus, in quibus utiliter nos exercere poſſimus.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΣΤ. ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Δ. ΤΜΗΜΑ Δ.

Ed. Chart. IX. [474.] Ed. Baſ. V. (491.)

α'.

[474] Τὰ παρ' οὓς οἷσιν ἀμφὶ κρίσιν γινόμενα μὴ ἐκπυήσῃ, τουτέων λαπασσομένων ὑποστροφὴ γίνεται. κατὰ λόγον τῶν ὑποστροφέων τῆς ὑποστροφῆς γινομένης, αὖθις αἴρεται καὶ παραμένει, ὥσπερ αἱ τῶν πυρετῶν ὑποστροφαὶ ἐν ὁμοίῃ περιόδῳ. ἐπὶ τούτοισιν ἐλπὶς εἰς ἄρθρα ἀφίστασθαι.

HIPPOCRATIS EPIDEM. VI. ET GALENI IN ILLUM COMMENTARIUS IV. SECTIO IV.

1.

Quibus ſecundum aures judicationis tempore genita non ſuppuraverint, hoc inanito, reverſio fit, ſecundum rationem reverſionum. Reverſione facta iterum efferuntur et permanent, quemadmodum febrium reverſiones in ſimilem circuitum. In iſtis ſpes eſt in articulis abſcedere.

Ed. Chart. IX. [474. 475.] Ed. Baſ. V. (491.)

Τοὺς παρὰ τοῖς ὠσὶν ὄγκους παρὰ φύσιν ἐπὶ τῶν νοσούντων γινομένους εἴωθεν ὀνομάζειν ἐπάρματα, ἐνίοτε μὲν ὁλοκλήρῳ τῇ λέξει χρώμενος, ἐνίοτε δ' ἐλλιπεῖ, καθάπερ καὶ νῦν. ἦν γὰρ ἂν ὁλοκληρος εἰ οὕτως εἴρητο, τὰ παρ' οὓς ἐπάρματα γινόμενα τοῖς νοσοῦσιν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν εὐθέως ἐν ἀρχῇ τῆς πρώτης καταστάσεως ἔγραψεν· ἐπάρματα δὲ κατὰ τὰ ὦτα πολλοῖσιν ἑτερόῤῥοπα καὶ ἐξ ἀμφοτέρων [475] τοῖς πλείστοισιν ἀπύροισιν ὀρθοστάδην. ἴσμεν δ' ὅτι καθάπερ ἐπάρματα κατὰ τήνδε τὴν λέξιν εἴρηκεν, οὕτως οἰδήματα καλεῖ πολλάκις αὐτά. πάντας γὰρ ἐδείξαμεν ὑπ' αὐτοῦ καλουμένους οὕτω τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους, οὐχ ὡς οἱ μετ' αὐτὸν μόνους τοὺς χαύνους τε καὶ ἀνωδύνους, οἷς τοὐπίπαν ὑπάρχει κατὰ χωρὶς φλογώσεως συνίστασθαι. μεμνήμεθα δ' ὅτι καὶ τὰς φλογώσεις ἁπάσας ὀνομάζει φλεγμονὰς, κἂν χωρὶς ὄγκου παρὰ φύσιν εἶεν. οἵ γε μὴν μετ' αὐτὸν καὶ τὸ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα κατὰ τῶν παρὰ φύσιν ὀγκῶν ἐπι-

Secundum aures praeter naturam tumores in aegrotantibus exortos eparmata nominare conſuevit, interdum locutione integra utens, interdum mutila, quemadmodum et nunc: eſſet enim integer ſermo, ſi ita dixiſſet: ſecundum aures eparmata exorta aegrotantibus, quemadmodum ſane et in primo de morbis vulgaribus ſtatim initio primae conſtitutionis ſcripſit: Eparmata vero ſecundum aures multis in alterutram partem vergentia et ab utraque aure plurimis ſine febre munia ſua obeuntibus. Scimus autem ipſum, ſicut hoc loco eparmata dixit, ita et oedemata plerumque ea nominare. Declaravimus enim omnes praeter naturam tumores ita ab Hippocrate nominari, non, ut a poſterioribus, laxos et dolore carentes, qui in totum et ſine ulla inflammatione conſiſtunt. Meminimus autem et omnes inflammationes, etſi tumore praeter naturam careant, ab hoc eodem phlegmonas appellari, ſed ipſo poſteriores nomen phlegmones tumoribus praeter naturam attribuunt; quando cum inflammatione et reſi-

Ed. Chart. IX. [475.] Ed. Bas. V. (491.)

φέρουσιν, ἐπειδὰν μετὰ φλογώσεώς τε καὶ ἀντιτυπίας καὶ σφυγμώδους ὀδύνης συστῶσιν. ὅταν οὖν, φησὶν, ἐπὶ νοσήματός τινος ἐν τῷ τῆς κρίσεως χρόνῳ γινόμενα τὰ παρ' οὓς πρὶν ἐκπυήσῃ λαπάσσηται, τουτέστι προστέλληται καὶ ἀφανίζηται, προσδέχεσθαι χρὴ τοῖς πάσχουσιν οὕτως ὑποστροφὴν ἔσεσθαι. πολλάκις δ' ἤδη μεμαθήκατε τὸ ἔθος αὐτοῦ, τὴν κατὰ τὸ λαπάσσεσθαι φωνὴν ἐπὶ πάντα τὰ ὁπωσοῦν προστελλόμενα φέροντος, ἐπειδὴ κενώτερα γίνεται. συμβαίνειν οὖν φησιν ὑποστροφὴν τοῦ νοσήματος οἷς ἂν αἱ παρωτίδες μὴ ἐκπυήσωσι, καί ποτε καὶ αὐτάς. οὐ γὰρ δὴ διὰ παντός γε πάλιν ὑποστρέφειν αὐξάνεσθαί τε καὶ κρίνεσθαι κατὰ λόγον τῶν ὑποστροφῶν, ὅπερ ἐστὶν ὁμοίως αὐταῖς καὶ κατὰ τὰς αὐτὰς περιόδους τῶν ἡμερῶν. ἐλπὶς δὲ αὐτοῖς καὶ εἰς ἄρθρα τινὰς γενήσεσθαι ἀποστάσεις. εἴρηται γὰρ πολλάκις ἐπὶ τῶν χρονιζόντων νοσημάτων τοῦτο συμβαίνειν. ἐξηγησάμεθα δὲ τὴν ῥῆσιν τήνδε κἀν τῷ τρίτῳ τῷ εἰς τὰ περὶ χυμῶν ὑπομνήματι γεγραμμένην ἐπὶ τοῦ τέλους τοῦ βιβλίου. ἐπεὶ δὲ προειπὼν τὰ παρ' οὓς ἐπή-

ſtentia et pulſatorio dolore conſtiterint. Inquit igitur, quum in morbo aliquo judicationis tempore tumores ſecundum aurem exorti, priusquam ſuppurent, inanientur, id eſt retrahantur et evaneſcant, exſpectare oportet ita affectus recidivam fore. Olim vero ipſius conſuetudinem ſaepius didiciſtis, hanc vocem λαπάσσεσθαι, id eſt evacuari, ad omnia quae utcunque retrahuntur, applicantis, quandoquidem iſta magis vacua redduntur. Accidere itaque illis dicit morbi reverſionem, quibus parotides non ſuppuraverint; atque interdum ipſas, neque enim ſemper, denuo reverti, augeſcere ac judicari, ſecundum reverſionum rationem; quod idem eſt ac ſi dixiſſet, perinde ut ipſae et ſecundum eosdem dierum circuitus. Spes eſt autem et ipſis in articulis aliquos eſſe orituros abſceſſus: nam ſaepius in longis morbis id evenire dictum eſt. Verum hunc aphoriſmum etiam in tertio commentario in librum de humoribus ad finem declaravimus. Sed quum praedixerit, ſecundum aurem, atque ſubintulerit, hoc in-

Ed. Chart. IX. [475.] Ed. Baſ. V. (491.)

νεγκε, τούτου λαπασσαμένου, διὰ τοῦτο δοκεῖ μοι Διοσκορίδης προσθεὶς τὴν ἐκ πρόθεσιν ἔγραψεν ἐκ τούτου λαπασσομένου, καὶ φησι χρῆναι προσυπακοῦσαι τοῦ χρόνου ἢ ἀντὶ τοῦ μετὰ ταῦτα τὸ ἐκ τούτου λέλιχθαι. εἰ δ' ὅλως ἔξει τις ὑπαλλάττειν τὰς παλαιὰς γραφὰς, ἐνῆν αὐτῷ τὸ τούτου μεταποιήσαντι ταῦτα ἀπηλλάχθαι πραγμάτων.

β'.

Οὖρον παχὺ, λευκὸν, οἷον τὸ τοῦ Ἀρχιγένους, ἐπὶ τοῖσι κοπιώδεσι τεταρταίοις ἔστιν ὅτι ἔρχεται καὶ ῥύεται τῆς ἀποστάσιος. ἦν δὲ πρὸς τούτῳ καὶ αἱμορραγήσῃ ἀπὸ ῥινῶν ἱκανῶς καὶ πάνυ.

Εἰ μὲν τῷ τοῦ Ἀρχιγένους εἴη γεγραμμένον, ὑπακούσομεν ἤτοι οἰκέτῃ ἢ φίλῳ ἢ οἰκείῳ· ἐὰν δὲ, τῇ τοῦ Ἀρχιγένους, ἤτοι δούλῃ ἢ γυναικὶ ἢ καθ' ὁντινα τρόπον οἰκείᾳ. παρῃτησάμην δὲ μεμνῆσθαι τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς

II.

Urina craſſa, alba, qualis Archigenis, in laborioſis quartanis interdum exit et liberat abſceſſu. Si vero ultra hoc et ſanguis de naribus profluet ſatis et copioſe.

Siquidem cum articulo ſcriptum eſſet τῷ Archigenis, ſubintelligeremus aut ſervo aut amico aut familiari; ſi vero τῇ aut ſervae aut uxori aut quomodolibet domeſticae. Sed diverſas lectiones afferre negamus, cum eadem

anitio, idcirco videtur mihi Dioſcorides praepoſitione, *ex*, adjecta, ſcripſiſſe, ex hoc inanito, et inquit, oportere ſubintelligi, tempore aut loco hujus, poſt haec, *ex*, hoc dictum eſſe. At ſi cui veteres ſcripturas immutare liceat, ipſi liceat eam vocem, *hoc*, in iſtam, *haec*, vertenti, a moleſtiis liberari.

Ed. Chart. IX. [475. 476.] Ed. Baf. V. (491. 492.)

διαφωνίας, ὅ- (492) ταν ἡ αὐτὴ φυλάττεται διάνοια, καὶ νῦν αὖθις ἀναμεμνήσθω τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα καὶ μέντοι καὶ ὅτι κοπιώδεις ὀνομάζει πυρετοὺς οὐ πάντως ἐκείνους ὧν προηγήσατο συχνὴ κίνησις, ἀλλὰ πάντας ὅσοις ἂν ᾖ κοπιώδης αἴσθησις. αὐτὸς γοῦν ἐν ἀφορισμοῖς ἔγραψε, κόποι αὐτόματοι φράζουσι νούσους. καὶ νῦν γε μᾶλλον ἡγητέον αὐτῷ περὶ τῶν οὕτω κοπιωδῶν εἶναι τὸν λόγον ἐπὶ πλήθει παχέων τε καὶ φαύλων χυμῶν ὡς τὸ πολὺ γινομένων, διὸ καὶ δι' οὖρων ἐκκενωθέντων αὐτῶν ἡ νόσος παύεται. πιστοτέρα δ' ἡ λύσις [476] γίνεται, τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς κενώσεως ἐν ἡμέρᾳ κρισίμῳ λαβούσης. ὅσοι δ' οὔτε δι' οὔρων οὔτε δι' αἱμορῤῥαγίας ἐκρίθησαν, εἰς ἀπόσκημμα τούτοις ἡ νόσος εἴωθε τελευτᾶν.

γ'.

Ὡι τὸ ἔντερον ἐπὶ δεξιὰ, ἀρθριτικὸς ἐγένετο, ἦν ἡσυχώτερος. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἰητρεύθη, ἐπιπονώτερος.

ſententia ſervetur, et nunc iterum id pro dicendis in poſterum memoriae mandetur. Quod laborioſas autem febres nominet, non illas in totum, quas multa motio antegreſſa eſt, ſed omnes eas, in quibus aliquid laboris ſeu laſſitudinis ſenſus exiſtit. Porro ipſe in aphoriſmis ſcripſit, laſſitudines ſpontaneae nuntiant morbos. Et nunc ſane arbitrandum potius eſt ipſi de ita laborioſis eſſe ſermonem, ex multitudine craſſorum vitioſorumque ſuccorum multoties excitatis; quapropter ipſis per urinam evacuatis morbus finitur. Securior autem morbi ſolutio eſt, ſi evacuatio die judicatorio coepta ſit. Sed quicunque neque per urinam, neque per ſanguinis effuſionem judicati ſunt, iſtorum morbus in abſceſſum deſinere conſuevit.

III.

Cui inteſtinum a dextra parte, quum articulorum morbo laboraret, erat quietior. Poſtquam vero id curatum fuit, erat dolentior.

Ed. Chart. IX. [476.] Ed. Baſ. V. (492.)

Διττὴ καὶνταῦθά ἐστιν ἡ γραφὴ τὴν διάνοιαν ὑπαλλάττουσα, παλαιοτέρα μὲν ἡ μετὰ τοῦ ν κατὰ τὴν πρώτην συλλαβὴν τοῦ ἔντερον ὀνόματος. ὕστερον δὲ προστεθεῖσα ἡ ἄνευ τοῦ ν βουλομένων τῶν οὕτω γραψάντων, ἐπὶ τῶν παρ' οὓς συνισταμένων εἰρῆσθαι τὸ ἕτερον, ὥσπερ γε πάλιν τῶν τὸ ἔντερον ἤτοι γ' ἐπὶ τῶν ἀλγησάντων τὸ ἔντερον ἢ καὶπὶ τῶν τεινομένων τὸ ἔντερον. ἔντερον δ' εἰρῆσθαι ἑνικῶς, ἔνιοι μὲν τὸ κῶλον ἐνόμισαν, ἔνιοι δὲ τὸ τυφλόν. ὃ δὴ καὶ ῥᾷον ὀλισθαίνει εἰς τὸν ὄσχεον ὡς ἂν ἀπολελυμένον. ὅτι μὲν οὖν ἀπολέλυται τοῦτο μόνον τὸ ἔντερον, ἁπάντων τῶν ἄλλων ὑπὸ τοῦ μεσεντερίου δεδεγμένων τε καὶ συνεχομένων, ἀληθεύουσιν. εἰ δὲ διὰ τοῦτο κατενεχθὲν εἰς τὸ ὄσχεον ὁ ἀρθριτικὸς ἐῤῥαστώνησεν, εἶτ' αὖθις αὐτοῦ θεραπευθέντος ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐγένετο μαντείας δεῖται. πιθανώτερον γοῦν ἐστιν ἐπὶ τοῦ τὸ κῶλον ἀλγήσαντος εἰρῆσθαι τὸν λόγον. εἰκὸς γὰρ ἦν κουφισθῆναι τῶν ἀρθριτικῶν ἀλγημάτων αὐτόν.

Duplex et hoc loco lectio eſt ſententiam permutans, antiquior ſane cum littera n in prima ſyllaba hujus nominis, *enteron*, id eſt inteſtinum; poſtea altera lectio detracto n addita fuit, ut ſit *eteron*, hoc eſt alterum, volentibus illis qui item ſcribunt de tumoribus ſecundum aurem excitatis, hanc vocem *alterum* dictam eſſe: quemadmodum rurſum ſcribentes, inteſtinum, de dolentibus ex inteſtino aut diſtentione inteſtini laborantibus dictum eſſe affirmant. Inteſtinum vero ſingulari numero prolatum nonnulli *colon*, quod vocatur, eſſe arbitrantur; alii vero coecum, quod ſane etiam facile cum omni vinculo ſolutum ſit, deſcendit in ſcrotum: nempe ſolum hoc inteſtinum ſolutum eſſe, quum reliqua omnia lactibus alligentur atque inhaereant, veriſimile dicunt. An vero propter ipſum in ſcrotum delapſum articulorum morbo laborans ſublevatus ſit, deinde rurſum ipſo ad ſanitatem reverſo in eadem mala inciderit, hariolari convenit. Veriſimilius igitur eſt de inteſtini coli dolore ſermonem in praeſentia fieri. Par enim fuit ipſum articulorum dolore

Ed. Chart. IX. [476.] Ed. Baſ. V. (492.)

ἑνὶ μὲν λόγῳ καθ' ὃν αὐτὸς ἔφη πόνων ἅμα γινομένων, μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον. ἑτέρῳ δ' ὅτι τῶν εἰς ἄρθρα ῥεόντων χυμῶν, ἐπὶ τὸ κῶλον ἐγένετο μετάστασις. ἔνιοι δὲ τῶν ἐξηγητῶν τὸν ἀρθριτικὸν τοῦτον ἰσχιαδικὸν εἶναί φασι καὶ διὰ τοῦτο κατελθόντος τοῦ τυφλοῦ ἐντέρου ῥᾳστωνῆσαι, μηκέτι θλιβομένου τε καὶ βαρυνομένου τοῦ ἰσχίου, παρὰ τὸ τῶν Ἑλλήνων ἔθος ὀνομάζειν βουλομένοι τὸν ἰσχιαδικὸν ἀρθριτικόν. ἄχρι μὲν οὖν αἱ δεῦρο ῥήσεις ἅπασαι καὶν τῷ περὶ χυμῶν, ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ βιβλίου γεγραμμέναι εἰσί. μεταβήσομαι δ' ἤδη πρὸς τὰς ἐν μόνῳ τῷ προκειμένῳ πράγματι ἐγκειμένας.

δ'.

Ἡ Ἀγήσιος, κόρη μὲν ἐοῦσα, πυκνοπνεύματος ἦν. γυνὴ δὲ γενομένη, ἐκ τόκου οὐ πάλαι ἐπίπονος ἐοῦσα οὐ πάνυ

levatum eſſe, una quidem quam ipſe dixit, ratione, doloribus una non eodem loco exiſtentibus, vehementior alterum obſcurat. Secunda ratio eſt quod humorum in articulos currentium ad colon inteſtinum impetus converſus eſt. Nonnulli autem interpretes hunc articulari morbo vexatum, coxendicis dolore tentatum fuiſſe ajunt, atque ideo delapſo caeco inteſtino, mitius egiſſe, non praeterea coxendice oppreſſa atque gravata, praeter Graecorum morem, iſchiadicum, id eſt coxendicis vitio affectum arthriticum, id eſt articulorum dolore vexatum, nominare volentes. Hactenus quidem omnes hae libri hujus particulae et in calce libri de humoribus ſcriptae ſunt. Jam itaque ad eas, quae in hoc ſolo propoſito volumine inveniuntur, tranſitum faciam.

IV.

Ageſis filia virgo quidem quum eſſet, crebro erat ſpirito. Mulier vero facta a partu dolens, non valde diu onus

Ed. Chart. IX. [476. 477.] Ed. Baſ. V. (492.)

ἐπὶ πλέον ἦρον ἄχθος μέγα, αὐτίκα μὲν ἐδόκεε ψοφῆσαί τι κατὰ τὸ στῆθος, τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἄσθματα εἶχε καὶ ἤλγεεν ἰσχίον τὸ δεξιόν. ὁκότε τοῦτο πονέοι, τότε καὶ τὸ ἆσθμα εἶχε, παυσαμένου δὲ ἐπαύσατο, ἔπτυσεν ἀφρώδεα. ἀρχομένη δὲ ἀνθηρά. κατασταθὲν δὲ ἐμέσματι χολώδει ἐῴκει λεπτῷ, οἱ πόνοι δὲ μάλιστα ὁκότε πονοίη τῇ χειρί.

---

[477] Πνεῦμα τὴν ἀναπνοὴν ὀνομάζοντος αὐτοῦ πολλάκις ἠκούσαμεν, ὥστε καὶ τὴν πυκνοπνεύματον ἡγητέον εἰρῆσθαι τὴν πυκνὸν ἀναπνέουσαν. οἷς δ' ἂν ἱκανῶς αὐξηθῇ τὸ τοιοῦτο τῆς δυσπνοίας εἶδος, ἆσθμα καὶ ὀρθόπνοια τὸ πάθος ὀνομάζεται, χωρὶς πυρετοῦ δηλονότι γενόμενον, ἤτοι παχέων καὶ γλίσχρων χυμῶν καταλαμβανόντων τὰς ὁδοὺς τοῦ πνεύματος ἢ τινος ἀπέπτου φύματος ἐν τῷ πνεύμονι συστάντος. οὖσα δὲ καὶ πρόσθεν αὐτὴ δύσπνους, ἐπίπονος ἐγένετο μετὰ τὸν τόκον. εἰ μὲν οὖν μηδὲν εἰρηκὼς

grave ſuſtulit. Protinus quidem in pectore quiddam concrepuiſſe viſum fuit. Poſtero autem die aſthmate laboravit et dextra coxendix indoluit. Haec quum doleret, tunc et aſthmate vexabatur. Dolore ſedato, tunc et aſthma ſedabatur. Spumantia excrevit, ab initio florida, quae quum quieviſſent, vomitui biliioſo tenui ſimilia erant. Dolores autem praecipue, quum manu laboraret.

Ipſum plerumque ſpiritum, reſpirationem vocantem audivimus; quare et feminam crebro ſpiritu, quae crebro ſpiraret, dictam eſſe putandum eſt. Sed quibuscunque admodum increbuerit haec difficilis ſpirationis ſpecies, aſthma et orthopnoea, affectus iſte a Graecis nominatur: quando videlicet ſine febre conſtiterit aut craſſis et lentis humoribus ſpiritus itinera obſidentibus aut aliquo crudo tuberculo in pulmonibus excitato. Haec cum et antea aegre ſpiraret, a partu dolorem paſſa eſt. Porro ſi nihil

Ed. Chart. IX. [477.] Ed. Baſ. V. (492.)

περὶ τῆς δυσπνοίας, ἐπίπονον ἔφησεν αὐτὴν γεγονέναι, πιθανὸν ἂν ἦν ἀκοῦσαι τῷ παντὶ σώματι κοπώδη σχεῖν αἴσθησιν τὴν γυναῖκα ταύτην. ἐπεὶ δὲ πυκνοπνεύματον αὐτὴν εἶπεν εἶναι, προσηκόντως ἄν τις ἀκούσειεν ἐπὶ τοῦ θώρακος εἰρῆσθαι τὸν πόνον. γεγονέναι. μειρίου δ' ὄντος αὐτοῦ συνέβη τι καὶ ἄλλο σύμπτωμα τοιόνδε. βάρος τι διὰ τῶν χειρῶν ἀραμένη παραχρῆμα μὲν ἤσθετό τινος ἐν τῷ στήθει ψόφου, ῥαγέντος ὡς εἰκὸς τοῦ φύματος, τῇ δ' ὑστεραίᾳ διαδοθέντος ἕως τῆς τραχείας ἀρτηρίας, τοῦ περιεχομένου κατὰ τὸ φῦμα χυμοῦ, τήν τε τοῦ πνεύματος πυκνότητα ἐπισταθῆναι συνέβη καὶ μηκέθ' ἁπλῶς εἶναι πυκνόπνοιαν, ἀλλ' ἤδη τὸ καλούμενον ἆσθμα. κατὰ βραχὺ δ' ἀναπτυσθέντος τούτου, τελέως ἐπαύσατο τῇ γυναικὶ ταύτῃ τὰ τὰς δυσπνοίας. ἄχρι μὲν δὴ τούτου ζήτημ' οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' εὐλόγως ἅπαντα γέγονε. διὰ τί δὲ συνεπετάθη τε καὶ συνερρώστωσε τοῖς κατὰ θώρακα τὸ ἰσχίον εἰκό-

de ſpirandi difficultate locutus ipſam dolentem evaſiſſe dixiſſet, veriſimile eſſet ipſum velle, in toto corpore mulierem hanc laſſitudinis ſenſu affectam eſſe; cum vero ipſam crebro eſſe ſpiritu dixiſſet, jure quispiam, dolorem in pectore excitatum eſſe, ab ipſo dictum eſſe opinetur, qui cum modicus eſſet et aliud quoddam ejusmodi ſymptoma accidit: cum videlicet grave quoddam manibus tolleret, protinus quidem in pectore quendam ſtrepitum ſenſit, derupto, ut par erat, tuberculo. Sed poſtero die ſucco in tuberculo antea incluſo ad arteriam uſque aſperam diſſipato et ſpirationis frequentiam increviſſe accidit; neque adhuc ſimpliciter crebrum eſſe ſpiritum, ſed in illum jam affectum evaſiſſe, quod aſthma appellatur: paulatim vero humore hoc excreato, mulier iſta perfecte a ſpirandi difficultate libera fuit. Hactenus nihil in dubium vertitur, ſed omnia juſta de cauſa facta ſunt. Ceterum, propter quid affectus pectoris et coxendicis una exacerbabantur et miteſcebant, haud injuria quispiam quaeſiverit,

Ed. Chart. IX. [477.] Ed. Baſ. V. (492.)

τως ἂν τις ζητήσειεν, οὐκ οὔσης τινὸς κοινωνίας ἰσχίῳ πρὸς θώρακα, καθάπερ ἐστὶ τοῖς γεννικοῖς μορίοις. ἴσως οὖν ἀσθενέστερον ἔχουσα τὸ ἰσχίον ἤλγησε, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀφικομένων τινῶν χυμῶν εἰς αὐτὸ περιττῶν. οὐ γὰρ ἀναφαίνεται τοῖς κοινωνίαν ἔχουσι φυσικὴν μορίοις ἡ συμπάθεια γινομένη, φθασάντων ἐνίοτε δέξασθαι τῶν ἀσθενῶν τὴν περιουσίαν, τῶν λυπούντων χυμῶν φύσιν ἐνδεικνυμένη. τὰ μὲν γὰρ ἀφρώδη φλεγματικὸν εἶναι δηλοῖ τὸν χυμὸν, τὰ δὲ ἀνθηρὰ τὸ αἷμα πλεονάζειν, ὥσπερ γε τὰ ὠχρὰ τὴν ὠχρὰν καὶ ξανθὴν ὀνομαζομένην χολὴν, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ μέλανα τὴν μέλαιναν. λέλεκται δ' ἤδη πολλάκις ὡς ὅταν ἁπλῶς εἴπῃ χολώδη, τὴν ὠχράν τε καὶ ξάνθην ὀνομαζομένην σημαίνει χολὴν, ἢ πλέον τῶν ἄλλων χολῶν τὴν χρόαν προσγράφει. καὶ γὰρ ἰώδης ἐμεῖται χολὴ καὶ ὑπέρυθρος καὶ μέλαινα καὶ ὀρφνώδης. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ῥήσεως προσγεγραμμένον ὡς ἐπόνει μᾶλλον ἐν ταῖς τῆς χειρὸς ἐνεργείαις, πρὸς ἔνδειξιν τῆς συμ-

cum nulla pectori cum coxendice, quemadmodum cum genitalibus membris, affinitas intercedat. Fortaſſe igitur imbecilliorem coxendicem habens dolore affecta eſt, nonnullis ſupervacuis humoribus eodem tempore in ipſam delapſis. Neque enim in membris naturalem ſocietatem habentibus hic vitii conſenſus factus fuiſſe apparet, nonnunquam imbecillioribus membris vexantium humorum copiam ſuſcipere prius feſtinantibus. Sputi autem rejecti qualitas humoris infeſtantis naturam indicat: ſpumans enim ſputum pituitoſum ſuccum ſignificat; floridum vero ſanguinem abundare: quemadmodum pallidum pallidam ac flavam vocatam bilem, eodem modo et nigrum nigram. Multoties vero ſupra dictum eſt, cum ſimpliciter Hippocrates bilem dicit, pallidam et flavam vocatam ſignificare, quoniam plus quam alia bilis genera colore ſuo inficiat: etenim aeruginoſa bilis vomitur et ſubrubra et atra et obſcura. At quod in extrema hac parte ſcriptum eſt, ipſum, cum manuum opera uteretur, magis dolere, ad vitii conſen-

Ed. Chart. IX. [477. 478.] Ed. Baſ. V. (492.)

παθείας εἴρηται. ἀκηκόατε δ' ἤδη καὶ κατ' ἄλλον λόγον, ὁπότε τὰ τοῦ θώρακος ἄνω πάσχοι, κατὰ τὸ πρῶτόν τε καὶ δεύτερον μεσοπλεύριον, εὐλόγως τὰς χεῖρας εἰς συμπάθειαν ἔρχεσθαι νεύρων εἰς αὐτὰς ἀφικνουμένων ἐκ τούτων τῶν μεσοπλευρίων. εἰκὸς δέ ἐστι καὶ ῥαγῆναι κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ θώρακος, ἡνίκα τὸ ἄχθος ἀνηρεῖτο καὶ διὰ τοῦτο κατ' εὐθυωρίαν ἰσχίον παθεῖν τὸ δεξιόν. καὶ εἴπερ τῷ γενομένῳ πάθει τῶν νεύρων, ἐν τῷ βάρος ἆραι τὴν γυναῖκα, συνέπαθεν ὁ θώραξ τῇ χειρὶ, πιθανόν ἐστι κατ' ἐκεῖνα μάλιστα τὰ μέρη [478] παθεῖν αὐτὸν ὅθεν ἡ τῶν νεύρων ἐστὶν ἔκφυσις ἐπὶ τὰς χεῖρας.

ε'.

Ταύτην εἴργεσθαι σκορόδου, χοίρου, ὄϊος, βοός. ἐν δὲ τοῖσι πνευμένοισι βοῆς, ὀξυθυμίης.

Διάφοροι καὶ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν αἱ γραφαὶ γεγόνασιν, ἐνίων μὲν γραψάντων ἐν ἀρχῇ κατὰ δοτικὴν πτῶσιν

ſum oſtendendum adjectum fuit. Jam vero et in alio ſermone audiviſtis, cum pectoris partes ſuperiores circa primum et ſecundum coſtarum interſtitium patiantur, merito manus in conſenſum affectus adduci, nervis ab his ipſis interſtitiis ad eos pervenientibus. Veriſimile quoque eſt et in dextra pectoris parte, quando grave illud onus ſublatum fuit, aliquid ruptum fuiſſe et idcirco e regione dextram coxendicem affectam eſſe. Quod ſi, cum mulier onus tolleret, nervis paſſis, pectus manus noxam participavit, veriſimile eſt in ea maxime parte ipſum fuiſſe affectum, unde nervi ad manus pertinentes expullulant.

V.

Hanc abſtineri ab allio, ſue, ove, bove. In agendis vero a clamore et excandeſcentia.

Diverſae et in hac parte lectiones fuerunt, nonnullis primam dictionem in dativo caſu ſcribentibus, *huic*,

Ed. Chart. IX. [478.] Ed. Baſ. V. (492. 493.)

τὸ ταυτῃ καὶ ποιησαντων τὴν γραφὴν τοιάνδε. ταύτῃ εἴργεσθαι χοίρου, σκορόδου, ὄϊος, βοός. ἐνίων δὲ χωρὶς τοῦ ταύτην, ἀρ- (493) ξαμένων δ' ἀπὸ τοῦ εἴργάσθαι. ὑπακούειν δ' ἀξιοῦσιν ἅπαντες τὸ ἔδοξεν ἡμῖν τοῖς ἰωμένοις αὐτὴν ἢ συνεβουλεύσαμεν αὐτῇ συμφέρειν ὁτιοῦν τοιοῦτον καὶ διὰ τοῦτο περὶ τῆς γραφῆς οὐ προσήκει σπουδάζειν, ἀλλ' ὅπερ ἄν τις ἐθέλῃ, γράφειν ἐπιτρέπειν, ἐπειδὴ τὰ τῆς διανοίας φυλάττεται κοινά. ἐάσαντες οὖν τὴν ἐν λέξει λεπτολογίαν, ἐπὶ τὰ διδασκόμενα πράγματα μεταβαίνοντες τοιαῦτα τῇ προειρημένῃ γυναικὶ καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ δηλονότι τοῖς οὕτω διακειμένοις συμφέρει χοιρείων τε κρεῶν ἐδωδῆς καὶ βοείων καὶ προβατείων ἀπέχεσθαι, τούτων μὲν ὡς ἰσχυρῶν τε καὶ δυσπέπτων, σκορόδου δὲ ὡς δριμέος τε καὶ διαβρωτικοῦ, βοῆς δὲ, ὡς οὐ μόνον τὰ προερρωγότα τῶν ἀγγείων ἐπιῤῥίπτειν δυναμένης, ἀλλὰ καὶ τὰ μήπω πρότερον πεπονθότα τοῖς ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις ἀδικεῖν, τάσιν τέ τινα καὶ θερμασίαν καὶ πνευμάτωσιν ἐν αὐτοῖς ἐργαζομένης. δῆλον δ' ὅτι ταῦτα μὲν ὡς παραδείγματα εἰ-

atque ita legentibus, huic abſtineri allio, ſue, ove, bove; nonnullis dimiſſa voce, *hanc*, a verbo abſtineri incipientibus. Omnes vero ſubintelligendum eſſe cenſent, Viſum fuit nobis ipſam medicantibus, vel conſuluimus ipſi utrum quodque iſtorum conduceret. Atque ideo de varia lectione laborandum non eſt, ſed cuique quod placet ſcribere permittendum, dummodo eadem ſententia retineatur. Poſthabita igitur de verbis curioſitate, ad res quae percipiuntur tranſeamus. Haec ſane praedictae mulieri et aliis ſcilicet perinde affectis expediunt, ab allii et ſuillarum bubularum ovillarumque carnium eſu abſtinere, harum quidem ut valentium et aegre coctilium, alii vero ut acris et corrodentis; a clamore autem, utpote qui non ſolum prius rupta vaſa amplius dilacerare, ſed etiam nihil dum mali in inſtrumentis ſpirabilibus paſſa dirumpere poſſit, tenſionem quandam, caliditatem et inflationem in ipſis efficiens. Manifeſtum eſt autem haec ab

Ed. Chart. IX. [478.] Ed. Baſ. V. (493.)

ρηται τῷ Ἱπποκράτει, συμβουλεύει δ' ἀπέχεσθαι πάντων μὲν τῶν δυσπέπτων, πάντων δὲ τῶν δριμέων, ἁπάντων δὲ τῶν κακοχύμων καὶ προσέτι τῶν βιαίαν τινὰ τάσιν ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις ἐργαζομένων.

στ'.

Ὠι ἐν τῇ κεφαλῇ ἐνέμετο ἔπαρμα, πρῶτος ἡ στυπτηρίη ἡ κεκαυμένη ἐνήρμοσεν, εἶχεν ἄλλην πρώτην ἀπόστασιν, ἴσως ὅτι ὀστέον ἔμελλεν ἀποστήσεσθαι, ἀπέστη ἑξηκοσταῖον, ὑπὲρ τοῦ ὠτὸς ἄνω πρὸς κορυφὴν τὸ πρᾶγμα ἦν.

Ἕνια τῶν οὕτως γεγραμμένων ἴσως μὲν αὐτῷ τῷ γράψαντι πρὸς ἀνάμνησιν ἦν ὠφέλιμα. τοῖς δ' ἐντυγχάνουσιν ἡμῖν οὐ πάνυ σαφὴς ἐστιν ἡ ἐξ αὐτῶν ὠφέλεια. διηγεῖται γάρ τινος ἐν τῇ κεφαλῇ νομιῶδες ἕλκος ὠφελεῖσθαι τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς κεκαυμένης στυπτηρίας. εἶναι μέντοι αὐτῷ καὶ κατ' ἄλλον τινὰ τόπον ἀπόστασιν, ἔνθα καὶ ὀστοῦν ὕστερον ἀπέστη. προσγέγραπται δὲ καὶ τὸ πεπονθὸς μέρος

Hippocrate exemplorum inſtar dicta eſſe. Conſulit autem ab omnibus difficulter coctilibus, ab omnibus acribus, ab omnibus pravum humorem creantibus, ab omnibus praeterea violentam quandam tenſionem inſtrumentis ſpirationis inferentibus abſtinere.

VI.

Cui in capite depaſcebatur tumor, primo alumen combuſtum utile fuit. Habuit alium priorem abſceſſum, forte quoniam os abſceſſurum erat. Sexageſimo die receſſit. Supra aurem in ſummo ad verticem vulnus erat.

Nonnulla ex ita ſcriptis forſan ipſi ſcriptori ad reminiſcentiam faciebant, ſed nobis in haec incidentibus haud ſatis evidens ex ipſis fructus percipitur. Narrat enim cujusdam in capite excedens ulcus primo a combuſto alumine ad melius fuiſſe redactum et illi eidem alia in parte abſceſſum fuiſſe, ubi et os poſtea ſejunctum fuit. Ad-

Ed. Chart. IX. [478. 479.] Ed. Baſ. V. (493.)

τῆς κεφαλῆς, ἀλλ' οὕτω σπάνιον τὸ πρᾶγμα καὶ συμβουλὴν οὐδεμίαν ἔγραψε, μόνα τὰ γινόμενα διηγησάμενος.

ζ'.

Τὰ κῶλα ἔχει οἷα κυνὸς, μείζω δὲ ἤρτηται ἐκ τῶν μεσοκώλων. ταῦτα δὲ ἐκ νεύρων ἀπὸ τῆς ῥάχιος ἐπὶ τὴν γαστέρα.

[479] Εὔδηλον ὅτι καὶ ταῦτα ἔγραψεν εἰς ἀνάμνησιν ἑαυτῷ, τῶν ἀνατομικῶν ὄντα θεωρημάτων. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ὁμοίαν ἔχει κυνὶ τὴν τῶν κώλων φύσιν, ἀλλὰ καὶ μείζω φησὶν εἶναι αὐτὰ καὶ ἠρτῆσθαι ἐκ τῶν μεσοκώλων ὡς εἰ τὴν μεσεντερίων εἰρήκει, γενικώτερον μὲν γὰρ ὄνομα τὸ τῶν μεσεντερίων ἐστὶν, εἰδικώτερον δὲ τὸ τῶν μεσοκώλων. τοιοῦτον δὲ ἄλλο περὶ τῶν κατὰ τὴν νῆσιν ἐντέρων ἢ τῶν ἄλλων λεπτῶν οὐκ ἔστιν ὄνομα. μεσονήστιον γὰρ ἤ τι τοιοῦτον οὐδεὶς εἴρηκεν. ἔστι μὲν οὖν συνεχῆ τὰ μεσεντέρια τά τε τῶν λεπτῶν καὶ τῶν παχέων· ὅμως δὲ περι-

ſcripta eſt etiam capitis affecta pars. Sed rem uſque adeo raram et nullum praeceptum ſcripſit, nuda ea quae evenerunt perſequutus.

VII.

Cola habet cani ſimilia, majora autem ex meſocolis ſuſpenſa ſunt. Haec vero ex nervis a dorſo in ventrem.

In aperto eſt et haec ipſum ſibi remineſcentiae cauſa ſcripſiſſe, quae ad diſſecandorum corporum praecepta pertinent. Homo enim ſimilem cani habet colorum naturam, ſed ipſa et majora eſſe dicit et ex meſocolis dependere, veluti ſi ex meſenteriis dixiſſet; communius eſt enim hoc nomen meſenteriorum, preſſius autem meſocolorum. Tale vero aliud de jejuno inteſtino aut aliis gracilibus nomen non reperitur; nam meſoneſtion, id eſt mediojejunium aut id genus aliud nemo unquam dixit. Continua quidem meſenteria ſunt tenuium atque craſſorum inteſtinorum,

Ed. Chart. IX. [479.] Ed. Baſ. V. (493.)

γραφάς τινας ἰδίας ἔχειν φαίνεται καὶ χωρίζεσθαι μάλισια κατὰ τὰς ἐν αὐτοῖς φλέβας. ἰδίᾳ μὲν γὰρ μία φλὲψ εἰς τὸ τῶν λεπτῶν ἐντέρων μεσεντέριον, ἰδίᾳ δὲ εἰς τὸ τῶν παχέων, ἃ δὴ κῶλα προσαγορεύουσι, κατασχίζεται, συγκατασχιζομένης ἑκατέρᾳ τῇ φλεβὶ δηλονότι καὶ ἀρτηρίης. τὸ δ' ἄρτημα τοῦ μεσεντερίου, καθάπερ καὶ τὸ τοῦ μεσοκώλου, συνεχὲς γὰρ ὅλον ὂν, ὡς ἔφην, εἰς ἕνα τινὰ τῶν κατὰ τὴν ὀσφὺν ἀνήκει σπονδύλων μετὰ τὸ διάφραγμα κείμενον. ὑπόκειται δ' οὗτος τῇ γαστρὶ, τότε μὲν ἄρτημα τοῦτο πᾶν ὁμοιότατόν ἐστι νεύρῳ, καίτοι σύνδεσμος ὢν τὴν οὐσίαν. ὅσα γὰρ ἐξ ὀστῶν πέφυκεν ἄναιμα σώματα, παραπλήσια τοῖς νεύροις ἐστὶ, νεῦρα συνδετικὰ προσαγορεύουσιν αὐτὰ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἀντιδιαιρούμενοι τοῖς προαιρετικοῖς. εἴρηται δὲ καὶ νῦν ἐν τῇδε τῇ ῥήσει κατὰ τὴν τῶν νεύρων προσηγορίαν, διὰ τὴν ὁμοιότητα.

---

nihilominus diſtinctiones quaedam propriae apparent; ac praecipue per venas in ipſis poſitas ſeparantur, una ſiquidem propria vena in gracilium inteſtinorum meſenterium derivatur. Item et in craſſorum, quae cola nominant, altera propria delabitur ſimul cum utraque vena arteria quoque diſcurrente. Vinculum autem meſenterii, perinde atque meſocoli: continuum enim totum, ut dixi, ad unam quandam lumborum vertebram poſt ſeptum tranſverſum poſitam pervenit, haec autem ſub ventriculo eſt. Hoc quidem vinculum totum nervo ſimillimum eſt, quamvis ejusdem cum ligamento ſubſtantiae ſit. Quaecunque enim ex oſſibus orta exſanguia corpora ſimilia nervis ſunt, copulativos nervos ea multi medici nominant, a nervis voluntatis motui ſervientibus ipſa ex appoſito diſtinguentes; quamobrem et in hac quoque parte nervorum appellatione ob ſimilitudinem vocata ſunt.

Ed. Chart. IX. [479.] Ed. Baſ. V. (493.)

η'.

Αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες, οἷον τὸ καθαρῶς δρῆν ἢ ποτὰ ἢ βρωτά, ἃ ὀρῇ μαλθακῶς ὅσα ψαύειν, ἀλλ' ἃ μὴ μεγάλα βλάπτῃ ἢ μὴ εὐαναλήπτα, οἷον τὸ ψυχρὸν, ὅκου τοῦτο δεῖ.

Τίνα χρὴ χαρίζεσθαι τὸν ἰατρὸν τοῖς κάμνουσι καὶ τίνα μὴ, κατὰ τοῦτο τὸ βιβλίον ἐπισκεψάμενοι τελέως ἀρκεσθησόμεθα. καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἰώθαμεν ποιεῖσθαί τι τελέως τῆς διδασκαλίας αὖθις ἐν ἑτέροις μηκέτι διέρχεσθαι τὸ σύμπαν, ἀλλὰ μόνον τὸ κεφάλαιον. εἴρηται μὲν οὖν κἀν τοῖς ἀφορισμοῖς εἰς τόδε τὸ σκέμμα γράψαντος αὐτοῦ τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν ἀηδεστέρων δὲ μᾶλλον μὲν προχείρῳ φαντασίᾳ χαριζόμενός τι τοῖς κάμνουσιν εἰς ἡδονὴν, οὐ μὴν τῇ γ' ἀληθείᾳ τοῦτο πράττων, ὅσα γὰρ ἥδιον προσφερόμενα τῶν ὀλίγον χείρονα τὴν φύσιν ἐχόντων, ἄμει-

VIII.

Laborantibus gratiae, ut munde parare poculenta aut eſculenta. Quae videt molliter, quaecunque tangit. Aliae non valde aut noxa non facile emendabili, ut frigida, ubi hac opus eſt.

Quae medicum laborantibus grata concedere aut quae non concedere oporteat, hoc in volumine perfecte nobis conabunde erit, templatis quemadmodum de aliis omnibus facere conſuevimus; nam cum ſemel aliquid exacte docuimus, nunquam iterum in aliis locis univerſum repetimus, ſed ſummatim duntaxat perſtringimus. Dictum ſane et in aphoriſmis eſt ad hanc rem aliquid, ipſo ita ſcribente: paulo deterior potus et cibus, ſed ſuavior, melioribus quidem, inſuavioribus autem potius dandus. Porro primo intuitu laborantibus aliquid oblectamenti cauſa gratificari videtur, non tamen re vera id faciens: omnia enim libentius atque ſuavius aſſumta, etſi paulo deteriore natura ſint, melius concoqui-

Ed. Chart. IX. [479. 480.] Ed. Baſ. V. (493.)

νον ταῦτα πέπτομεν. ἔτι δὲ συμφορώτατον τοῖς νοσοῦσι καλῶς πεφθῆναι τὸ ληφθέν. ἐν δὲ τῷ νῦν προκειμένῳ λόγῳ γένους ἑτέρου καὶ πράγματος ἐμνημόνευσεν, ἐν ᾧ κεχαρισμένον τε καὶ ἡδὺ τοῖς νοσοῦσιν ὁ ἰατρὸς πράττει μηδὲν τῇ νόσῳ λυμαινόμενος, ὥσπερ ὅταν ἐπιτρέψῃ πρὸ τοῦ καιροῦ λούσασθαι καὶ πιεῖν καὶ φαγεῖν ὀπώρας τινὰς ἢ ψυχρὸν ὕδωρ πιεῖν. ἐνίοτε μὲν γὰρ ὠφέλιμος καιρὸς ἑκάστου τῶν [480] *εἰρημένων ἐπὶ τῆς ὑστεραίας ἐστί. καταναγκάζουσι δὲ τοὺς ἰατροὺς οἱ κάμνοντες ὥστε προλαβεῖν ἡμέρᾳ μιᾷ. συγχωροῦσι τὰ πολλάκις ἔνιοι τοῖς νοσοῦσιν ἑτοίμως αὐτὰ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν ὑπηρετοῦντες, ἕνεκα τοῦ πλείονα λαβεῖν μισθόν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ κατὰ τὸν λόγον τῆς τέχνης γίνεσθαι, τὸ δ' ἐν ἀφορισμοῖς εἰρημένον, ὅσα τε νῦν διεξέρχεται χρησίμως τοῖς κάμνουσι, συγχωροῦσιν οἱ ἄριστοι τῶν ἰατρῶν. ἡ χρεία δὲ τῶν νῦν ἐφεξῆς ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων εἰς τὴν εὐπείθειαν ἀναφέρεται τῶν καμνόντων, οὓς γὰρ ἂν ἡδέως ὁρῶσι, τούτοις μᾶλλον πείθονται. καὶ κατὰ τοῦτο μήτηρ καὶ πατὴρ ἔπεισαν τέκνον ἀνόρεκτον*

mus; longe vero utiliſſimum aegrotis eſt aſſumtos cibos et potus recte confici. At in propoſita oratione alterius generis atque rei mentionem facit, per quam medicus nequaquam morbum exaſperans, aegrotis rem gratam voluptatemque affert, ut cum immature lavari et bibere et fructibus quibusdam veſci aut frigidam potare permiſerit. Interdum enim cujusque dictorum tempus idoneum atque utile poſtero die fuerit; aegroti vero medicos diem unum pervertere cogunt. Nonnulli praeterea aegrotantibus iſta plerumque facile concedunt, ut plus lucri faciant eorum cupiditatibus morem gerentes: verum haec profecto non ſecundum artis decreta patrantur. Quod autem in aphoriſmis dictum fuit et quaecunque hac in parte recenſet, utiliter laborantibus medici praeſtantiſſimi largiuntur. Iſtorum autem, quae nunc deinceps ab ipſo ſcribuntur, uſus eſt ut aegros medicis magis obſequentes reddant. Nam quos libenter adſpiciunt, illis magis obtemperant. Quapropter mater et pater filio cibos faſtidienti ſuaſerunt, ut

Ed. Chart. IX. [480.] Ed. Baſ. V. (493. 494.)

καὶ αὐτὸ βιάσασθαι προσενέγκασθαι σιτίον, οὐδενὸς ἄλλου πεῖσαι δυνηθέντος. οὕτω καὶ τέκνον ἔπεισε πατέρα καὶ μητέρα καὶ ἀδελφὸς ἀδελφὸν καὶ φίλος φίλον. οὓς δ' ἂν ἀηδῶς ὁρῶσιν οἱ ἄνθρωποι, κἂν τὰ συμβουλεύωσιν, οὐ πείθωσι. πρὸς τὴν τοιαύτην οὖν εὐπείθειαν αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἔλεγε καὶ τὰς προρρήσεις ὠφελεῖν ἡμᾶς καὶ ὅλως τὸ θαυμάζεσθαι τὸν ἰατρὸν ὑπὸ τοῦ κάμνοντος. οὕτω γέ τοι καὶ παρ' ἡμῖν ἐν Περγάμῳ τοὺς θεραπευομένους ὑπὸ τοῦ θεοῦ πειθομένους ὁρῶμεν αὐτῷ πεντεκαίδεκα πολλάκις ἡμέραις προστάξαντι μηδ' ὅλως πιεῖν, οἳ τῶν ἰατρῶν μηδενὶ προστάττοντι πείθονται. μεγάλην γὰρ ἔχει ῥοπὴν εἰς τὸ πάντα ποιῆσαι τὰ προσταττόμενα τὸ πεπεῖσθαι τὸν κάμνοντα βεβαίως ἀκολουθήσειν ὠφέλειαν ἀξιόλογον αὐτῷ. τούτων ἔξωθέν ἐστι τὰ κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν εἰρημένα, περὶ ὧν ἤδη λέγωμεν ἕκαστον, ἰδίᾳ προχειριζόμενοι κατὰ τὴν προγεγραμ- (494) μένην λέξιν, οἷον τὸ καθαρίως δρᾶν ποτὰ ἢ βρωτά. πολλὰ πολλάκις ὁ ἰατρὸς τῷ κάμνοντι προσφέρει ποτὰ καὶ βρωτὰ συντιθεὶς ἐναντίον αὐτοῦ.

ſe ipſum ad eos aſſumendos impelleret, cum nullus alius id perſuadere potuiſſet, ita quoque filius patri ſuaſit et matri et frater fratri et amicus amico. At illis, quos moleſte vident homines, etſi utilia conſulant, obedire tamen recuſant. Ad hanc igitur aegri obedientiam comparandam Hippocrates dicebat et praedictiones nobis eſſe utiles atque omnino aegro admirationi eſſe medicum. Ita ſane et apud nos Pergami qui a deo curantur ei obſequentes cernimus, illis plerumque per quindecim integros dies, ut a potu penitus abſtinerent, imperanti, qui profecto nulli medico id jubenti obtemperaſſent. Nam ad aegrotum omnibus juſſis obedientem reddendum magnam vim habet, ſi pro certo ſibi perſuaſerit magnam inde ad ſe utilitatem proventuram. In his ponuntur ea, quae in propoſitis verbis enumerantur, de quibus jam ſingula diſtincte proponentes, loqui aggrediamur, ut munde parare poculenta aut eſculenta. Multos multoties medicus aegro potus et cibos offert, contra quam ipſe vellet eos prae-

Ed. Chart. IX. [480.] Ed. Baſ. V. (494.)

ἀξιοῖ δὲ ταῦτα καθαρῶς ἐργάζεσθαι καὶ γέγραπταί γε κατ' ἔνια τῶν ἀντιγράφων ἀντὶ τοῦ καθαρῶς τὸ καθαρίως. ἔστι δὲ τοῦτο πρῶτον μὲν εἰ μηδένα ῥύπον ἔχει τὰ σκεύη, δι' ὧν προσφέρεται τὰ ποτὰ καὶ βρωτά. δεύτερον δὲ, εἰ μηδὲ τῶν ἄλλων τι δι' ὧν ὑπηρεσία γένεται. πολλάκις γὰρ αὐτὸ μὲν ἐν ᾧ περιέχεται τὸ προσφερόμενον ἔδεσμα καὶ πόμα καθαρόν ἐστιν, ἐν ᾧ δὲ ψυχρὸν ὕδωρ ἢ θερμὸν ὁ ὑπηρετούμενος ἔχει ῥυπαρὸν, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τι σκευῶν, ἐνίοτε τῶν πρὸς ὑπηρεσίαν ἀνηκόντων οὐ καθαρὸν φαίνεται. καὶ πρὸς τούτοις γε καὶ αὐτὸς ὁ ἰατρὸς, ὃν πρῶτόν τε καὶ μάλιστα τάς τε χεῖρας ἔχειν δεῖ καθαρωτάτας καὶ τὸ πρόσωπον τας τρίχας ἐπί τε τοῦ γενείου καὶ κεφαλῆς. ἐφεξῆς δὲ καὶ τὰ ἄλλα μόρια τοῦ σώματος, ὥσπερ γε καὶ τὴν ἐσθῆτα λαμπρὰν, ἃ βλέπει, φησὶν, ὁ κάμνων. καὶ τοῦτ' αὐτὸ καὶ τοὺς ἐπισκοπουμένους καὶ τὰ κατὰ τὸν οἶκον, ἐν ᾧ νοσεῖ. τούτων τε οὖν οὐδὲν αὐτὸν ἀηδῶς ὁρᾷν χρὴ καὶ τῶν ὑπηρετουμένων ἐκείνους παρεῖναι διὰ παντὸς, οἷς μάλισθ' ἥδεται. καὶ τῶν ἐπισκοπουμένων

parans. Jubet autem eos munde parari et in quibusdam codicibus vice hujus particulae, *καθαρῶς*, id eſt munde, *καθαρίως*, legitur, quod idem ſignificat. Id vero ſit primo, ſi vaſcula in quibus potus cibique feruntur nihil ſordis habuerint; ſecundo, ſi nullum aliud eorum per quae laboranti miniſtrantur. Saepius enim vaſa cibos et potus continentia mundiſſima erunt, illud vero quo frigidam ſervus aut calidam feret, conſpurcatum adſpicies; quemadmodum et aliorum vaſculorum ad miniſterium pertinentium quodpiam nonnunquam immundum cernitur. Ad haec et ipſe medicus in primis et maxime manus quam puriſſimas habeto et faciem et pilos in barba et capite, deinceps et alias corporis partes, quemadmodum et veſtem nitidam, quae intuetur, inquit, aegrotans. Haec ipſa inquam et aegrotantis curam gerentes et reliqua omnia, quae in aedibus, ubi aegrotat, ſunt, ita habentor, ut iſtorum nihil ipſe injucunde et triſti animo conſpiciat. Quin etiam et ex miniſtris illos plane adeſſe, quibus ma-

Ed. Chart. IX. [480. 481.] Ed. Baf. V. (494.)

τοὺς μὲν φιλτάτους χρονίζειν παρ' αὐτῷ, τοὺς δ' ἄλλους δυοῖν θάτερον, ἢ μηδ' ὅλως εἰσιέναι πρὸς αὐτὸν ἢ μὴ μέχρι πλείονος ὁρᾶσθαι. ταῦτα δὲ πολυπραγμονήσας ὁ ἰατρὸς αὐτὸς ἐργάσεταί τε καὶ διατάξει. τινὰ δὲ καὶ χωρὶς πολυπραγμοσύνης αὐτόματα γινώσκεται. πολλάκις γοῦν ἐπισκεπτομένους τὸν κάμνοντα καὶ θεραπεύοντος τοῦ ἰατροῦ δοῦλός τις ἐπεισελθὼν ἤγγειλεν ἀφῖχθαι τόνδε τινὰ ἄνθρωπον ἐπισκέψασθαι [481] βουλόμενον αὐτόν. εἶτα παραχρῆμα ποτὲ μὲν ἡσθεὶς ἐφάνη πρὸς τὴν ἀκοὴν ὁ νοσῶν, ἔστι δ' ὅτε μεγάλως ἀνιαθεὶς, ὡς ἐνοχλεῖσθαι μέλλων ὑπ' ἀνθρώπου μὴ φιλοῦντος αὐτὸν ἀληθῶς, ἀλλὰ προσποιουμένου. καὶ χρὴ τηνικαῦτα τὸν ἰατρὸν, ὅταν εἰσέλθῃ τις ὃν ὁ κάμνων οὐχ ἡδέως ὁρᾷ, μετὰ βραχὺ κελεύειν ἀξιοπίστως, ἡσυχάσαι συμφέρειν τῷ κάμνοντι καὶ κατὰ ταύτην τὴν πρόφασιν ἐξελθεῖν ἀξιῶσαι καὶ ἐξ αὐτοῦ πάντας. εὔδηλον γὰρ ὅτι συνεξελθόντες ἐν τῷ παραυτίκα τοῖς μὴ φίλοις οἱ φίλοι μετ' ὀλίγον εἰσελθεῖν δυνήσονται. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα θεά-

xime delectatur et ex gubernantibus eos qui gratiſſimi ſunt apud ipſum commorari decet; alios vero duorum alterum aut nunquam ejus cubiculum ingredi aut non diutius ante oculos ejus verſari. Haec quidem curioſe explorans medicus ipſe conficiet atque diſponet. Nonnulla vero et abſque indagatione ſponte dignoſcuntur. Saepius enim inſpectante aegrotum atque curante medico ſervus aliquis ingreſſus certum quendam hominem veniſſe nunciavit, qui ipſum viſere ac ſalutare cupiat, tum protinus hoc audito aegrotans nonnunquam laetari viſus eſt, nonnunquam vero magnopere contriſtari, tanquam ab homine ipſum non vere amante, ſed ſimulante, moleſtiam paſſurus ſit. Atqui tunc medicum oportet, quum quis ingreſſus eſt, quem laborans non libenti animo adſpiciat, paulo poſt aliqua veriſimili ratione quietem aegroto conferre dicere et hac de cauſa omnes ut ab eo recedant praecipere; conſtat enim quod tunc una cum non amicis amici egreſſi, huad ita multo poſt denuo introire pote-

Ed. Chart. IX. [481.] Ed. Baſ. V. (494.)

ματα τὴν γνώμην τοῦ κάμνοντος ἡδέως τε καὶ ἀηδῶς διατίθησιν, οὐ κατ' αὐτὴν ἰδίως τὴν αἴσθησιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν διάνοιαν. ἔνια δέ ἐστιν ἡδέα τῶν ὁρατῶν κατ' αὐτὴν τὴν ὄψιν, ὥσπερ γε καὶ τῶν ὀσφρητῶν καὶ γευστῶν καὶ ἀκουσιῶν καὶ ἁπτῶν. οὐ μὴν ἅπασί γε ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἡ ἴση τέρψις. ἄλλος γὰρ ἄλλα καὶ χρώματα καὶ σχήματα καὶ ἄνθη καὶ φυτὰ καὶ βλαστήματα καὶ ζωφραφήματα θεᾶται, τὰ μὲν ὡς ἀηδῆ, τὰ δὲ ὡς ἡδέα. χρὴ τοίνυν παρὰ τῶν οἰκείων τοῦ κάμνοντος τὸν ἰατρὸν πυνθανόμενον οἵστισιν οἱ κάμνοντες ἥδονται, ταῦτα κελεύειν εἰσφέρεσθαι τοῖς οἴκοις ἐν οἷς κατάκεινται. μαλακῶς ὅσα ψαύει κατ' αὐτὴν μόνην ψιλὴν τὴν ἁπτικὴν αἴσθησιν, ἡδέα ταῦτ' ἐστὶν, ὥσπερ αὖ πάλιν ἄνθη τε καὶ φυτὰ καὶ ποικίλα καὶ τἆλλα ὅσα προείρηται τὴν ὄψιν μόνην τέρπει. προσθήσομεν οὖν ὅσα ταὐτοῦ γένους ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, παραλέλειπται δὲ ὡς σαφῆ. δυοῖν γὰρ αἰσθήσεων ἐμνημόνευσεν ὄψεώς τε καὶ ἁφῆς. σὺ δὲ καὶ τὴν ὄσφρησιν προσθήσεις δηλονότι καὶ τὴν γεῦσιν καὶ τὴν ἀκοὴν, καὶ κατά γε τὴν ἀκοὴν διαιρεῖν ὥσπερ

runt. Hujusmodi ſane ſpectacula aegroti mentem modo exhilarant, modo contriſtant, non per ipſum viſorium ſenſum proprie, ſed per cogitationem. Ceterum quaedam viſilia ratione viſionis ipſius jucunda ſunt, quemadmodum et olfactilia et guſtatilia et audibilia et tactilia proprio quodque ſenſui voluptatem afferunt. Attamen non eſt in omnibus iſtis aequalis oblectatio, ſiquidem alii alios et colores et figuras et flores et ſtirpes et germina et picturas, aliqua ut triſtia, aliqua ut jucunda contemplantur. Oportet itaque medicum ab aegrotantium domeſticis percunctatum, quibusnam ipſi delectentur, haec jubere in cubicula, ubi jacent, inferri. Quaecunque mollia tangunt, ſecundum ipſam ſolam nudamque tactoriam ſenſionem jucunda haec ſunt; quemadmodum rurſum flores, ſtirpes et variegata aliaque omnia ſupradicta ſolam oblectant viſionem. Adjiciemus igitur quaecunque ejusdem generis cum antedictis ſunt, dimiſſa vero tanquam manifeſta fuerunt. Duorum enim ſenſuum, viſus ſcilicet et tactus ſolum me-

Ed. Chart. IX. [460.] Ed. Baſ. V. (494.)

ἐπὶ τῆς ὄψεως, ἔνια μὲν αὐτὴν τὴν αἴσθησιν μόνην τέρποντα, καθάπερ αἱ ἡδεῖαι φωναὶ, τινὰ δὲ τὴν ἀκοὴν λυποῦντα, καθάπερ αἱ ἀηδεῖς ἀγγελίαι. τοὐναντίον δὲ ἄλλ' ἄττα τέρπει τε καὶ ἥδει. τοῦτό γε καὶ οἱ ἰδιῶται πάντες ἴσασιν, ὡς οὐδὲν ὢν ἀηδῶς ὁ κάμνων ἀκούσεται προσήκει λέγειν αὐτῷ, καθάπερ γε καὶ τὰ μέλλοντα μεγάλως ἥσειν αὐτὸν, ἀγγέλλειν πάντα μετὰ τοῦ καὶ προσεπιψεύδεσθαί τι. κατὰ μέντοι τὴν ἐφεξῆς ῥῆσιν ἔνια καὶ τῶν ἐνταῦθα παραλελεῖφθαι δοκούντων ἐπαναλαμβάνων προστίθησιν, ἄλλαι. πρόγραμμα τοῦτ' ἔστιν ἄλλων χαρίτων μελουσῶν λέγεσθαι. προειρηκὼς γὰρ αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες, εἶτ' εἰπὼν τὸ καθαρῶς δρᾷν ποτὰ ἢ βρωτά. καὶ τούτων ἐφεξῆς, πάντων ὁρωμένων διελθών, εἶθ' ἑξῆς ὑπὲρ τῶν πρὸς τὴν ἁφὴν ἡδέων, ἐπαγγέλλεται πρὸς ταῖς εἰρημέναις ἑτέρας ἐρεῖν χάριτας ὧν ἐφεξῆς ἀκούσῃ. τινὲς μέντοι τελέως ἐξεῖλον τῶν ἀντιγράφων τὸ πρόγραμμα τοῦτο τὸ, ἄλλαι, τινὲς δ' οὐ θηλυκῶς μετὰ τοῦ ἰῶτα γράφουσιν, ἀλλὰ χωρὶς τοῦ ι, κατὰ τὸ καλούμενον οὐδέτερον

minit; at tu olfactum adjice, guſtatum et auditum. Et in auditu, quemadmodum et in viſu, dividito, nonnulla quidem ipſum ſenſum ſolum delectantia, ut ſuaves voces; aliqua per auditum animum conturbantia, ut cum triſtia nunciantur; e contrario alia quaedam oblectant et exhilarant. Id ſane et vulgus omne haud praeterit, nihil eorum quae triſti animo aeger auditurus ſit, ipſi renunciari debere; quemadmodum contra, omnia ipſum vehementer oblectatura renunciari convenit, quin et aliqua falſa adjicienda ſunt. In ſequenti ſane particula nonnulla eorum, quae et hic omiſſa fuiſſe videbantur, reſumens addit, aliae. Praeſcriptio haec eſt aliarum quae dicendae ſunt gratiarum. Nam quum praedixerit, laborantibus gratiae, deinde inquiens, munde parare poculenta aut eſculenta, ac deinceps de omnibus, quae videntur, poſtea de tactui jucundis, ſermone facto, praeter dictas alias ſe dicturum gratias pollicetur, quas paulo poſt auditurus es. Porro quidam hanc praeſcriptionem, aliae, de exemplaribus penitus deleverunt; aliqui vero non feminino genere ſcribunt,

Ed. Chart. IX. [481. 482.] Ed. Baſ. V. (494.)

γένος, ἄλλα μὴ μεγάλα βλάπτῃ ἢ μὴ εὐανάληπτα, οἷον τὸ ψυχρὸν, ὅκου τοῦτο δεῖ. καὶ τὰ μὴ μεγάλως βλάπτοντα δοτέον ἐστὶν ἐνίοτε τοῖς ἐπιθυμοῦσιν αὐτῶν σφόδρα καὶ μέλλουσι μισεῖν τε τὸν ἰατρὸν ἐκ τοῦ μὴ λαβεῖν, ἀποστρέφεσθαί τε καὶ μηδὲν αὐτῷ προστάττοντι πείθεσθαι. διδόναι τοίνυν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐνίοτε τούτοις ἕνια τῶν ἐπιθυμουμένων, ἐὰν μὴ μεγάλως ὑπ' αὐτῶν μέλλωσι βλάπτεσθαι. προλέγοντα μὲν ὅτι βλαβήσονται [482] καὶ δίδωσιν αυτα χαρίζεσθαί τι βουλόμενος τῷ κάμνοντι, πρὸς δὲ τὸ μέλλον αὐτὸν ἀνταιτοῦντα παρ' αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς ἄλλοις εὐπείθειαν. οἶδα γὰρ ἐνίους ἐκ τοῦ λαβεῖν πεισθέντας. οὕτω γοῦν κἀγὼ πόλλ' ἔδωκα ψυχρὸν ὕδωρ ἐν ἐκείνοις τοῖς νοσήμασιν ἐν οἷς μετὰ μίαν ἡμέραν ἦν αὐτοῦ χρεία, τοῦτο μόνον τῷ κάμνοντι χαρισάμενος ὡς μὴ περιμεῖναι τὸν ἄριστον καιρόν. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ βαλανείου καὶ οἴνου καὶ πάντων τῶν τοιούτων οἶδα πράξας. εἰ μέντοι μηδ' ὅλως δέοιτο μηδὲ μετὰ μίαν ἡμέραν τὸ νόσημα μηδενὸς τούτων, οὐ χρη χαρίζεσθαι τῷ κάμνοντι. βραχεῖαν γὰρ βλαβην ἐπανορθώ-

ſed in neutro vocato genere, alia ne valde laedant aut ne noxa non facile emendabili, ut frigida, ubi hac opus eſt. Non valde laedentia interdum exhibenda ſunt, vehementer ipſa cupientibus, ac niſi acceperint, medicum tum oſuris tum averſaturis et nullum ejus praeceptum obſervaturis. Igitur neceſſe interdum eſt quaedam illis exoptata concedere, niſi magnum ſunt detrimentum allatura. Praedicito autem ab his aegrum laeſum iri, teque ipſi gratificandi cauſa ea concedere, ſed poſterum te viciſſim ab eo petere, ut in reliquis obedientem ſeſe exhibeat: novi enim quosdam ex ea medici liberalitate obſequentes evaſiſſe. Hoc ſane modo et ego multoties frigidam aquam in illis morbis exhibui, in quibus poſtridie ejus uſus requirebatur, id ſolum aegrotanti gratificatus, ut optimum ſcilicet propinandi tempus praeverterim; ſimiliter vero et de balneis, vino atque id genus omnibus me feciſſe memini. Verum ſi morbus nec poſtridie, neque prorſus unquam, ullo iſtorum egeat, aegroto nequaquam

Ed. Chart. IX. [482.] Ed. Baſ. V. (494.)

σασθαι δυνατόν ἐστι τὴν μετὰ ταῦτα τοῦ κάμνοντος εὐπείθειαν. τὴν δ' οὕτως μεγάλην ὡς ἤτοι κίνδυνον ἔσχατον ἐπιφέρειν ἢ χρόνου μῆκος, οὐκέθ' οἷόν τε πρὸς τὸ δέον πάλιν ἐπαναγαγεῖν. γράφεται δὲ καὶ κατ' ἄλλας λέξεις ἡ προκειμένη ῥῆσις, μίαν μὲν τοιάνδε· ἀλλὰ καὶ μεγάλα βλάπτειν, οἷον ψυχρὸν ὄκου δεῖ, τοῦ δὴ τοῦ βλάπτειν ῥήματος ἐπὶ τοῦ τέλους ἔχοντος τὸ ν, καὶ ταύτην γε τὴν γραφὴν οἱ παλαιοὶ τῶν ἐξηγητῶν ἴσασιν. ἑτέραν δὲ γραφὴν εὑρήσεις ἐν ἄλλοις ἀντιγράφοις χωρὶς τοῦ ν τοιαύτην· ἃ μὴ μεγάλα βλάπτῃ ἢ μὴ εὐανάληπτα, οἷον ψυχρὸν ὄκου τοῦτο δεῖ. βούλεται δ' ἡ προκειμένη λέξις ἢ μὴ εὐανάληπτα σημαίνειν τὰ μὴ ταχέως ὑπείξαι δυνάμενα τοῖς βοηθήμασιν, ὡς ἐπανορθωθῆναι τὴν γεγονυῖαν ἤδη βλάβην ἀλλὰ περὶ τούτου τοῦ πράγματος ὅσα περὶ τοῦ πρόσθεν εἶπον ἀναμνησθέντας, [χρὴ] μηδεμιᾶς ἐστὶ δεηθῆναι νεωτέρας ἐξηγήσεως.

---

concedendum; exiguam enim noxam futura poſthac languentis obedientia emendare poterit; noxa vero adeo magna, ut extremum periculum inferat aut morbum in longum tempus producat, non itidem deleri et in priſtinum redigi poterit. Scribitur etiam propoſita pars per alia verba, uno quidem modo ſic, ſed et valde nocere, ut frigidam, quum opus eſt, voce hac *βλάπτειν*, id eſt nocere, *ν* habente in fine et hanc quidem lectionem veteres explanatores agnoſcunt. Alteram quoque in aliis exemplaribus detracta *ν* littera ita ſe habentem invenies, quae non valde nocent aut non facile emendabili noxa, ut frigida, ubi hac opus eſt; vult autem propoſita oratio aut non facile emendabili noxa, ea ſignificare quae non cito remediis cedere queant, ut impreſſa jam laeſio removeatur. Ceterum hac de re, quaecunque prius dixi reminiſcentibus, nullam aliam praeterea novam explanationem poſcere convenit.

Ed. Chart. IX. [482.] Ed. Baſ. V. (494. 495.)

ϑ'.

Εἴσοδοι, λόγοι, σχῆμα, ἐσθὴς τῷ νοσοῦντι, κουρὴ, ὄνυχες, ὀσμαί.

Τούτων τὰ μὲν ἄλλα πάντα προφανῶς ἐπὶ τὸν ἰατρὸν ἀναφέρεται, μεταξὺ δ' αὐτῶν παρέγκειμενον, τῷ νοσοῦντι, παρέχει τινὰ ζήτησιν, ὅθεν ἔνιοι παντάπασιν ἐξελόντες αὐτὸ προσεποιήσαντο μηδ' ὅλως εὑρηκέναι γεγραμμένον. ἀλλ' οἵ γε παλαιοὶ τῶν ἐξηγητῶν ἴσασι καὶ ταύτην τὴν γραφήν. ἴσως δ' ἄν τινος εὐπορήσαιμεν εἰς αὐτὴν πιθανοῦ, προσεπισκεψάμενοι τῶν εἰρημένων ἕκαστον ἰδίᾳ. καὶ πρώτας γε τὰς πρὸς τὸν κάμνοντα τῶν ἰατρῶν εἰσόδους (495) *ὅσαι κεχαρισμένως αὐτοῖς γίνονται. τινὲς μὲν γὰρ ἐνοχλεῖσθαι νομίζουσιν ὑπὸ τῶν πολλάκις αὐτοὺς ὁρώντων, ἔνιοι δὲ πάνυ τούτῳ σφόδρα χαίρουσιν. ἰατροὶ δέ τινές εἰσιν οἳ μέχρι τοσούτου μωραίνουσιν, ὡς καὶ τοῖς κοιμωμένοις ἐπεισιέναι μετὰ ψόφου ποδῶν, φωνῆς μείζονος, ὑφ' ὧν ἐνίοτε διεγερ-*

IX.

Introitus, ſermones, figura, veſtis aegrotanti, tonſura, ungues, odores.

Ex iſtis omnia reliqua procul dubio ad medicum referuntur, ſed interea vox haec poſita, *aegrotanti*, dubitationem quandam excitat. Unde quidam ea penitus detracta ſeſe nequaquam eam inveniſſe ſcriptam diſſimularunt, ſed vetuſtiſſimi interpretes hanc quoque lectionem admittunt. Verum ſingula dicta particulatim prius expendentes, fortaſſis aliquid veriſimile ad ipſam interpretandam nacti erimus. Et primo quidem introitus medicorum ad aegrum quoscunque ipſi gratos faciunt, ſiquidem nonnulli aegri a ſaepius viſentibus affici ſe moleſtia opinantur; alii contra crebro ſe videri magnopere laetantur. Quidam autem medici ſunt qui eo uſque inſaniant, ut etiam in dormientium conclave ſtrepentes pedibus aut vo-

Ed. Chart. IX. [482. 483.] Ed. Baſ. V. (495.)

θέντες οἱ νοσοῦντες ἀγανακτοῦσί τε πρὸς αὐτοὺς καὶ βεβλάφθαι τὰ μέγιστά φασι. ἅπαντ' οὖν ταῦτα προορᾶσθαι χρὴ ἰατρὸν, ὡς μήτε κατὰ καιρὸν ὂν οὐ χρὴ παραγίνεσθαι μήτε προπετῶς μετὰ ψόφων πολλῶν καὶ φωνῆς μεγάλης ἢ βαδίσματος ἀσχήμονος ἢ βλέμματος ἢ ὅλως οἱτινοσοῦν τοιούτου. λόγοι. τῶν μεγίστων ἐστὶ καὶ τοῦτο πρὸς τοὺς κάμνοντας ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἤτοι προσηκόντως ἢ οὐ προσηκόντως τι γινόμενον. ἔνιοι μὲν γὰρ αὐτῶν ἐσχάτως εἰσὶν ἀβέλτεροι, τοιοῦτοί τινες ὄντες οἷον ὁ Ζεῦξίς φησι ὑπὸ Βακχείου γεγράφθαι [483] Καλλιάνακτα γεγονέναι τὸν Ἡροφίλειον ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν Ἡροφίλου τε καὶ τῶν ἀπὸ τῆς οἰκείας αὐτοῦ. νοσοῦντος γάρ τινος, εἶτ' εἰπόντος τῷ Καλλιάνακτι, τεθνήσομαι, φασὶν αὐτὸν ἐπιφωνῆσαι τόδε τὸ ἔπος

Εἰ μή σε Λητὼ καλλίπαις ἐγείνατο.

Ἑτέρῳ δὲ ταὐτὸ τοῦτ' εἰπόντι φάναι

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

ciſerantes ingrediantur, ob quae expergefacti aegroti et illis iraſcuntur et maxime ſe laeſos eſſe conqueruntur. Haec igitur omnia providere medicum oportet, ut neque non in tempore accedat, neque petulanter cum multo ſtrepitu et elata voce aut inceſſu aut adſpectu aut aliquo prorſum hujusmodi indecoro. Sermones. Inter praecipua ſunt et iſti cum aegris a medicis recte aut non recte facti: quidam enim ſermones ſumme fatui ſunt, tales ſane, qualem Zeuxis a Bacchio ſcriptum eſſe teſtatur, Callianacta fuiſſe Herophileum, in libro de memorabilibus Herophili et ejus ſectae ſtudioſorum. Iſte aegrotanti cuidam atque dicenti, moriar, hoc carmen reſpondens ſuccinuiſſe fertur:

Pulchra et pelle micans niſi te Latona creaſſet.

Alteri quoque moriar dicenti reſpondiſſe:

Et Patroclus obit, qui te praeſtantior ipſo.

Ed. Chart. IX. [483.] Ed. Baſ. V. (495.)

ἔνιοι δὲ τῶν νῦν ἰατρῶν, εἰ καὶ μετριώτεροι Καλλιάνακτός εἰσιν, ἀλλὰ τραχέως καὶ αὐτοὶ προσφέρονται τοῖς νοσοῦσιν ὡς μισηθῆναι, καθάπερ ἄλλοι τινὲς ἐξ ὑπεναντίου δουλοπρεπῶς κολακεύοντες ἐξ αὐτοῦ τούτου κατεφρονήθησαν. ὥσπερ δὲ οὐ χρὴ μίσους ἄξιον φαίνεσθαι τῷ κάμνοντι τὸν ἰατρὸν, οὕτως οὐδ' εὐκαταφρόνητον, ἀλλ' ἐν τῷ φιλανθρώπῳ καὶ μετρίῳ καὶ ἡδεῖ σεμνὸν φυλάττειν. εἰ μὴ γὰρ ὥσπερ θεόν τινα ὁ κάμνων θαυμάσειεν, οὐκ ἂν ὁ κάμνων εὐπειθὴς γένοιτο. βέλτιον οὖν ἐστι μήτε κολακεύειν εἰς τοσοῦτον ὥστε καταφρονεῖσθαι μήτε ἄγροικόν τε καὶ τραχὺν ὁμοίως Καλλιάνακτι. γενήσεται δὲ τοῦτο φυλάττοντος μὲν ἔν τε τῷ βλέμματι καὶ τῷ φλέγματι καὶ τῷ παντὶ τοῦ σώματος σχήματι τὸ σεμνὸν τοῦ ἰατροῦ, ἐκδιδάσκοντος δὲ τὸν κάμνοντα πείθεσθαι τοῖς πραττομένοις ὑφ' ἑαυτοῦ. πολλοὶ δ' εἰσὶ λόγοι καί σοι παραδείγματος ἕνεκεν οὐκ ὀκνήσω παραθέσθαι τινά. δυνήσεται γὰρ ὁ ἰατρὸς ἐπὶ προοιμίῳ πιθανῷ μετὰ ταῦτα πρὸς τὸν κάμνοντα διελθεῖν ὅσα περὶ

Ceterum quidam hujusce tempeſtatis medici, etſi moderatiores Callianacte ſint, aſpere tamen et ipſi erga laborantes ſe gerunt, adeo ut odio ipſis ſint, ſicut aliqui e contrario ſerviliter adulantes ob id ipſum contemtui fuerunt. Quemadmodum autem aegro medicum odioſum videri non convenit, ita neque contemnendum, ſed humanus, moderatus ſuavisque quum ſit, gravitatem etiam ſervare debet. Niſi enim medicum aeger ut deum quendam admiretur, nunquam illius praeceptis obtemperaverit. Antiquiſſimum igitur fuerit neque adeo medicum ſe ſubmittere atque adulari, ut ſui contemtum pariat, neque rurſum perinde atque Callianactem ſe ruſticum atque aſperum exhibere. Id fiet autem, ſi et ab adſpectu et voce et omni corporis habitu medici gravitatem retineat aegrotantemque iis quae ipſe praecipiat morem gerere edoceat. Sermones vero multiformes ſunt, tibique exempli cauſa aliquem proponere me non pigebit. Poterit ſane medicus a prooemio veriſimili exorſus omnia ea deinceps aegrotanti re-

Ed. Chart. IX. [483.] Ed. Baſ. V. (495.)

τῶν τοιούτων Ἱπποκράτης ἔγραψε, πρῶτον μὲν ἐν τοῖς αφορισμοῖς εἰπών· δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα καὶ τοὺς παρεόντας ἔξωθεν. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἡ τέχνη διὰ τριῶν, τὸ νόσημα, ὁ νοσέων, ὁ ἰατρὸς, ὑπεναντιοῦσθαι τῷ νοσήματι τὸν νοσέοντα μετὰ τοῦ ἰατροῦ. καὶ ὡς τριῶν ὄντων, ἰατροῦ καὶ νοσήματος καὶ κάμνοντος, ἐὰν ὁ νοσῶν ἐάσῃ μόνον πολεμεῖν τῷ νοσήματι τὸν ἰατρὸν ἢ καὶ πρὸς αὐτὸ μεταστὰς ἐναντιοῦται τῷ ἰατρῷ, συμβήσεται νικηθῆναι τὸν ἰατρὸν ὑπὸ τοῦ νοσήματος. ἐὰν δὲ καταλιπὼν τὸ νόσημα σύμμαχος κατ' αὐτοῦ γένηται τῷ ἰατρῷ, μεγάλην ἐλπίδα τῆς νίκης ἔσεσθαι δυοῖν ἀνθρώπων πρὸς ἓν νόσημα μαχομένων, ὡς τό γε ἐναντίον ἔμπαλιν οὐδεμιᾶς ἐλπίδος ἔσται παρεκτικὸν, ἐὰν ὁ κάμνων μετὰ τοῦ νοσήματος γενόμενος ἐναντιῶιτο τῷ ἰατρῷ· μονωθεὶς γὰρ ἂν οὗτος ὑπὸ τῶν δυοῖν νικηθείη ἄν. ἀρκεῖ σοι τὸ παράδειγμα τοῦτο, νοῆσαι δυναμένῳ κατὰ τὸ παραπλήσιον ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα τῷ νοσοῦντι γίνεσθαι πρὸς τῶν ἰατρῶν. οὐ μόνον δὲ τῶν λεχ-

cenſere, quae in hanc rem ab Hippocrate tradita ſunt: primo quidem in aphoriſmis ita dicente: oportet autem non modo ſe ipſum exhibere ea, quae oportet, facientem, ſed etiam aegrum et aſſiſtentes et exteriora; et in primo de morbis popularibus: ars per tria, morbus, aegrotus, medicus. Adverſari morbo aegrotum una cum medico oportet. Quumque tres ſint, medicus, morbus et aegrotus, ſi medicum ſolum cum morbo pugnantem aeger deſerat, vel etiam ad morbum transfugiens medico repugnet, medicum a morbo ſuperari continget. At ſi morbo relicto, medico ſubſidium contra illum ferat, duobus hominibus contra unum morbum pugnantibus, futurae victoriae magna ſpes eſt; ſicut e contrario deſperandum ſit, ſi aeger a morbo ſtans medico adverſetur: ſolus enim ipſe relictus, a duobus hoſtibus expugnari poterit. Id exemplum tibi ſatis eſto; a ſimili enim multos id genus alios ſermones cogitare poteris a medicis cum aegrotis fieri.

Ed. Chart. IX. [483. 484.] Ed. Baſ. V. (495.)

θησομένων λόγων τοῖς κάμνουσιν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν τοιαύτην εἶναι προσήκει τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὸ μέγεθος τῆς φωνῆς καὶ τὸν τόνον καὶ τὴν ὅλην ἀπόκρισιν ἀνάλογον εἶναι τῇ διανοίᾳ τῶν λόγων. εἰ δὲ καὶ πεπαιδευμένῳ διαλέγοιτό τις ἀνδρὶ, καὶ μετὰ τοῦ μὴ σολοικίζειν τε καὶ βαρβαρίζειν. καὶ γὰρ ἐκ τῶν τοιούτων εὐκαταφρόνητοι τοῖς κάμνουσιν οἱ ἰατροὶ φαίνονται. σχῆμα. καὶ τὸ σχῆμα τοῦ σώματος ὅλου κατά τε τὴν εἴσοδον καὶ τὴν καθέδραν ὁ ἰατρὸς ἐχέτω, μήτε ταπεινὸν, ὡς εὐκαταφρόνητον εἶναι, μήτε χαυνότητά τινα καὶ ἀλαζονείαν ἐνδεικνύμενον. ἔνιοι μὲν γὰρ ἀνατεταμένοι καὶ πλατεῖς εἰσίασί τε καὶ καθέζονται, ἔνιοι δὲ διατεθρυμμένοι, τινὲς δὲ ἐγκεκυφότες καὶ ταπεινοί. φεύγειν οὖν ἁπάσας δεῖ τὰς ὑπερβολὰς καὶ πειρᾶσθαι μέσον αὐτῶν εἶναι. εἰ δέ ποτε κατὰ τὸ σπάνιον ὁ κάμνων φαίνοιτό σοι φιλοταπεινός τις, ἀπὸ τοῦ μέσου [484] βραχὺ πρὸς τὸ ταπεινότερον ἄμεινόν ἐστι σχηματίζειν ἑαυτόν. εἰ δ' ἐναντίως ἔχοι, καὶ σὺ τἀναντία ποιήσεις ἐπὶ βραχὺ, τοῦ μέσου τε καὶ παρὰ φύσιν ἑφ' ἑκάτερα παραχωρῶν.

Non ſolum autem ſermonum a medicis cum aegris faciendorum talem eſſe ſententiam convenit, ſed etiam vocis magnitudinem et tonum et omnem actionem ſententiae reſpondere ſermonum. Quod ſi quis cum erudito viro colloquatur, ne ſoloeciſmis barbariſmisque utatur, caveto; nam ex hoc medici aegrotis ſpernendi videntur. Figura. Et figuram corporis totius in introeundo atque ſedendo medicus, neque humilem prae ſe ferat, ut contemtum mereatur, neque faſtu quodam atque arrogantia turgentem. Quidam enim extenti ac patentes introeunt ac ſedent; nonnulli fracti et molles; alii vero incurvi atque abjecti. Itaque omnes exceſſus devitandi ſunt et inter eos mediocrem eſſe tentandum eſt. Quod ſi nonnunquam, raro tamen id evenit, aeger humilitatem et abjectionem quandam amare tibi videatur, a mediocritate ad humilius te paulum deſcendere humilioremque te ipſum effingere ſatius fuerit. At ſi e contrario ſeſe habeat, et tu contraria facito, paulum a mediocri et a naturali ſtatu ad alter-

Ed. Chart. IX. [484.] Ed. Baf. V. (495.)

ἐσθής. καὶ αὕτη κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἔστω μέση, μήτε πολυτελὴς, ὡς ἀλαζονείαν ἐμφαίνειν, μήτε ῥυπαρὰ καὶ πάνυ ταπεινή· πλὴν εἴ ποθ' ὁ κάμνων αὐτὸς εἴη τῶν ἀμετρότερον ἢ τὰ πολυτελῆ φιλούντων ἢ τοῖς ῥυπαροῖς ἡδομένων. ἐπὶ τούτων γὰρ ἀπὸ τῆς μεσότητος ἐπὶ τὸ τῷ κάμνοντι φίλτερον ἀποχωρήσεις, ὅσον ἂν εἰκάσῃς ἔσεσθαί τι σύμμετρον τῷ νοσοῦντι. διὰ μέσου τοῦτ' ἔφην ἐγκείμενον ἀπορίαν παρέχειν· εἰ δέ γε κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὅλης ῥήσεως ἢ τὴν τελευτὴν εἴρητο, σαφὲς ἂν ἦν ὡς ἅπαντα ταῦτα τῷ νοσοῦντι κεχαρισμένως προσήκει πράττειν τὸν ἰατρὸν, εἰσόδους, λόγους, σχῆμα τοῦ παντὸς σώματος, ἐσθῆτα, κουρὰν τριχῶν, ὀνύχων συμμετρίαν, ὀσμήν. ἐπί τε γὰρ εἰσόδων ἄλλη πρὸς ἄλλον ἐστὶ τῶν νοσούντων ἡ συμμετρία, καθότι πρόσθεν εἶπεν, ἐν δὲ τοῖς λόγοις ὡσαύτως· οἱ μὲν γὰρ μυθολογοῦσι τοῖς ἰατροῖς ἥδονται, τινὲς δὲ ἀνιῶντὰι, καὶ τινὲς μὲν σεμνοῖς λόγοις, τινὲς δ' εὐτραπέλοις χαίρουσι. καὶ περὶ τῶν σχημάτων τε καὶ τῆς ἐσθῆτος ἀρτίως εἴρη-

utrum latus declinans. Veſtis. Et ipſa eadem ratione mediocris eſto; neque valde ſumtuoſa, ut arrogantiam indicet, neque ſordida et nimium vilis, niſi ſi aeger ipſe immoderatius, aut pretioſa veſtimenta amet aut ſordidis oblectetur: tunc enim a mediocritate ad illud quod aegroto magis placeat deſcendito, quatenus id languenti arridere conjectura aſſecutus fueris. Hanc appellationem, aegrotanti, reliquis interjectam, obſcuritatem offundere ſupra dixi; at ſi initio ſermonis aut in fine poſita foret, nihil plane dubitationis attuliſſet, omnia haec ſcilicet, ut aegrotanti jucundiora ſunt, medico eſſe praeſtanda, introitus, ſermones, figuram totius corporis, veſtem, tonſuram capillorum, unguium decentem modum, odorem. Etenim in introitu alius ad alium aegrotantem, ut paulo ante poſuimus, modus eſt. In ſermonibus ſimiliter: nonnulli enim medicis fabellas narrantibus delectantur, nonnulli eos faſtidiunt; aliqui gravibus et ſeriis ſermonibus gaudent, aliqui facetis et lepidis. Et de figuris corporis et

Ed. Chart. IX. [484.] Ed. Baſ. V. (495.)

ται τίνα τρόπον ἐστοχάσθαι χρὴ τῶν ἡδέων τῷ νοσοῦντι. κουρὴ τῶν τριχῶν. ἡ κουρὰ φύσει μὲν ἀρίστη γένοιτο ἄν, εἰ στοχάζοιτο τῆς κατὰ τὴν κεφαλὴν ὑγείας ἄλλοις γὰρ ἄλλο προσήκει. τοῖς νοσοῦσι δὲ τὸ τῆς κουρᾶς εἶδος οὐ ταὐτὸν ἅπασιν ἡδύ. στοχάζεσθαι τοίνυν σε χρὴ καὶ τούτου, πρὸς τὸν ἰατρευόμενον ἀποβλέποντα, καθάπερ ἐπ' Ἀντωνίνου τοῦ Κομμόδου πατρὸς ἐποίουν οἱ συνόντες ἅπαντες ἐν χρῷ κειρόμενοι. Λούκιος δὲ μιμολόγους αὐτοὺς ἀπεκάλει. καὶ διὰ τοῦτο πάλιν ἐκόμων οἱ μετ' ἐκείνου ὄνυχες. πηλίκους εἶναι χρὴ τοὺς ὄνυχας τοῖς ἰατροῖς αὐτὸς ἐδίδαξεν ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον, συνάπτων αὐτῶν τὴν συμμετρίαν ἡδεῖαν εἶναι τοῖς ὁρῶσι. περὶ δὲ τῶν χώραν ἐχόντων ὀνύχων ἤ τι τοιοῦτο, καθάπερ γε καὶ περὶ τῆς ἐν κεφαλῇ τῶν τριχῶν ἀλωπεκίας ἢ ὀφιάσεως οὐδὲ λόγου δεῖται. ταῦτα γὰρ ὡς ἤδη παρὰ φύσιν αἴσχιστόν ἐστιν ἔχειν ἰατρῷ, καθάπερ γε καὶ ἀρθρῖτιν ἰσχυρὰν ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. ὀδμή. καὶ τῆς

veſtimentis, quonam pacto jucundiora aegrotanti conjicere oporteat ſupra comprehenſum eſt. Tonſura capillorum. Tonſura naturaliter quidem optima fuerit, ſi ad capitis ſanitatem conſervandam fiat: aliis enim alia tonſurae ſpecies convenit; aegrotis vero non omnibus idem tonſurae genus placet. Hoc igitur te quoque conſiderare oportet ejus, quem medicaris, rationem habentem, quemadmodum Antonio Commodi patre imperante omnes ejus familiares faciebant, ad cutem uſque detonſi. Lucius vero eos mimos appellabat et idcirco rurſum, qui cum ipſo verſabantur, comam nutriverunt. Ungues. Quantos medicis ungues eſſe oporteat, ipſe in libro de agendis in medicatrina edocuit, illud addens, ipſorum decentem modum adſpectantibus eſſe jucundum. De unguibus autem, ſcabie, aut aliquo alio id genus vitio affectis, quemadmodum et de pilorum capitis affectibus, alopecia ſcilicet et porrigine, neque ſermo faciendus eſt: haec enim ut jam praeter naturam medicum pati, ſicut et morbum articularem vehe-

Ed. Chart. IX. [484. 485.] Ed. Baſ. V. (495. 496.)

ὀδμῆς τοῦ σώματος ὅλου καὶ τοῦ στόματος ἡ μέν τίς ἐστιν ἐνίοις φύσει μοχθηρὰ, καθάπερ γε καὶ ἄλλοις τισὶν ἄμεμπτος, ἡ δ' ἐξ ἀμελείας ἐγγίνεται, μηδὲν ἡγουμένων ἁμαρτάνειν τῶν ἰατρῶν, ἐὰν ἤτοι σκόροδον ἢ κρομμύων ὄζοντες ἐπισκοποῦνται τοὺς νοσοῦντας. ἐπὶ δὲ Κοΐντου τοῦ κατὰ τὴν πατρίδα ἡμῶν ἰατρεύοντος ἐν Ῥώμῃ καὶ τοιοῦτό τι συνέβη. μετ' ἄριστον ἐπεσκέπτειό τινα τῶν πλουσίων τε καὶ πολὺ δυναμένων ἀνδρῶν, ὄζων οἴνου σφοδρῶς. πυρέττων οὖν ἱκανῶς ὁ κάμινων ἅμα κεφαλαλγίας καὶ διὰ τοῦτο μὴ φέρων τὴν ἐκ τοῦ οἴνου προσπίπτουσαν ὀσμὴν ἠξίου προσωτέρω χωρήσειν τὸν Κοΐντον, ἀνιᾶν αὐτὸν ἐξόζοντα σφοδρῶς οἴνου. ταῦτα μὲν οὖν ὁ κάμνων ἐφαίνετο μετρίως λέγειν· ὁ Κοΐντος δ' ἀβελτέρως αὐτῷ προσενεχθεὶς ἐκέλευσεν ἀνέχεσθαι (496) τῆς ὀσμῆς. καὶ γὰρ ἑαυτὸν ἔφη τοῦ κάμνοντος ἀνέχεσθαι πυρετοῦ ὄζοντος, εἶναι δ' οὐκ ἴσον ἢ πυρετὸν ἢ οἶνον ὀσμᾶσθαι. ἕτερον δ' ἰατρὸν [485] ἐπὶ τῆς ἡμετέρας Ἀσίας οἶδα δυσώδεις ἔχοντα τὰς μάλας

mentiorem et aliquid ejusmodi aliud turpiſſimum eſt Odor. Porro totius corporis odor et oris praecipue nonnullis quidem natura putidus eſt, ſicut aliis quibusdam ſine vitio, nonnunquam per incuriam teter odor ſit, quum medici nihil errare ſe putant, ſi caepas aut allium redolentes aegrotos viſant. Quinto ſane civi noſtro Romae medicinam exercenti id contigit. A prandio divitem quendam ac praepotentem hominem vini odorem vehementer ſpirans inviſit. Aeger itaque cum capitis dolore magnam febrem habens, atque ideo vini odorem exeuntem aegre ferens, Quintum, ut longius aliquanto recederet rogavit, quoniam vinum immoderatius redolens ipſum contriſtaret et quidem aegrotus modeſte dicere videbatur. At Quintus ipſi ſtolidius reſpondens odorem ut aequo animo ferret praecepit, nam et ſe quoque aegrotum ex febri male olentem ſuſtinere dicebat, multum autem intereſſe febremne quis aut vinum redoleret. Alter fuit medicus in noſtra Aſia, cui axillae adeo foedum odorem exſpirabant,

Ed. Chart. IX. [485.] Ed. Baſ. V. (496.)

ὡς διὰ τοῦτο μὴ φέρειν αὐτοῦ τὴν εἴσοδον ἄνθρωπον νοσοῦντα μηδένα καθάριον. ἐχρῆν οὖν αὐτὸν ἑαυτοῦ πρῶτον ἰᾶσθαι τὸ σύμπτωμα καὶ οὕτως ἐπιχειρεῖν ἑτέρους θεραπεύειν. ἐγχωρεῖ γὰρ, εἰ καὶ σύμφυτον ὥσπερ καὶ τοῖς τράγοις ἐστὶν, ἀλλά τοι μετριώτερόν γ' αὐτὸ ποιήσαντα τὸ μέτριον αὖθις τοῦτο πραΰνειν ἑκάστης ἡμέρας διαιτάσμασιν ἀμβλυντικοῖς δυσωδίας. ἄλλος γοῦν τις ἔχων δυσῶδες φύσει τὸ στόμα προὐνοήσατο μετριώτερον αὐτὸ ποιήσασθαι διά τε καθάρσεως καὶ φαρμάκων πόσεως ἐπιτηδείων εἰς τοῦτο, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὀλίγιστόν τι λαμβάνων εἰς αὐτὸ ποτὲ μὲν ἀμώμου, ποτὲ δὲ μαλαβάθρου φύλλου, ποτὲ δ' ἄλλου τινὸς τῶν εὐωδῶν οὕτως ἐκ τῆς οἰκίας προήρχετο.

ι'.

Ὕδωρ ἀφεψηθὲν τὸ μὲν ὡς δέχηται τὸν ἀέρα, τὸ δὲ μὴ ἔμπλεον εἶναι καὶ ἐπίθεμα ἔχειν.

---

ut vir nullus elegantior ejus acceſſum aegrotans ferre poſſet. Oportebat igitur eum prius ſuo ipſius ſymptomati mederi atque ita ad alios curandos ſeſe accingere. Nam etſi, ut hircis, ingenitus putor inſit, ad mediocritatem tamen quandam redigi poteſt; rurſum haec mediocritas quotidianis inſperſionibus, foetorem obtundentibus mitigari poterit. Alius igitur quidam os naturaliter putidum habens, ejus putorem et purgatione et medicamentorum ad id facientium potu mitigabat, atque quotidie aut amomi aut folii malabathri aut aliorum id genus odoratorum, in ipſum pauxillum quiddam conjiciens, ita ex aedibus proficiſcebatur.

X.

Aqua decocta tum quidem ut aërem admittat tum vero ne plenum ſit et operculum habeat.

Ed. Chart. IX. [485.] Ed. Baſ. V. (496.)

Ἐπὶ τίνων παθῶν ἢ τίνος ἕνεκα χρείας ἀφεψεῖν προσήκει τὸ ὕδωρ, εἴτ' οὖν ἅπαν εἴτε μόνον τὸ μοχθηρὸν, οὐκ εἴρηται κατὰ τὴν ῥῆσιν, ὥστ' οὐδ' ὠφέλειά τις ἔξ αὐτῆς ἡμῖν ὑπάρχει. φαίνεται γὰρ ὥσπερ ἄλλα πολλὰ τοῦ ζητῆσαι χάριν ἢ καὶ συγγράψαι πρὸς ἔκδοσιν ὁ Ἱπποκράτης ἐν τούτοις τοῖς βιβλίοις ὑποτυπούμενος, οὕτω καὶ τοῦτον γράψαι τὸν λόγον ἐλλιπῶς μὲν ἡμῖν, ἑαυτῷ δ' εἰς ἀνάμνησιν οὐκ ἐλλιπῶς. εἰ δὲ πρόβλημα θέντες ἦμεν ἡμῖν αὐτοῖς εὑρεῖν ὁποῖα τῶν ὑδάτων ἀφεψεῖν χρὴ πρότερον, εἶτα ψύξαντας πίνειν, εἴ γε δὴ ψυχρὰ πίνειν ἐθέλοιμεν αὐτὰ καὶ κατὰ τοὐναντίον αὖ τινα θερμὰ βουλόμενοι πίνειν οὐχ ὁμοίως ἐψήσωμεν. ἀλλὰ τῷ μὲν ἐπίθεμα ποιήσαντες ἁρμόττον τῷ σκεύει καθ' ὃ θερμαίνεται, τῷ δὲ μηδὲν ἐπιθέντες, ἀλλ' ἐπιτρέψαντες διὰ γυμνοῦ καὶ ἀστεγάστου τοῦ ἀγγείου τὸ θερμαινόμενον ὕδωρ ὁμιλεῖν τῷ πέριξ ἀέρι· ζητήσωμεν δὲ ἀκολούθως καὶ τινα παθήματα δεῖται θερμῶν ἢ ψυχρῶν ὑδάτων· αὐτοὶ μέντοι τι χρήσιμον εὑρίσκομεν,

In quibus affectibus aut cujus utilitatis cauſa aquam decoquere aut quamcunque aut vitioſam tantum conveniat, in verbis iſtis declaratum non eſt; quamobrem neque ullum ex ipſis fructum percipimus. Videtur namque Hippocrates, ſicut alia multa in his libris quaerendi magis cauſa quam in vulgus edendi adnotavit, ita hunc quoque ſermonem conſcripſiſſe, nobis quidem imperfectum, ſibi vero ipſi ad recordationem integrum. At ſi nobis ipſis hunc modum explicandum proponamus, qualem aquam prius decoquere conveniat, atque ita deinde refrigeratam bibere, ſiquidem ipſam frigidam bibere volumus; et contra rurſus, quam calidam aquam bibere volentes, haud perinde coquemus, ſed huic operculum facientes, vaſi, in quo calefacta eſt, magnitudine reſpondens; illi vero nullum tegmen imponentes, ſed calentem aquam in nudo detectoque vaſe, ſub dio expoſitam dimittentes; et quaeremus deinceps, qui affectus calidas quive frigidas aquas poſtulent; nos quidem utile aliquid inveniemus, nihil ta-

Ed. Chart. IX. [485.] Ed. Baſ. V. (496.)

οὐ μὴν ἐκ τῆς προκειμένης ῥήσεως εἰς τὴν εὕρεσιν ὠφεληθησόμεθα, τὴν ἀρχὴν γὰρ ὅλως οὐδὲν ἀποσαβεῖ. διὸ καὶ τινὲς μὲν αὐτὴν συνάπτουσι τῇ προγεγραμμένῃ, καθάπερ Ἀρτεμίδωρος ἐπικληθεὶς Καπίτων, οἱ πλεῖστοι δ' ἀποχωρίσαντες ἰδίᾳ σκοποῦνται μόνην. ἐὰν οὖν συνάπτηται τῇ προκειμένῃ, τοιόνδε τινὰ τὸν νοῦν ἕξει, αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες οἷον τὸ καθαρίως ὀρᾷν ἢ ποτὰ ἢ βρωτά, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τούτοις ἐφεξῆς εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης. εἶτ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ καὶ τὸ ὕδωρ δὲ δοτέον αὐτοῖς ἐνίοτε ψυχρὸν, ὅταν ἤτοι μηδ' ὅλως ἐλπίσωμεν ἐκ τῆς πόσεως αὐτοῦ γενήσεσθαί τινα βλάβην ἢ παντάπασιν ὀλίγην, εἶθ' ἑαυτῷ πρὸς ἀνάμνησιν, ὥς φασιν, ἐφεξῆς ἔγραψε τὸν τρόπον τῆς παρασκευῆς αὐτοῦ· τάχα μὲν οὐδέποτε βουλόμενος ἀπὸ πηγῆς ὕδωρ διδόναι, πρὸ τοῦ θερμανθῆναι, τάχα δὲ διορισμόν τινα εὑρηκὼς, οἷς τε χρὴ διδόναι θερμανθέν τε καὶ ψυχθέν, οἷς τε χωρὶς τοῦ θερμανθῆναι. τάχα δὲ τὸ μὲν ἄμεμπτον ὕδωρ ἄνευ τῆς ἑψήσεως, τὸ δὲ μοχθηρὸν ἑψήσας ἐβούλετο

men ad inventionem ex propoſitis verbis proficiemus, quandoquidem initium nullum clarum habent. Quocirca et nonnulli ipſa cum ſupra poſitis copulant, ut Artemidorus voluit cognomento Capito; ſed plurimi ipſa ab illis ſeparantes ſeorſum conſiderant. Igitur ſi cum antepoſitis conjungantur, hujusmodi eorum ſenſus erit, laborantibus gratiae, ut munde parare aut potulenta aut eſculenta et cetera quae deinceps dixit Hippocrates. Deinde poſt ultima verba, aqua vero et ipſis interdum frigida propinanda, quum aut offenſam prorſus nullam aut perexiguam, ex ejus potu fore metuamus. Deinde ſibi ipſi ad reminiſcentiam, ut ajunt, deinceps modum ipſius praeparandae tradidit, fortaſſe nequaquam volens fontanam aquam prius quam incaluerit exhiberi; fortaſſe vero et aliquam diſtinctionem nactus, quibus calefacta prius et mox refrigerata, aut quibus, omiſſa calefactione, potui danda ſit. Aut forſan optimam aquam non coctam, vitioſam vero coctam praebere voluit. Fortaſſis etiam optimae aquae

Ed. Chart. IX. [485. 486.] Ed. Baſ. V. (496.)

δίδοσθαι, τάχα δὲ καὶ ψύξιν ὕδατος [486] ἀπείπου γράφει διττὴν, ἑτέραν μὲν ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀέρος γινομένην. κατὰ γοῦν Ἀλεξάνδρειάν τε καὶ πᾶσαν Αἴγυπτον ἐθεασάμην ἀποψύχοντας αὐτοὺς τὸ ὕδωρ ἐν ἀγγείοις τισὶν ὀστρακίνοις τρόπῳ τοιῷδε· δύναντος ἡλίου προθερμήναντες αὐτὸ τοῖς ἀγγείοις ἐνέβαλον, εἶτα μετέωρον ἐκρέμων ὅλον τοῦτο τὸ ἀγγεῖον ἐν θυρίσιν ἐστραμμέναις πρὸς ἄνεμον, ὡς δι' ὅλης νυκτὸς ψύχεσθαι, κἄπειτα πρὶν ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον ἐπὶ τῆς γῆς ἐτίθεσαν ὕδατι ψυχρῷ κατερραμμένης, ἐν κύκλῳ φύλλα ψυχρὰ περιετίθεσαν ὅλῳ τῷ ἀγγείῳ, ποτὲ μὲν ἀμπέλων ἢ θριδακίνης, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄλλων τινῶν ὁμοίων, ὡς διαμένειν ἐπὶ πλεῖστον ἦν κατὰ τὸν νυκτερινὸν ἀέρα τὸ ὕδωρ ἐπεκτήσαιτο ψύξιν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἤρχοντο παρασκευὴν οἱ ἄνθρωποι μὴ παρόντος αὐτοῖς ὕδατος ἀμέμπτου. λέγω δ' ἄμεμπτον τὸ μήτ' ἰλύος ἔχον τι μήτε φυσῶδες, ἀποιότατόν τε γευομένοις. ἔνια γὰρ ἀτύπους ἐπιμεμιγμένας ἔχει ποιότητας, ἀλῶν ἢ λίτρου ἢ θείου τε καὶ ἀσφάλτου καὶ στυπτηρίας ἑτέρων τε τοιούτων. ἐφ' ὧν

duplicem refrigerationem prodit, unam quidem quam circumfuſus aër efficit. Porro in Alexandria totaque Aegypto ipſos aquam in teſtaceis quibusdam vaſis hoc modo refrigerare conſpexi. Occidente ſole aquam prius calefactam in vaſcula fundebant; deinde ſublime totum hoc vas in feneſtris vento adverſis, ut ibi per totam noctem refrigeſceret, ſuſpendebant; poſtea ante ſolis ortum vas humi depoſitum frigidam aquam circumſpergentes, frigida etiam folia toti vaſi circumdabant, nonnunquam vitium aut lactucae, nonnunquam vero et aliarum id genus herbarum, ut frigus id quod ſub nocturno aëre acquiſiverat diutius permaneret; multo vero magis ad hujusmodi apparatum, quum optimae aquae ipſis facultas rara eſſet, homines devenere. Dico autem optimam aquam et omni vitio carentem quae neque limi quicquam habet, neque male olet et guſtantibus nullam qualitatem prae ſe fert. Quaedam enim pravas qualitates permiſtas habent, ſalis aut nitri aut ſulphuris aut bituminis aut aluminis alio-

Ed. Chart. IX. [486.] Ed. Baſ. V. (496.)

ἁπάντων ἄμεινόν ἐστιν, ὥσπερ ὅσπριά τε πολλὰ προέψοντες ἐπιτήδεια πρὸς ἐδωδὴν ἐργαζόμεθα λάχανά τε καὶ καρποὺς καὶ ζώων μόρια, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὸ ὕδωρ ἑψήσει πρῶτον ἀλλοιοῦντες ἐπὶ τὸ βέλτιον, οὕτω προσφέρεσθαι. καὶ καθ' ἑτέραν δὲ χρείαν ὕδωρ προθερμαίνοντες ψύχομεν, εἴ γε μήτε γεῦσιν ἔχοι μητ' ὀδμὴν μοχθηράν, ἀκριβῶς δ' εἴη καθαρὸν, ὅταν αὐτοῦ πειραθῶμεν, ἤτοι γε πλέον ἐν τῇ γαστρὶ διαμένοντος ἢ πλήττοντος αὐτὴν ἢ ἐκφυσῶντος ἢ βαρύνοντος. ἔστι γὰρ ἀμέλει καὶ τοιαῦτα πολλὰ περὶ ὧν μάλιστά μοι δοκεῖ γεγραφέναι τὴν διάκρισιν ἀπὸ τῶν ἀρίστων ὑδάτων ὁ Ἱπποκράτης, ἔνθα φησίν· ὕδωρ τὸ ταχέως ψυχόμενον κουφότατον. οὐ γὰρ ἐπὶ τῶν βορβορωδῶν ἢ δυσωδῶν ἢ φαρμακώδές τι κατὰ τὴν γεῦσιν ἐμφαινόντων ἡ τοιαύτη διάγνωσίς ἐστι χρήσιμος, ἃ γε προδήλως ἐμφαίνεται πᾶσιν, ἀλλ' ἐφ' ὧν οὐδὲν μὲν τούτων ἐστὶν, ἕτερα δέ τις ἤτοι δι' ἐπιμιξίαν ἀέρος μοχθηροῦ κακία περὶ τὸ ὕδωρ ἐστὶν, ἢ τις ἄλλη σύμφυτος αὐτῷ τῷ ὕδατι διαλελῃθυῖαν

rumque id genus. In quibus omnibus praeſtat, quemadmodum legumina multa praeclixantes idonea eſui praeparamus et olera et fructus et animalium partes, eadem ratione et aquam prius decoctione ad meliorem naturam permutantes ita propinare. Praeterea et ob alium ſane uſum aquam percalefactam refrigeramus, etſi neque ſapore, neque odore malo depravata ſit, neque ſic exquiſite pura, quando in ventriculo ipſam diutius commorari aut percellere aut inſtare aut degravare ventriculum perceperimus. Sunt enim profecto et id genus multae, quarum praecipue ab optimis aquis diſcretionem Hippocrates mihi ſcripſiſſe viſus eſt, ubi inquit: aqua cito incaleſcens ac cito refrigeſcens leviſſima. Neque enim in lutoſis aut male olentibus aut quippiam medicamentoſum guſtatui imprimentibus, hujusmodi ſignum uſui eſſe poteſt, quum illae omnibus notae apertaeque ſint; ſed in illis, quae omnibus hiſce qualitatibus careant. Aliud vero ex aëris corrupti miſtione vitium ineſt aut aliud quodpiam ipſi aquae inge-

Ed. Chart. IX. [486.] Ed. Baſ. V. (496.)

ἔχουσα τὴν αἰτίαν. ἐπὶ τούτων γὰρ ἡ εἰρημένη διάγνωσις ἄριστον κριτήριον, οὔτε γὰρ θερμαίνεται ταχέως οὔτε ψύχεται τὰ τοιαῦτα τῶν ὑδάτων· ἑτέρα τε παραπλησία τῇδε διὰ τῶν ἑψομένων ἐν αὐτῷ λαχάνων ἢ ὀσπρίων ἢ καρπῶν ἢ κρέων ἢ ῥιζῶν. τάχιστα μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἀρίστοις ὕδασι, βραδύτατα δὲ ἐν τοῖς μοχθηροῖς ἕψεται. καὶ κεκλήκασί γε τὰ οὕτω μοχθηρὰ τῶν ἀρχαίων τινὲς ἀτέραμνά τε καὶ ἀτεράμονα, παραπλησίως αὐτοῖς ὀστρίοις ὅσα δυσχερῶς ἕψεται. διὰ τοιαύτας μὲν οὖν χρείας ἐνίοτε προθερμαίνοντες ὕδωρ ψύχομεν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ θερμὸν αὐτὸ πίνειν μέλλοντες, ὅταν ᾖ βορβορῶδες ἢ ἰλυῶδες ἢ δυσῶδες· οὕτω προπαρασκευάζομεν. ὅταν γὰρ προθερμανθὲν ψυχθῇ, κατὰ μὲν τὴν αἴσθησιν ἀποτίθεται τὴν δυσωδίαν ἣν ἐκ σηπεδόνος τοὐπίπαν ἐπικτᾶται, τό τε γεῶδες ἅπαν ἑστὰμενὸν ἴσχει ῥᾳδίως, ὃ πρὶν θερμανθῆναι κατὰ σμικρὰ μόρια μεμιγμένον ἅπαντι τῷ ὕδατι πινόμενον, ἅμα αὐτῷ βλάβην οὐ σμικρὰν ἐργάζεται, καὶ μάλιστ' ἐφ' ὧν τὰ κατὰ νεφροὺς

nitum ab ignota cauſa proveniens. In his quidem ſupradicta nota optimum dijudicandi inſtrumentum eſt: neque enim id genus aquae cito calefiunt aut refrigerantur. Aliud quoque indicium huic ſimile ab oleribus aut leguminibus aut fructibus aut carnibus aut radicibus in ipſa aqua incoctis accipitur: ſiquidem in optima aqua celerrime, in vitioſa tardiſſime elixantur, vocantque hujusmodi vitiatas aquas veteres quidam indomitas, ſive crudas, ſive incoctiles, perinde ac ipſa legumina, quae difficulter vixque elixantur. Ob has itaque utilitates nonnunquam praecalefactam aquam refrigeramus. Quin ipſam calidam bibituri, quum aut lutulenta aut limoſa aut foetens eſt, hunc in modum praeparamus. Nam praecalefacta quum refrixit, tunc evidenter putorem, quem ex putredine plerumque contraxerat, abjicit omnisque pars terrea facile ſubſidet; quae cum tota aqua priusquam incaluiſſet, minutatim permiſſa unaque cum ipſa epota aut contemnendam noxam infert, et maxime quibus renes aut

Ed. Chart. IX. [486. 487.] Ed. Baſ. V. (496. 497.)

ἢ κύστιν ἐπιτήδεια πρὸς λίθων γένεσίν ἐστι [487] καὶ τό γε ἐξαιθριάζειν οὐ μόνον τὸ ὕδωρ τὸ θερμανθέν, ἀλλὰ καὶ ἄλλ' ἄττα δοκεῖ μοι τοὺς ἰατροὺς ἐπινοεῖσθαι, τῆς τοιαύτης διακρίσεως ἕνεκεν. ὅσα γὰρ ἐξ ἑτερογενῶν οὐσιῶν σύγκειται, κατὰ σμικρὰ μόρια τὴν μίξιν ἐσχηκότα, ταῦτα ψυχόμενα μετὰ τὸ θερμανθῆναι ῥᾳδίως διακρίνεται. πρὶν δὲ ψυχθῆναι, μετὰ τὴν ἕψησιν ἔτι κονιᾶται καὶ διὰ τοῦτο ἀναμέμικται πάντ' αὐτοῦ τὰ μόρια. ψυχομένων δὲ τὸ μὲν βαρὺ καὶ γεῶδες ἐν αὐτοῖς ὑφιζάνει, τὸ δὲ κοῦφον ἐπιπολῆς ἵσταται. εἰ μὲν συνάπτοιτο τοῖς προειρημένοις ἐν οἷς ἔγραψεν ὁ Ἱππο- (497) κράτης τὰς τοῖς κάμινουσι χάριτας, ὅ περὶ τῶν ὑδάτων ἑψήσεως λόγος ἥ τε χρεία σαφὴς ἐστὶν αὐτοῦ, τό τε λεγόμενον αὐτὸ τάχ' ἂν εὕροιμεν ἀκριβῶς ὁποῖόν ἐστιν. εἰ δ' ἀποσχίσαντες ἀπὸ τῆς τῶν προειρημένων συνεχείας τὴν ἄρτι προκειμένην ῥῆσιν ἐπισκοποίμεθα, μεστὸς ἀποριῶν λόγος ἔσται. πρότερον οὖν αὐτὸν ὡς συνημμένον ἐξηγησόμεθα, λέγοντες ὕδατος ἐν αὐτῷ δηλοῦσθαι παρασκευὴν ἁβλαβῆ τοῖς μέλλουσι πίνειν ψυχρόν, ἣν

veſica progignendis calculis proclives ſunt. At ſub dio quidem non aquam modo calentem, ſed etiam alia quaedam exponere iſtius ſeparationis cauſa medici mihi excogitaſſe videntur. Nam quaecunque ex diverſae naturae materiis conſtant, per minutas particulas mixtione conflata, haec poſt caleſactionem refrigeſcentia facile ſecernuntur, ſed ſtatim a coctione antequam refrigerentur, adhuc motione agitantur, atque ideo omnes eorum particulae permixtae ſunt; ſed refrigeratis graves ac terreae ſundum petunt, leves ſuperfluitant. Itaque ſi cum praedictis, in quibus ſcripſit Hippocrates, laborantibus gratificandum, de aquarum coctura ſermo copuletur et ipſius utilitas evidens eſt, atque id quod dicitur, qualenam ſit, exquiſite fortaſſe invenerimus. Sin autem a praedictorum continuitate modo propoſita verba divellentes ſeparatim contemplemur, plena dubitationum erit oratio. Prius igitur ipſum, ut ſuperioribus annexum explanabimus, dicentes aquae ab ipſa praeparationem innoxiam ſignificari frigidam

Ed. Chart. IX. [487.] Ed. Bas. V. (497.)

κἀγὼ ποιοῦμαι πολλάκις, ὅταν μέλλω τινὶ διδόναι τῶν νοσούντων ὕδωρ ψυχρὸν, ἀπορῶν πηγῆς ἄμεμπτον ἐχούσης. ἐν Ῥώμῃ γὰρ ὥσπερ ἄλλα πολλὰ πλεονεκτήματα ἐν τῇ πόλει ἐστὶν, οὕτω καὶ τὸ τῶν πηγῶν κάλλος τε καὶ πλῆθος οὐδεμιᾶς οὔτε δυσῳδὲς οὔτε φαρμακῶδες οὔτε θολερὸν οὔτ' ἀτέραμνον ἐχούσης ὕδωρ, ὥσπερ οὐδ' ἐν Περγάμῳ παρ' ἐμοί. κατ' ἄλλας δὲ πόλεις πολλὰς οὐκ ὀλίγα μοχθηρὰ τῶν ὑδάτων ἐστί. τά γε μὴν ἐκ τῶν Τιβουρτίνων ὀρῶν ὕδατα διὰ τῶν λιθίνων ἀγωγῶν εἰς τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀγόμενα τῆς μὲν ἄλλης ἀπήλλακται κακίας, ἀτέραμνα δὲ πώς ἐστιν, ὡς μήτε θερμαίνεσθαι ταχέως, ὥσπερ αἱ κατὰ τὴν πόλιν πηγαὶ, μήτε ψύχισθαι μήτε ἕψεσθαι διὰ ταχέων ἐν αὐτοῖς ὥσπερ ἐν πηγαίοις, ὅσαπερ ἂν ἐμβάλῃ τις ὄσπριά τε καὶ λάχανα καὶ κρέα. τούτων δ' ἄλλα κατ' ἄλλας χώρας πολὺ μᾶλλόν ἐστιν ἀτέραμνα καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν ἐπιχωρίων ὀνομαζόμενα σκληρὰ καὶ βαρέα, διὰ τὸ πλήττεσθαί τε καὶ γαστέρα καὶ μετὰ τὴν πόσιν αἰσθάνεσθαι βάρους τοὺς πλείονας. εἰώθασι γὰρ ἀμέλει καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν

potaturis, quam et ego ſaepius facio, quum aegrotanti alicui frigidam aquam praebiturus ſum, neque mihi fontis aqua bona ſcatentis facultas eſt. Romae namque ſicut et multa alia in ea urbe eximia ſunt, ita et fontium elegantia ac multitudo eſt admirabilis, eorum nullam foetidam aquam aut medicatam aut turbidam aut aſperam crudamque effundente, ſicut neque Pergami in patria noſtra; in multis autem aliis urbibus haud paucae depravatae aquae reperiuntur. Illae ſane, quae ex Tiburtinis montibus per lapideas fiſtulas in Romanam civitatem derivantur, aliis quidem vitiis carentes, crudiuſculae tamen ſunt, ut neque celeriter calefiant, ut urbani fontes, neque refrigerentur, neque celeriter in ipſis, ut in fontanis aquis, quaecunque injeceris, elixentur legumina et olera et carnes. Ex his autem aliae aliis in locis multo crudiores ſunt et ab ipſis indigenis durae gravesque nominantur, quod ventriculum infeſtent et a potu onus quoddam plures percipiant: nam fere et alias multas cauſas

Ed. Chart. IX. [487.] Ed. Baf. V. (497.)

ποιούντων αἰτίων ὁτιοῦν ἀπὸ τοῦ γινομένου παρονομάζειν, οὕτω γοῦν καὶ τοὐναντίον ὕδωρ τῷδε τὸ κάλλιστον ἐπαινοῦντες ὀνομάζουσι κοῦφόν τε καὶ μαλακόν. ἀλλὰ ταῦτά γε πάντα τὰ λελεγμένα χρήσιμα μέν ἐστι γινώσκεσθαι, διδάσκεται δ' οὐδὲν αὐτῶν ἐκ τῆς προκειμένης ῥήσεως. οὔτ' οὖν ἀναποδείκτως οὔτε μετ' ἀποδείξεως οὔτε διὰ βραχέων ἀσαφέστερον οὔτε διηρθρωμένως μακρότερον. ἄμεινον οὖν ἐστι, κατά γε τὴν ἐμὴν γνώμην, ὑπερβαίνειν ὅλας τοιαύτας λέξεις. ἐὰν μὲν ὅπως χρὴ παρασκευάζειν ὕδωρ εἰς πόσιν ψυχρὸν ὁ Ἱπποκράτης προὔθετο γράφειν, ὁ νοῦς αὐτῆς ἔσται τοιοῦτος· ἐὰν ἕψωμεν ὕδωρ ἕνεκεν τῆς προειρημένης χρείας, ἤτοι γ' οὐδὲν ἐπιθήσομεν τοῖς ἀγγείοις ἐν οἷς ἑψομεν, ἀλλ' ἐπιτρέψομεν ὁμιλεῖν τῷ πέριξ ἀέρι τὸ ἑψόμενον, ἢ τοὐναντίον ἀποκλείσομεν τὸν ἀέρα, στεγνώσαντες πώματι τὸ ἀγγεῖον. αὐτὰ δὲ δὴ ταῦτα πάλιν ἤτοι κατὰ τὴν ἕψησιν αὐτὴν ἢ κατὰ τὴν ἐπ' αὐτῇ γενησομένην ψύξιν εἰρῆσθαι δυνατὸν ἀκούειν ἐστί. πιθανώτερον μὲν ἐπὶ τῆς ψύξεως,

quicquam efficientes ab effectu denominare conſueverunt; ſic igitur et huic contrariam aquam, optimam ſcilicet laudantes, levem et mollem adpellant. Ceterum omnia haec enarrata cognitu quidem utilia ſunt, ſed nihil ipſorum propoſita verba docent, neque ſine oſtenſione, neque cum oſtenſione, neque breviter et obſcurius, neque dilucide ac prolixius. Satius igitur mea quidem ſententia fuerit omnes hujusmodi orationes integras praeterire. Quamobrem ſi Hippocrates quo pacto aquam potui frigidam praeparare oporteat tradere propoſuit, hujusmodi erit verborum ſenſus. Si aquam praedicti uſus cauſa decoquamus aut nihil vaſculis, in quibus decoquitur, ſuperimponemus; ſed quae decoquitur, aquam in aëre ambiente libere verſari permittemus; aut e contrario aliquo operculo vaſculum integentes aërem excludemus. Rurſum vero haec ipſa aut inter decoquendum aut ab decoctione inter refrigerandum fieri debere dictum eſſe intelligere poſſumus; ſed in refrigeratione intelligi credi-

Ed. Chart. IX. [487. 488.] Ed. Baf. V. (497.)

ἀπιθάνως δ' ἐπὶ τῆς ἑψήσεως. οὐ γὰρ ἔχομεν εἰπεῖν ἥντινα χρείαν ἡμῖν παρέξει κατὰ τὴν ἕψησιν ὁ περιέχων ἀὴρ ἢ κωλυόμενος ἐμπίπτειν τοῖς ἑψομένοις ὕδασιν. ἐπὶ [488] δὲ τῆς μετὰ τὴν ἕψησιν ψύξεως, ἔνθα μὲν ἀποροῦμεν, ἤτοι φρέατος ἐν ᾧ τὸ ἀγγεῖον ὑποθήσομεν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπίθεμά τε ποιῆσαι τῷ ἀγγείῳ καὶ πάντοθεν ἀκριβῶς αὐτὸ στεγνῶσαι· ἔνθα δ' οὐδὲν τὸ ἀγγεῖον ἀπώμασιον ὡς δέχεται τὸν ψυχρὸν ἀέρα. τινὲς δὲ τῶν ἐξηγητῶν ὅσοι γε χωρὶς τοῦ συνάψαι τοῖς προειρημένοις ἀναγινώσκειν ἀξιοῦσι τὴν προκειμένην λέξιν, εἶναι μὲν αὐτῷ τὸν λόγον φασὶ περὶ τῶν μοχθηρῶν ὑδάτων καὶ μάλισθ' ὅσα διὰ γεώδη τινὰ οὐσίαν ἐμφερομένην, τοιαῦτ' ἐστί. μέτρον δ' εἰρῆσθαι τῆς ἑψήσεως, ἄχρι τοσούτου αὐτὰ δεῖν ἕψειν, ὡς ἂν γένηται καθαρὰ καὶ διαυγῆ, δεξάμενα τὸν ἔξωθεν ἀέρα. διὰ γὰρ τὴν τούτου μίξιν, οὐ δι' ἑαυτὰ λαμπρὰ φαίνεσθαι τὰ κάλλιστα τῶν ὑδάτων, εἰς φυσιολογίαν ἑαυτοὺς ἐμβάλλοντες, ὑπὲρ ἧς οὐδένα λόγον ἀποδοῦναι δύνανται. λαμπρὸν γὰρ

bilius eſt, in decoctione vero incredibile. Neque enim docere poſſumus cuinam uſui inter coquendum aër ambiens futurus ſit, quae decoquuntur aquas ne attingat excluſus; ſed in refrigerando poſt cocturam, ubi alicujus putei, in quem vaſculum demittamus, nobis facultas eſt aliquo tegmine vaſculum claudere atque undique diligenter obſtruere neceſſe eſt. Ubi vero puteo caremus, detectum vas, ut frigidum aërem admittat, relinquere convenit. Ceterum nonnulli explanatores verba haec a ſuperioribus disjuncta legenda eſſe cenſentes Hippocrati de vitioſis aquis ſermonem fieri ajunt, deque illis maxime, quaecunque ob aliquam terream admixtam materiam hujusmodi ſunt. Menſuram autem temporis cocturae eam eſſe oportere, ut eo uſque ſcilicet coquantur, donec purae fiant, atque aërem externum ſi admittant, perſpicuae: ob hujus enim admixtionem, non ſuapte natura optimas aquas ſplendidas apparere aſſeverant, atque ita de rerum natura ſermonem aggrediuntur, cujus ipſi nullam rationem aſſi-

Ed. Chart. IX. [488.] Ed. Baſ. V. (497.)

φαίνεται τὸ καθαρὸν ὕδωρ οὐκ αὐγῆς τινος ἔξωθεν ἐμπιπτούσης εἰς αὐτὸ λαμπρᾶς, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀλλοίωσιν, ἣν ἐκ τοῦ προσπίπτοντος ἔχει φωτὸς, ὥσπερ γε καὶ αὐτὸς ὁ ἀήρ. οὐδὲ γὰρ οὐδ' οὗτός ἐστι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν λαμπρὸς, πάντως ἂν ἦν καὶ νύκτωρ τοιοῦτος, ἀλλὰ τοῖς ἄνω πέρασιν αὐτοῦ προσπιπτούσης τῆς ἡλιακῆς αὐγῆς ὅλος ἀλλοιοῦταί τε καὶ μεταβάλλεται συνεχὴς ὢν ἑαυτῷ. τὸ δὲ κενὰς εἶναί τινας χώρας ἢ κατὰ τὸ ὕδωρ ἢ κατὰ τὸν ἀέρα, τῇ μὲν Ἐπικούρου τε καὶ Ἀσκληπιάδου δόξῃ περὶ τῶν στοιχείων ἀκόλουθόν ἐστι· τῇ δ' Ἀριστοτέλους τε καὶ Στοιχικῶν ἐναντίον οὐδαμόθι κενὸν οὐδὲν ἐν τῷ κόσμῳ πεπεισμένων ὑπάρχειν, ἀλλ' ἐκπεπληρῶσθαι πάντα σώμασιν. οὐδὲ γὰρ κατὰ τὴν κίσσηριν αἱ μεταξὺ τῶν γεωδῶν σωμάτων χῶραι παντάπασιν αὐτοῖς εἶναι δοκοῦσι κεναί. περιέχεσθαι γοῦν ἐν αὐταῖς τὸν ἀέρα φασί. κατὰ μέντοι τὸ ὕδωρ οὐκ εἶναί τινα ποροποιΐαν τοιαύτην ὁποία κατὰ τὴν κίσσηριν ἐστιν, ἀλλὰ συνεχὲς ἑαυτῷ παντοίως ὑπάρχειν αὐτό. βέλτιον οὖν εἰρῆσθαι νομίζειν ὅ φησιν, ὡς δέχηται τὸν ἀέρα

gnare poſſunt. Splendida namque pura aqua conſpicitur, non aliqua ſplendida luce extrinſecus in ipſam incidente, ſed ab occurrente lumine permutata, quemadmodum et aër neque ipſe ex propria natura lucens, alioqui et noctu omnino luceret, verum ſummos ejus fines ſolari radio feriente, totus quum ſit ſibi ipſe continuus, alteraſcit et commutatur. In aqua vero aut aëre inania eſſe ſpatia, cum Epicuri et Aſclepiadis de elementis opinione concordat. Ariſtotelis autem Stoicorumque placitis adverſatur, quod nullum in mundo locum eſſe vacuum, ſed omnia corporum plena eſſe ſibi perſuaſerunt; neque enim in pumice cavitates terreis corporibus interjectae ipſis penitus vacuae videntur, ſed intra ipſas aërem contineri teſtantur: in aqua quidem haud eſſe talem meatuum fabricam, qualis in pumice lapide conſpicitur, ſed quoquo verſus ipſam ſibi eſſe continuam. Rectius igitur eſt id quod inquit, ut aërem ſuſcipiat de vaſe non operculato dictum eſſe. Nam

Ed. Chart. IX. [488.] Ed. Baſ. V. (497.)

περὶ τοῦ μὴ πωμασθέντος ἀγγείου. καὶ γὰρ τὸ γεγραμμένον ἐφεξῆς οὐ προσίεται τὴν εἰρημένην ἐξήγησιν ἔχον οὕτως· τὸ δὲ μὴ ἔμπλεον εἶναι καὶ ἐπίθεμα ἔχειν, ἀντιδιῄρηταί τοι τῇ προκειμένῃ λέξει, καθ' ἣν φησιν ὕδωρ ἀφεψηθέν, τὸ μὲν ὡς δέχεται τὸν ἀέρα. τοῦ γὰρ ἐπιφερομένου τῷδε τῷ λόγῳ τοῦ δευτέρου, κατὰ τὴν ῥῆσιν ἀξιοῦντος ἐπίθεμα ἔχειν τὸ ἀγγεῖον, ὁ ἀντιδιῃρημένος αὐτῷ, τὸ μηδ' ὅλως ἔχει τὸ ἐπίθεμα κωλύει, καὶ τοῦτο ἐσήμηνεν ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ γράψαι, τὸ μὲν ὡς δέχηται τὸν ἀέρα. τὸ δ' οὐκ ἔχον ἑτοίμως δέχεται δηλονότι. τοῦτο δέ φαμεν ἐπὶ τῶν ἀέρος ψυχροῦ ψυχομένων ὑδάτων γίνεσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας εἰώθασι πράττειν. ἔνθα δὲ μὴ κρουνοῖς ὑποβάλλουσι τὸ ἀφεψηθὲν ὕδωρ, ἐνταῦθα βέλτιόν ἐστιν ἀπόκενον εἶναι τὸ ἀγγεῖον, ὅπως μεταξὺ τοῦ ἐπιθέματος καὶ τοῦ κατὰ τὸ ἀγγεῖον ὕδατος ἀὴρ ψυχθεὶς αὐτὸς πρότερον οὕτω τῇ ψαύσει ψύξῃ τὸ πλησιάζον ὕδωρ. ὥσπερ γὰρ ὕδωρ ἑτοιμότερον ἁπάντων τῶν γεωδῶν σωμάτων θερμαίνεταί τε καὶ ψύχεται, διότι λεπτομερέστερον αὐτῶν ἐστι, κατὰ τὸν

quod deinceps ſcriptum eſt, dictam explanationem non admittit, ita ſe habens, tum vero ne plenum ſit et operculum habeat, propoſitis ſane verbis opponitur, quae ſunt haec: aqua cocta, tum quidem, ut ſuſcipiat aërem; nam ſecundae particulae ſubſequenti, quae vas contectum eſſe vult, verba haec adverſantia operculum vaſi prorſus interdicunt, idque ſignificat Hippocrates ſcribens, tum quidem ut aërem ſuſcipiat: vas enim operculatum aërem excludet, delectum vero facile ſuſcipiet. At in aquis a frigido aëre refrigeratis id fieri nos dicimus quemadmodum Alexandriae facere conſueverunt; ubi vero torrentibus coctam aquam ſubjiciunt, tum vas aliqua ex parte inane eſſe melius fuerit, quo aër inter operculum et aquam in vaſe poſitam contentus ipſe prius refrigeratus, ſic deinde attactu vicinam aquam refrigeret. Ut enim aqua facilius quam omnia terrena corpora calet atque frigeſcit, quippe cum illa tenuitate partium ſuperet, pari ratione et aër

Ed. Chart. IX. [488. 489.] Ed. Baſ. V. (497.)

αὐτὸν λόγον ὕδατος ἀὴρ καὶ θαυμάζοιμι ἂν εἴ τις οὐκ ἔχει τούτου πεῖραν ὁσημέραι γινομένου. τῶν γὰρ τὸν οἶνον ἐχόντων ἀγγείων ὅ τί περ ἂν ἐστιν ἄνευ πώματος, ὀξύνεται ῥᾳδίως, ὥσπερ γε πάλιν αὐτὸ πωμασθὲν ἧττον τοῦτο πάσχει, ἔτι δ' ἧττον τὰ πεπληρωμένα. τὰ γὰρ ἀπόκενα διότι περιέχει ἐν αὐτοῖς ἀέρα, [489] δι' ἐκείνου μέσου θᾶττον ὑπὸ τοῦ περιέχοντος ἔξωθεν ἀλλοιοῦται πεπληρωμένα μέχρι τοῦ ψαύειν τῶν ἐπιθεμάτων, δι' ἐκείνων μὲν ἴσχει τὴν ἀλλοίωσιν ἀσθενῆ τε καὶ ἀμυδρὰν εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον ἂν ἧκε τοῦ ἐπιθέματος πυκνότητος. εὑρήσεις γοῦν τὰ μὲν ὑπὸ πίττης ἢ γύψου στεγνωθέντα μονιμώτερα γινόμενα, τὰ δ' ὑπὸ μόνου δέρματος ἧττον, ὥσπερ καὶ τὰ τοῖς τυφλοῖς πωμασθέντα· καὶ διὰ τοῦτο προϋποβάλλοντες ἢ τοιούτους ἢ δέρματος, καταγυψοῦσί τε καὶ καταπιττοῦσι τὰ κεράμια. κατὰ τοῦτον οὖν λόγον ὅταν ἐργάζεσθαι βουληθῶμεν ὕδωρ ψυχρότατον, ἔχοντες μὲν χιόνα, προθερμήναντες αὐτὸ περιτίθεμεν ἔξωθεν ἐκείνην· ἀποροῦντες δὲ χιόνος ἐκ

quam aqua; admirandumque mihi plane fuerit, niſi quispiam hujusce rei quotidie evenientis experimentum ſentiat. Vaſorum namque vinariorum quod recluſum apertumque fuerit, ut vinum facile aceſcat, in cauſa eſt, ſicut e contrario bene operculatum minus id patitur. Adhuc vero minus plena vaſa: nam quae aliquantulum vacua ſunt, quoniam aërem incluſum habent, per illum medium celerius ab ambiente extrinſecus permutantur, ſed plena ita ut vinum operculum attingat, per illum quidem imbecilliter admodum atque obſcure eo uſque vitiantur, quo uſque ſane tegumenti denſitas pervenit. Invenies itaque picata aut gypſata dolia diutius vina ſincera conſervare, ſed quae ſolo corio, ſicut et quae cuneis obſtruunt, breviori tempore durant; quocirca obſtructa prius cuneis aut corio dolia gypſo deinde ac pice oblinunt. Hac ergo ratione quum aquam frigidiſſimam reddere voluerimus, nivem et ipſam prius calefactam, ut facilius permutetur, refrigerabimus: nam quodque prius calefactum a vicinis

Ed. Chart. IX. [489.] Ed. Baſ. V. (497. 498.)

φρέατος ἢ κρουνῶν αὐτῷ ποριζόμεθα τὴν ψύξιν, προθερμαίνοντες μὲν, ἵν' εὐαλλοίωτον γένηται· δέχεται γὰρ ἑτοιμότερον εἰς ὅλον ἑαυτὸ τὴν ἐκ τῶν ὁμιλούντων ἀλλοίωσιν ἕκαστον τῶν προθερμανθέντων ὑπὸ θερμότητος. ἀέρα δὲ ψυ- (498) χρὸν αὐτοῦ ψαύειν ἐπιτεχνώμενοι διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν. εἰ μὲν οὖν ἕνεκα τοῦ ψυχρὸν ἐργάσασθαι τὸ ἑψηθὲν ὕδωρ ὑφ' Ἱπποκράτους εἴρηται ταῦτα, πιθανῆς εὐπορήσαμεν ἐξηγήσεως· εἰ δ' ἕνεκα τοῦ τὸ μοχθηρὸν ἐπανορθώσασθαι, σκεπτέον ἐφεξῆς ἀρξαμένους αὖθις ἀπὸ τῆς ἑψήσεως, ἥτις ὅλον ὁμαλῶς χέουσα τὸ ὕδωρ ἐπιτήδειον ἐργάζεται εἰς διάκρισιν. διαμενούσης μὲν οὖν ἐν αὐτῷ τῆς ἐκ τοῦ τεθερμάνθαι κινήσεως ἀνάγκη μετεωρίζεσθαί τινα τῶν ἐμφερομένων αὐτῷ παχυμερῶν σωμάτων. Ἀπολλυμένης δὲ τελέως αὐτῆς τὰ μὲν γεώδη τῷ συμφύτῳ βάρει καταφερόμενα πρὸς τὸν πυθμένα τοῦ περιέχοντος ἀγγείου παραγενήσεται, τὸ δ' ὕδωρ ἐποχήσεται τούτοις, ὅπερ ἀτρέμα ἀποχέοντες εἰς ἕτερον ἀγγεῖον ἀβλαβῶς ἕξομεν χρῆσθαι. Ζεῦξις δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν ἀρχὴν τοῦ δευτέρου μορίου τῆς ῥήσεως οὕτως ἐξηγήσατο. βούλεται, φησὶν,

in ſe totum alternationem promtius ob raritatem admittit; ob praedictam vero cauſam ab aëre frigido tanquam tangi artificioſe molimur. Igitur ſi coctae aquae refrigerandae cauſa haec ab Hippocrate dicta fuere, verifimilem explanationem nacti ſumus; at ſi vitioſae aquae corrigendae, conſiderare deinceps debemus, a coctura iterum exorſi, quae totam aequabiliter aquam fundens, eam ad partium ſeparationem idoneam reddit. Permanente enim adhuc in ipſa ob caleſactionem motu, aliqua craſſiora corpora innatantia ſublimius efferri neceſſe eſt; motu vero in totum deſinente, terreae particulae ingenito pondere deſcendentes, in fundo continentis vaſis reſidebunt, aquas vero ſuper has fluitabit. Hanc paulatim in alterum vas transfundentes citra noxam deinde uti poterimus. Verum Zeuxis neſcio quomodo initium ſecundae hujus orationis particulae ita explanavit: Vult, inquit, Hippocrates aquam

Ed. Chart. IX. [489.] Ed. Baf. V. (198.)

ὁ Ἱπποκράτης, μὴ ἐμπλέειν τῇ γαστρὶ τὸ ὕδωρ. ὀξύνει δὲ δηλονότι τὴν δευτέραν συλλαβὴν τοῦ ἔμπλεον ὀνόματος, οὐχ ὥσπερ οἱ ἄλλοι τὴν πρώτην ἀκούεσθαι βουλόμενοι, οὐ τὸ πλῆρες ἀγγεῖον ἐξ αὐτῆς, ὥσπερ ἐκείνοις ἔδοξεν, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὴν κοιλίην ἔμπλεον, ὅπερ ἐστὶ μετέωρον. ἀλλ' ἐπεὶ τυφλώττει τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, διὰ τοῦτο ἡ φιλαυτία πολλάκις ἐργάζεται τυφλοὺς ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις μόνοις, εἰ καὶ τὰ ἀλλότρια βλέπομεν ἀκριβέστατα.

ια'.

Ὅτι ἐξ αἱμορῥαγιῶν ἐξυδεροῦνται.

Τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἔσται ὁ λόγος τῷ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν εἰρημένῳ, ὅτι αἵματος ῥυέντος ἐκλύονται, γίνεται γὰρ ἀμφότερα ψυχομένου τοῦ σώματος.

---

non innatare ventriculo, acutum ſcilicet tonum ſecundae ſyllabae hujus nominis ἐμπλέον ſuperimponens, non, ut alii, primae, per ipſum volens non vas plenum intelligi, ut illis viſum fuit, ſed ventriculo innatans, quod idem ſonat, quod ſuperfluitans. Ceterum quoniam amans erga amatum caligat caecutitque idcirco, noſtri ipſorum amor plerumque nos in noſtris ſolis rebus caecos reddit, quamvis aliena perſpicaciſſime cernamus.

XI.

Quoniam ex ſanguinis profluviis aqua ſubcutanea laborant.

Horum verborum eodem atque iſtorum vis eſt, quoniam ſanguine profuſo diſſolvuntur: utrumque enim refrigerato corpore provenit.

Ed. Chart. IX. [489. 490.] Ed. Baſ. V. (498.)

ιβ'.

Ἦν οἷα δεῖ καθαίρεσθαιν καθαίρωνται καὶ εὐφόρως φέρουσιν.

Ἔνιοι μὲν ἄνευ τοῦ καὶ συνδέσμου γράφουσι τὴν ῥῆσιν ὡσαύτως τῇ κατὰ τοὺς ἀφορισμούς· οἱ πλεῖστοι δὲ μετὰ τοῦ καὶ [490] *βουλόμενοι τὸ μὲν, ὅτι συμφέρει, προσυπακούειν ἡμᾶς, ὅπερ ἄντικρυς εἴρηται κατὰ τὴν ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ῥῆσιν ἔχουσαν οὕτως. ἦν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, συμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν. ἐνδείκνυσθαι δ' ἐνταῦθα τὸν καὶ σύνδεσμον προσκείμενον ὅτι πρὸς τῷ συμφέρειν, εὐφόρως φέρειν αὐτοῖς ὑπάρχει τὴν ἐκ τῆς καθάρσεως κένωσιν. εἴτ' οὖν ἡμῶν δόιτων τὸ φάρμακον εἴτε καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐκκαθαιρούσης τὸ σῶμα, τῶν λυπούντων χυμῶν ἡ κένωσις γίνοιτο. καθάρσεις γὰρ εἴωθεν ὀνομάζειν οὐ μόνον τὰς ὑπὸ φαρμάκων γινομένας, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπὸ τῆς φύσεως. ὁ δὲ Θουκυδίδης καὶ τὰς*

XII.

Si qualia purgari convenit purgentur et facile tolerant.

Nonnulli ſine conjunctione et haec verba ſcribunt, quemadmodum et in libro aphoriſmorum; plurimi vero conjunctionem *et* interponunt, volentes quidem hoc verbum, *confert*, nos ſubintelligere, quod expreſſe in verbis in aphoriſmis ſcriptis habetur, ea vero ita ſcribuntur: ſi qualia convenit purgari purgentur, confert et facile tolerant. Hoc vero loco conjunctionem *et* additam indicare ajunt quod praeter id quod ipſis confert, per purgationem facta inanitio, facile quoque eam tolerant, ſive nobis purgatoriam medicinam exhibentibus, ſive et natura ipſa ex corpore infeſtos humores depellente evacuatio fiat: nam purgationes appellare conſuevit Hippocrates non ſolum a medicamentis, ſed etiam a natura factas. Thu-

Ed. Chart. IX. [490.] Ed. Baf. V. (498.)

κατὰ σύμπτωμα τῷ λόγῳ τοῦ νοσήματος ὁρμὰς τῆς φύσεως γινομένας κενώσεις ἐν νόσοις καθάρσεις καὶ ἀποκαθάρσεις ὠνόμασεν εἰπών· καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσὶν ἐπῆσαν. εἴρηται δὲ ταῦτα ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὴν λοιμικὴν διήγησιν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν.

ιγ'.

Ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ξυνεχέως, θήλεα, ἄῤῥενα, σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο καὶ διετέλεον, ἀτὰρ καὶ ὀροβοφαγέοντες, γονυαλγέες.

ιδ'.

Ἐμφανῶς ἐγρηγορὼς θερμότερος τὰ ἔξω, τὰ εἴσω δὲ ψυχρότερος, καθεύδων τἀναντία.

---

cydides autem et evacuationes in morbis impetu naturae per ſymptomata ratione morbi evenientes, purgationes et expurgationes appellavit, ita dicens: Et expurgationes bilis omnes, quaecunque a medicis nominatae ſunt, acciderunt. Haec vero ab ipſo in peſtilentiae narratione ſecundo hiſtoriarum volumine dicta ſunt.

XIII.

In Aeno legumina edentes aſſidue, femina, mares, cruribus imbecilli evadebant et permanebant. Verum etiam ervum comedentes, genuum dolorem contrahebant.

XIV.

Evidenter vigilans calidior exterius; interius autem frigidior. Dormiens e contrario.

Ed. Chart. IX. [490.] Ed. Baſ. V. (498.)

Τὸ μὲν ἐν ἀρχῇ τῆς ῥήσεως εἰρημένον ἐμφανῶς ἴσον δύναται τῷ φανερῶς καὶ ἐπιδήλως· ἃ δ' ἐφεξῆς τούτῳ συνῆπται τῷ ἐγρηγοροτι, προδήλως ἔχει, ἡγουμένου τοῦ Ἱπποκράτους τὰ ἔξω θερμότερα, τὰ δ' ἔνδον ψυχρότερα, τἀναντία δὲ συμβεβηκέναι τῷ καθεύδοντι. καὶ γὰρ καὶ φαίνεται τοῦτο μὲν ἐπιβλημάτων πλειόνων δεόμενος, τοῦτο δὲ καὶ σκεπάσματος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὅταν ᾖ τὸ περιέχον ψυχρὸν ὡς ἐν χειμῶνι, καίτοι διὰ τῆς ἡμέρας οὐ δέομενοι τούτων. ἀλλὰ καὶ τὸ μεῖζον ἀναπνεῖν ἐνδεικτικόν ἐστι τοῦ πλείονα θερμασίαν ἠθροῖσθαι κατὰ τὸ βάθος τοῦ σώματος. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ τὰς πέψεις τοῖς κοιμηθεῖσι γίνεσθαι μᾶλλον τῶν ἀγρυπνησάντων οὐ μόνον τὰς κατὰ τὴν κοιλίαν τῶν ἐδηδεσμένων σιτίων, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν ἥπατι καὶ ταῖς φλεψὶ τῶν χυμῶν, ἐνδεικτικόν ἐστι τοῦ θερμότερα τοῖς κοιμωμένοις ἀποτελεῖσθαι τὰ κατὰ βάθος τοῦ σώματος, ὁμολογουμένου γε ἡμῖν καὶ προαποδεδειγμένου τοῦ τὸν ἔμφυτον θερμὸν αἰτιώτατον εἶναι πασῶν τῶν κατὰ τὸ σῶμα πέψεων. οὕτως γε κἂν τοῖς ἀφορισμοῖς ἔγραψεν, ἐπί τε τῶν ἡλικιῶν

Initio partis iſtius poſita haec vox, *evidenter*, idem ſignificat, quod manifeſte et dilucide; ſequentia vero verba huic voci, *vigilans*, annexa, perſpicua ſunt, opinante Hippocrate extimas vigilantis partes calidiores, internas autem frigidiores, dormienti vero contraria evenire. Id nempe aperte ex eo apparet, quod dormientes cum plurimis ſtrangulis, tum et capitis egent tegumento, ſi frigidus, ut hiberno tempore, quo circumſunduntur, aër ſit; atqui interdiu vigilantes haec non requirunt. Quin etiam major inſpiratio plus caloris in penetralibus corporis collectum eſſe teſtatur. Perinde et concoctiones in dormientibus efficacius quam in vigilantibus fieri non ſolum in ventriculo ingeſtorum ciborum, verum etiam humorum in jecore et venis, corporis abditas ſenes in dormientibus calidiores effici ſignum eſt; quum a nobis conceſſum et ſupra oſtenſum ſit, ingenitum calorem omnium in corpore concoctionum praecipuum eſſe opificem. Ita ſane et in libris aphoriſmorum memoriae prodidit de aetatibus, tem-

Ed. Chart. IX. [490. 491.] Ed. Baſ. V. (498.)

καὶ τῶν ὡρῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἔνθα φησὶν, αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πολὺ τροφῆς οὖν πλείονος δέονται, σημεῖον αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἀθληταί. ἐν τούτοις μὲν οὖν συντόμως ἔγραψε περὶ [491] τῶν ἡλικιῶν, ἐν ἄλλῳ ἀφορισμῷ μακρότερόν τε καὶ διὰ τοῦτο σαφέστερον εἰπὼν ὧδέ· τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμὸν, πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς, εἰ δὲ μὴ, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμὸν, διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δεῖται. κατὰ μὲν οὖν τὰς ἡλικίας οὐ μεθισταμένης ἔσω τε καὶ ἔξω τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἀλλὰ μαραινομένης ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ, ψυχροτάτη πασῶν ἡ τῶν γερόντων ἀποτελεῖται. κατὰ δὲ τὸν χειμῶνα μεθισταμένης εἰς τὸ βάθος ἡ μὲν κοιλία καὶ τὰ σπλάγχνα θερμότερα· τὰ δ' ὑπὸ τῷ δέρματι ψυχρότερα γίνεται, καθ' ὅνπερ τρόπον καὶ τῆς γῆς φαίνεται τὸ βάθος. ἐν τῷ χειμῶνι θερμὸν ὑπάρχον, ὡς καὶ τὰς πηγὰς γίνεσθαι διὰ τοῦτο θερμοτέρας, ὀρύττοντάς τέ τινας ἄχρι βάθους

poribus et vitae officiis, ubi ait: ventres hieme et vere calidiſſimi ſunt natura et ſomni longiſſimi; his igitur temporibus et plura alimenta danda ſunt, ſiquidem inſitus calor multus; pluri igitur indigent eſca: indicio ſunt aetates et athletae. In hiſce quidem verbis breviter de aetatibus loquutus eſt, in altero aphoriſmo latius atque ideo clarius ita inquiens: Creſcentia corpora plurimum habent inſiti calidi, plurimum igitur requirunt alimentum; ſin minus, corpus digeritur; ſenibus vero exiguus calor ineſt, idcirco igitur paucis fomentis egent. Secundum aetates quidem haud intro forasque ingenito calore migrante, ſed temporis progreſſu tabeſcente, ſenilis aetas omnium frigidiſſima efficitur. At hieme calore in penitiora ſe condente, ventriculi quidem et reliqua viſcera calidiora; ſubcutaneae vero partes frigidiores redduntur. Quemadmodum terrae profunditas hieme calida apparet, propter quod et fontes calidiores fiunt et aliqui in pro-

Ed. Chart. IX. [491.] Ed. Baſ. V. (498.)

αἰσθάνεσθαι σαφῶς τῆς θερμασίας, ὅταν ἀποχωρήσωσι πόῤῥω τῆς ἐπιφανείας.

ιε'.

Ἐνθέρμῳ φύσει ψύξις, ποτὸν, ὕδωρ, ἐλινύειν.

Τὸ ἀξιούμενον ἐν τῇ ῥήσει πρόθηλον. ὅσοι γὰρ θερμότεροι τοῦ προσήκοντός εἰσι, τὸ κεφάλαιον αὐτῆς τῆς διαίτης εἰς ψύξιν ἀνάγεσθαι συμφέρει. τά τε οὖν ψυχρότερα τῇ κράσει δοτέον αὐτοῖς σιτία καὶ πίνειν κελευστέον, ἤτοι γ' ὑδαρὲς ἢ ὕδωρ αὐτὸ καὶ μὴ πολλὰ γυμνάζεσθαι. μόναι γὰρ αὐτοῖς ἀρκέσουσιν αἱ κατὰ τὰς ἀναγκαίας πράξεις κινήσεις. εὔθηλον δ' ὅτι καὶ θυμοῦ καὶ φροντίδων συντόνων ἀπέχεσθαι χρὴ τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ λουτροῖς χρῆσθαι ποτίμων ὑδάτων ἑκάστης ἡμέρας, μὴ μόνον ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, εἰ βούλοιντο. καὶ μὴν καὶ τῶν σιτίων ἃ προσφέρονται τὴν δύναμιν εἶναι ψυχροτέραν καὶ μάλιστα

fundum uſque fodientes, quum procul a terrae ſuperficie receſſerunt, evidentem caliditatem percipiunt.

XV.

Percalido natura refrigeratio, potus, aqua quieſcere.

Quod his verbis praecipitur clarum eſt. Omnibus enim iis, qui calidiores quam deceat ſunt, ſummam victus rationis ad refrigerationem redigere expedit. Itaque frigidioris temperaturae cibaria ipſis danda ſunt et aquoſa potio aut ipſa aqua potui praebenda eſt; parumque exercendum corpus eſt, ſoli namque ad neceſſarias actiones motus ſufficient. Nihilque dubii eſt ab ira et curis vehementioribus hujusmodi hominem abſtinere debere. Quin etiam quotidie lavationibus aquarum dulcium uti, non ſemel tantum, verum etiam ſaepius, ſi velit, conducet. Nec non et ciborum quos comedit vis refrigeratoria

Ed. Chart. IX. [491.] Ed. Baſ. V. (498. 499.)

ἐν θέρει. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ πρὸ πάντων ἐν τοῖς τοιούτοις (499) λόγοις ὅτι τὰς ἐνθέρμους φύσεις ὀνομάζειν ἔθος ἐστὶν αὐτῷ ταύτας καθ' ἃς οὐ τὸ σύμφυτον πλεονάζει θερμὸν, ἀλλὰ τὸ θριμὺ καὶ δακνῶδες, ὅπερ ἐπίκτητόν τε καὶ οὐ κατὰ φύσιν εἶναι νομίζει.

ισ΄.

Ὕπνος ἐμψύχει ἐπιβεβλημένῳ.

Οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον ἰδίᾳ ταύτην ἐξηγοῦνται τὴν ῥῆσιν. ἐμοὶ δ' ἄμεινον εἶναι δοκεῖ συνάπτειν αὐτὴν τῇ προγεγραμμένῃ καὶ ποιεῖν ἕνα λόγον ἅπαντα τόνδε. ἐν θέρμῳ φύσει ψύξις, ποτὸν ὕδωρ, ἐλινύειν, ὕπνος ἐν ψύχει ἐπιβεβλημμένῳ. τῆς ἐμψύχει λέξεως τὴν πρώτην συλλαβὴν διὰ τοῦ μ γραφόντων τε καὶ λεγόντων ἡμῶν διὰ τοῦ ν, γενήσεται γὰρ οὕτως ἄρθρον ὡς εἴ καὶ ἐν τῷ ψύχει τις ἔφη. τοὺς γὰρ ἀμετρώτερον ἔχοντας θερμὴν τὴν κρᾶσιν, ἄμεινόν ἐστιν ἐν χωρίῳ ψυχρῷ κοιμωμένους ἕλκειν

eſto et aeſtate praecipue. Verum ante omnia illud in his ſermonibus meminiſſe opus eſt, percalidas naturas appellare eas Hippocratem conſueviſſe, quae non ingenito calore, ſed acri et mordaci abundant, quem adventitium et non naturalem eſſe arbitratur.

XVI.

Somnus in frigore veſtibus tecto.

Plurimi hujuſce libri interpretes hanc particulam orationis ſeparatim explanant. Mihi vero ipſam cum ſuprafcripta conjungere ſatius eſſe videtur, atque unam integram orationem hoc pacto inſtituere. Percalido natura refrigeratio, potus, aqua quieſcere, ſomnus in frigore veſtibus contecto, hanc Graecam vocem ἐμψύχει per literam ν ſcribentibus nobis ac proferentibus, non per μ, quod idem eſt ac ſi cum articulo quis ita diceret ἐν τῷ ψύχει. Eos enim qui immoderatius calida temperatura ſunt,

Ed. Chart. IX. [491. 492.] Ed. Baſ. V. (499.)

εἴσω διὰ τῆς εἰσπνοῆς τὸν ἀέρα, ψυχρὸν ὄντα δηλονότι καὶ μάλισθ' ὅτι κατὰ τοὺς ὕπνους εἴσω τοῦ σώματος ὑποχωρεῖ τὸ θερμόν. ἀλλ' ἐὰν ὥσπερ ἐν τοῖς ὕπνοις ἀπολιπόντος τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν αὐτοῦ τὸ βάθος τοῦ σώματος γένεται θερμότερον, οὕτω καὶ διὰ [492] τὸ περιέχον, ἐμψυχομένων τῶν κατὰ τὸ δέρμα θερμαίνεται τὰ διὰ τοῦ βάθους, οὐ τελέως ὁ ἄνθρωπος ἐμψυχθήσεται διὰ τῆς εἰσπνοῆς. ἄμεινον οὖν ἐστιν ἀντισπᾷν μὲν εἰς τὸ δέρμα τὴν θερμασίαν, ἐπιβλήμασι θερμαίνουσιν, εἰσπνεῖν δὲ ψυχρὸν ὡς ἑκατέρωθεν εἰς μετριότητα κράσεως ἄγηται τὸ θερμὸν σῶμα. κάλλιστον μὲν οὖν ἐστιν, ὡς ἔφην, συνάπτειν τοῖς προειρημένοις κατὰ τήνδε τὴν λέξιν εἰρημένην. χωρίζοντες δὲ αὐτὴν οἱ πολλοὶ τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον οὐ μόνον ταῖς ἐνθέρμοις φύσεσιν, ἀλλὰ πασιν ἀνθρώποις οἴονται κοινῇ συμφέρειν ὑπνοῦν μὲν ἐν ἀέρι ψυχροτέρῳ, χάριν τοῦ τὴν ἀθροιζομένην ἐν τῷ βάθει θερμασίαν ἐμψύχεσθαι, περιβεβλῆσθαι δ' ἕνεκα τοῦ μὴ πᾶσαν ἀμέτρως εἴσω συννεύειν, προσερχομένης τῆς ἐκ τοῦ καταψύχεσθαι τὰ κατὰ τὸ δέρμα

melius eſt in frigido loco dormientes aërem plane frigidum per inſpirationem attrahere et maxime quoniam per ſomnum calor in interiora corporis mergitur. Ceterum ſi ut in ſomno, calido exteriorem ſuperficiem deferente interna corporis magis calent, ſic et ambiente aëre cutaneis partibus frigefactis, corporis penitiora incalefcant, haud perfecte homo aëris inſpiratu refrigerabitur. Praeſtabit igitur ſtragulis calefactoriis injectis, ad cutem calorem revocare, frigidum vero aërem per inſpiratum admittere, ut utrimque temperaturae mediocritatem calidum corpus redigatur. Optimum itaque, ut dixi, fuerit cum ſupradictis haec verba conjungere. At multi hujuſce libri explanatores ipſa a ſuperioribus disjungentes non percalidis modo naturis, ſed etiam omnibus hominibus generatim conferre, exiſtimant in aëre frigidiore ſomnum capere, ut contractus in profundum calor refrigeretur; operimentis vero circumtegi, ne omnis calor immoderatius intro refu-

Ed. Chart. IX. [492.] Ed. Baſ. V. (499.)

μόρια, διὰ τὸν ἔξωθεν ἀέρα θερμασίας τῇ κατὰ τοὺς ὕπνους ἀθροιζομένῃ. τοῦτο δ' ἀληθὲς ἐπὶ πολλῶν ἐστι φύσεων, οὐ μὴν ἐπὶ πασῶν γε. καθάπερ γὰρ, ὅσοι τοῦ συμμέτρου θερμοτέραν ἔχουσι τὴν κρᾶσιν, ἄμεινον ἐμψύχειν αὐτοὺς, οὕτως ὅσοι ψυχροτέραν ἔχουσι τὴν κρᾶσιν ἐκθερμαίνειν. ἔνιοι δὲ οὐ μόνον ἀπὸ τῆς γεγραμμένης ῥήσεως ἐχώρισαν τὴν νῦν ἡμῖν προκειμένην, ἀλλὰ καὶ διελόντες αὐτὴν ταύτην ἰδίᾳ μὲν ἀνέγνωσαν, ὕπνος ἐμψύχει τὴν πρώτην συλλαβὴν τῆς ἐμψύχει φωνῆς διὰ τοῦ μ γράψαντες, ὡς ἓν γενέσθαι ῥῆμα τὸ ἐμψύχει, παραπλησίως εἰρημένον τῷ καταψύχει καὶ μὴ δύο μέρη τοῦ λόγου, πρόθεσιν μὲν τὸ πρότερον, ὄνομα δὲ τὸ δεύτερον. οὗτοι δὲ τὴν ἐφεξῆς ῥῆσιν ἀναγκαίως ἑνώσαντες τῷ τέλει τῆς προκειμένης ἀναγινώσκουσιν ὧδί πως. ἐπιβεβλημένῳ ὕπνος ἑδραῖος, ὀρθῶν νυσταγμός· ἐπιβεβλημένῳ φάσκοντες ἀντὶ τοῦ κατακειμένῳ λελέχθαι. τοῦτο δὲ πρὸς τὸ βιαίως μετεννηνέχθαι τὴν κατακειμένῳ φωνὴν εἰς τὴν ἐπιβεβλημένῳ καὶ ἄλλως ἐστὶν εὐτελές τε καὶ ἄχρηστον,

giat calore eo, qui ob refrigeratas ab externo aëre cutaneas partes repellitur illi, qui per ſomnum intus colligitur, accedente. Id vero in multis naturis verum eſt, non tamen in omnibus: quemadmodum enim eos, quibus calidior ſupra modum natura eſt, refrigerare expedit, ita frigidiore temperatura praeditos calefacere. Verum nonnulli propoſita verba non ſolum a ſupraſcriptis diſjunxerunt, ſed etiam haec ipſa ſeparatim legentes diviſerunt, ſomnus *ἐμψύχει*, id eſt refrigerat, primam ſyllabam hujus verbi *ἐμψύχει* per *μ* litteram ſcribentes, ut unum verbum ſit *ἐμψύχει*, ſimiliter dictum atque hoc, *καταψύχει*, quae ambo refrigerat, ſignificant; et non duae orationis particulae, prior quidem praepoſitio, ſecunda vero nomen. Sed iſti neceſſario ſequentem orationem fini propoſitae adjungentes ita ſane legunt, abjecto ſomnus firmus, erectorum dormitatio, aſſerentes hanc vocem, *abjecto*, quam veſtibus tecto, interpretati ſumus, pro hac *jacenti*, eſſe poſitam. Id vero praeterquam quod haec vox, jacenti,

Ed. Chart. IX. [492.] Ed. Baf. V. (499.)

ἀκούειν ἡμᾶς ἀξιούντων αὐτῶν τὴν ὑπνώδη τοῦ σώματος διάθεσιν, ἐν μὲν τῷ κατακεῖσθαι τὴν ἑδραῖόν τε καὶ βέβαιον ὕπνον, ἑστῶσι δὲ νυσταγμὸν ἐργάζεσθαι.

ιζ'.

Ὕπνος ἑδραῖος, ὀρθῷ νυσταγμός.

Ἃ μὲν οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγητῶν ἔγραψαν εἰς τήνδε τὴν λέξιν ἄμεινον σιωπᾷν, ἃ δὲ οἱ μᾶλλον αὐτῶν ἔχεσθαι τοῦ πιθανοῦ δόξαντες εἶπον, ἐστὶ τοιαῦτα. τὴν ἀγρυπνίαν ψύχειν φασὶ τὸ σῶμα, καὶ τούτου τεκμήριον τίθεσθαι τὴν ἐπομένην ἄχροιαν τοῖς ἀγρυπνήσασιν. ὅταν οὖν, φασὶν, ἔνθερμον κρᾶσιν ἐμψῦξαι βουλώμεθα, πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς εἶπεν ἔμπροσθεν ὁ Ἱπποκράτης, ἔτι καὶ τοῦτο προσθετέον, ὡς ἤτοι προφροντίζοντές τι καὶ πράττοντες ἀγρυπνεῖν, ἢ εἰ μὴ τοῦτο ποιεῖν δύνανται, κωλυτέον αὐτοὺς κατακλινομένους ὑπνοῦν, ἀναγκάζονται δυοῖν θάτερον πράττειν, ἢ καθῆσθαι

violenter in hanc, abjecto, mutata eſt et alioqui eſt ignobile atque inutile, iſtis nos intelligere volentibus ſomniculoſum corporis affectum, jacentibus firmum et ſtabilem ſomnum; ſtantibus vero dormitationem tantum conciliare.

XVII.

Somnus ſtabilis, erectorum dormitatio.

Quae plurimi interpretes his verbis explanandis tradiderint ſilentio tranſire praeſtat; quae vero inter illos magis veritati adhaerere exiſtimati dixerint, hujusmodi ſunt. Vigiliam refrigerare corpus aſſerunt hujusque indicium pallorem vigilantibus accidentem ſtatuunt. Quum igitur dicunt, per calidam temperaturam refrigerare volumus, praeter ſuperius ab Hippocrate dicta, illud etiam adjiciendum eſt, ut prius cogitationibus aliquibus et negotiis afflicti vigilent; aut ſi hoc facere nequeant, ne cubantes dormiant, arcendi ſunt: coguntur enim duorum

Ed. Chart. IX. [492. 493.] Ed. Baſ. V. (499.)

ἢ ἑστάναι. τὸν γὰρ τῶν καθημένων ὕπνον ἑδραῖον ὠνομάσθαι φασὶν ἀπὸ τῆς ἕδρας, ἴσον δὲ δύνασθαι τὸν τούτων ὕπνον τῷ τῶν ἑστώτων νυσταγμῷ, καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν αὐτὸς, [493] ὕπνος ἑδραῖος, ὀρθῷ νυσταγμὸς, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἴρητο ὁ σύμπας λόγος. τὰς ἐνθέρμους φύσεις κωλύειν προσήκει πλείστοις ὕπνοις χρῆσθαι. βέλτιον γὰρ αὐταῖς ἐγρηγορέναι τε καὶ πράττειν τι, μάλιστα μὲν αὐτοὺς εἴργειν καὶ τοῦ καθίζειν· εἰ δὲ μὴ, τοῦτο μὲν συγχωρεῖν παραπλήσιον ὑπάρχον τῷ τῶν ἑστώτων νυσταγμῷ, κατακλίνεσθαι δὲ κωλύειν. τινὲς δὲ τὸν ἑδραῖον ὕπνον ἀντὶ τοῦ βαθὺν εἰρῆσθαι νομίζοντες, ὅσοι περ ἂν οὕτως ἔχωσιν ἑστῶτες ἤδη νυστάζειν. ἀλλὰ τίνος ἕνεκα χρείας ἔγραψαν ταῦτα μὴ προσθέντες ἀτελῆ τὸν λόγον εἰργάσαντο. ταῦθ' ὑπ' αὐτοῦ συμβουλεύοντος ἡμῖν ὅσους ἑδραίως, ὅπερ ἐστὶ βαθέως κοιμηθῆναι βουλόμεθα, τουτους ἐπὶ τοσοῦτον ἐγρηγορότας φυλάττειν, ὡς μὴ στῆναι δύνασθαι χωρὶς τοῦ νυστάζειν. ἐὰν γὰρ εἰς τοῦτο ἀφίκωνται, βαθέως κοιμηθή-

alterutrum facere, aut ſedere aut ſtare. Sedentium quidem ſomnum hedraeon a ſede, id eſt firmum, vocatum eſſe inquiunt; reſpondere autem horum ſomnum ſtantium dormitationi. Atque ideo, inquit ipſe, ſomnus hedraeos, hoc eſt firmus, erectorum dormitatio, perinde ac ſi tota oratio hunc in modum prolata eſſet: percalidae naturae a plurimi ſomni uſu arcendae ſunt: ipſis enim et vigilare et aliquid agere magis conducit. Hi quidem maxime et a ſedendo arcendi ſunt; ſin minus, concedendum ſane fuerit id, quod ſimile eſt ſtantium dormitationi: ne procumbant autem prohibendum. Sed nonnulli ſtabilem ſomnum, hoc eſt profundum dictum, eſſe putant, eorum ſcilicet qui ita ſe habeant, ut ſtantes jam conniveant, ſed cujus utilitatis cauſa haec ſcripſerint non addentes, imperfectam orationem reddiderunt. Verumtamen haec ab ipſo dicta ſunt, nobis conſulente ut eos, quos firmiter, hoc eſt profunde, dormire volumus, tantiſper vigilantes cuſtodiamus, dum niſi conniventes conſiſtere non poſſint:

Ed. Chart. IX. [493.] Ed. Baſ. V. (499.)

σωνται. πολλοὺς γὰρ ἐγὼ διὰ τὸ ταχέως ἐπὶ τὸν ὕπνον ἰέναι βιασάμενος ἀγρυπνῆσαι μέχρι πλείονος, ἀμέμπτως ὑπνῶσαι παρεσκεύασα, καθάπερ καὶ τῶν ἀνορεξίαν μεμφομένων, ἐνίους ἀναγκάσας ἀσιτῆσαι μέχρι πολλοῦ τῆς ἡμέρας ἐποίησα πεινῆσαι. πρὸ γὰρ τοῦ δεῖσθαι τὴν φύσιν ὕπνων ἢ σιτίων ἐπ' αὐτὰ παραγινόμενοι τοῖς εἰρημένοις συμπτώμασι περιπίπτουσι. χρὴ δὲ μὴ περιβιάζεσθαι τὴν φύσιν ἀκαίρως, ἀλλ' ὡς ὑπηρετεῖν εὐκαίρως. ἐγὼ μὲν οὖν ἃ μοι δοκεῖ πιθανῶς τις εἰς τὴν τῆς προκειμένης λέξεως ἐξήγησιν εἰπεῖν εἴρηκα. τοὺς δ' οἰομένους τὸν ὕπνον ἀεὶ ψύχειν ἐπικαιρόν τι τῆς τέχνης ἀγνοεῖν ἡγοῦμαι. διὰ παντὸς μὲν γὰρ ὕπνος ὑγραίνει, καθάπερ ἀγρυπνία ξηραίνει. καὶ τοῦθ' ἡμᾶς αὐτὸς ἐδίδαξεν, οὐ διὰ παντὸς δὲ θερμαίνειν ἢ ψύχειν πέφυκεν. ἀλλ' ὅταν μὲν ἀπυρέτων ὄντων, ἤτοι φλεγματώδεις ἢ ὠμοὺς ἢ ὀπωσοῦν ψυχροὺς χυμοὺς εὑρὼν ἐν τῷ σώματι κατεργάσηταί τε καὶ πέψῃ, χρηστὸν ἐξ αὐτῶν ἐργασάμενος αἷμα, θερμαίνει τὸν ἄνθρωπον αὐξήσει τῆς

nam ſi ad hoc pervenerint, in altum poſtea ſaporem vertuntur. Nam multos ego quod citius cubitum irent, male dormientes, diutius vigilare cogens, ut poſtea ſuaviſſime dormirent, effeci; ſicut quosdam amiſſum ciborum appetitum conquerentes, ad multum diem inedia macerans eſurientes reddidi. Antequam enim ſomnum aut cibum natura deſideret, ad hos accedentes in dicta ſymptomata incidunt. Non oportet autem naturae intempeſtive vim inferre, ſed ei in tempore ſubvenire. Ego mehercule, qui aliquis in propoſitis verbis explanandis veriſimiliter poſſe dicere mihi videbatur, expoſui. Putantes vero ſomnum ſemper refrigerare, praecipuum quoddam in arte ignorare opinor: ſemper enim ſomnus humectat, ſicut vigilia ſemper exſiccat; hocque nos ipſe edocuit, non ſemper autem calefacere aut refrigerare natura aptus eſt. Verum quum in febre carentibus aut pituitoſos aut crudos aut frigidos utcunque ſuccos in corpore offendens confecerit et coxerit, ex ipſis bonum ſanguinem procreans,

Ed. Chart. IX. [493.] Ed. Baf. V. (499. 500.)

ἐμφύτου θερμασίας, ὅταν δ' ἤδη πυρέτιοντας ἐπὶ σηπεδόνι τοιούτων χυμῶν, ἐμψύχει, τὴν μὲν πυρετώδη θερμασίαν σβεννὺς, αὐξάνων δὲ τὴν οἰκείαν. ἡνίκα δὲ πυρετοῦ χωρὶς ἢ καὶ σὺν πυρετῷ χολώδεις πλεονάζωσι χυμοὶ, διακρῖναι μὲν αὐτοὺς εἶτ' ἐκκρῖναι δυνηθεὶς, εἰς συμμετρίαν ὑγιεινῆς κράσεως ἐπανάγει τὸ σῶμα. μὴ δυνηθεὶς δὲ ταῦτα ἐργάσασθαι τὴν αὐτὴν φυλάττει κρᾶσιν. εἰ δ' ἐπὶ φλεγμονῇ σπλάγχνου πυρέττων τις ἐν ἀρχῇ τοῦ παροξυσμοῦ καθυπνώσειεν, αὐξήσας τὴν φλεγμονὴν ὁ ἄκαιρος οὗτος ὕπνος, ἅμ' αὐτῇ καὶ τὸν πυρετὸν αὐξήσει, κἀκ τοῦδε θερμότερον ἐργάσεται τὸ σῶμα, θερμῷ παρὰ φύσιν. ἐγχωρεῖ μέντοι καθ' ἕνα τρόπον ἐνίοτε θερμότερόν τε καὶ ψυχρότερον ἅμα γίνεσθαι τὸ σῶμα διὰ τὸν ὕπνον, ἐπειδὴ τῆς κατὰ τὸ σῶμα θερμασίας διττόν ἐστι τὸ γένος, ἓν μὲν οἰκεῖόν τε καὶ σύμφυτον, ἕτερον δὲ ἀλλότριόν τε καὶ παρὰ φύσιν. ὅταν οὖν αὐτῶν τὸ μὲν αὐξήσῃ τε καὶ ῥώσῃ, τὸ δὲ καθάρῃ τε καὶ μαράνῃ, πῶς οὐκ ἄν τις εὐλόγως φαίη καθ' ἕνα χρό- (500) νον ἐξ ὕπνου θερμότερον ἅμα καὶ ψυχρότερον ἑαυτοῦ γεγο-

hominem infiti caloris incremento calefacit. Quum vero ex hujusmodi humorum putredine jam febricitantes occupaverit, eos refrigerat, febrilem exstinguens calorem, proprium vero et ingenitum augens. At si cum febre aut sine febre succi biliosi redundaverint, ipsos separare, dein excernere valens, ad mediocritatem salubris temperantiae corpus redigit. Haec si praestare nequeat, eandem servat temperiem. Quod si ex visceris phlegmone quis febricitans, accessionis initio, somno corripiatur, intempestivus iste somnus phlegmonem augens, una cum ipsa et febrem magis accendet; quocirca et calore alieno corpus calidius efficiet. Contingit quidem et uno modo interdum calidius juxta atque frigidius simul a somno corpus evadere: quandoquidem caloris in corpore humano duplex genus est, unum familiare et congenitum, alterum alienum et praeter naturam. Quando itaque horum unum somnus auxerit et roboraverit, alterum tabefecerit et exstinxerit, quomodo quispiam rationabiliter corpus uno tempore calidius

Ed. Chart. IX. [493. 494.] Ed. Baſ. V. (500.)

νέναι τὸ σῶμα. ταῦτα δὲ οὐδὲ γινώσκουσι τὴν ἀρχὴν οἱ πολλοὶ τῶν ἐξηγησαμένων τὰ Ἱπποκράτους βιβλία. μάθοις δ' ἂν οὕτως ἔχον ὃ λέγω καθ' ὧν ἐγκαλεῖ Λύκος λόγων ἐν ἀφορισμοῖς [494] αὐτῷ γράψαντι, τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχειν τὸ ἔμφυτον θερμόν. ἀλλ' ὅτι γε δι' ἄγνοιαν ὧν ὁ Ἱπποκράτης ὀρθῶς ἔγραψε περὶ τῆς κατὰ τὰς θερμασίας διαφορᾶς ἐπηρεάζειν αὐτὸν ἐτόλμησε, δι' ἑνὸς ὅλου βιβλίου δέδεικται τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντος ὅτι μηδὲν ἡμάρτηται κατὰ τὸν ἀφορισμὸν οὗ ἡ ἀρχὴ, τὰ αὐξανόμενα, πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμὸν, πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς.

ιη'.

Αἱ ἀσθενέες δίαιται ψυχραὶ, αἱ δὲ ἰσχυραὶ θερμαί.

Διαίτας ἀσθενεῖς ἤτοι τὰς δι' ἀσθενῶν ἐπιτηδευμάτων ἐδεσμάτων τε καὶ ποτμάτων, ἢ τὰς ἀσθενὲς ἐργαζομένας τὸ

ſimul atque frigidius ſe ipſo a ſomno affectum eſſe negaverit? Ceterum et haec ab initio plerique Hippocratis voluminum explanatores ignorant. Id autem ita ſe habere quod dico, ex Lyci ſermonibus percipies, quibus Hippocratem reprehendit in aphoriſmis ita dicentem: creſcentes plurimo ingenito calido abundant. At quod eorum ignoratione, quae recte Hippocrates de calorum diſcrimine prodidit, ipſum calumniis vexare Lycus auſus fuerit, per unum integrum librum a me oſtenſum eſt, cujus haec eſt inſcriptio: Quod nihil in eo aphoriſmo erratum ſit, cujus initium eſt, creſcentes plurimo abundant inſito calido, igitur plurimo egent alimento.

XVIII.

Imbecilli victus frigidi, valentes vero calidi.

Victus imbecillos aut eos, qui ex imbecillis vitae officiis, cibis ac potibus conſtant aut imbecillum animal

Ed. Chart. IX. [494.] Ed. Baſ. V. (500.)

ζῶον εἴρηκεν. αἱ ψυχραὶ δὲ εἴτε κατὰ τὴν ἑαυτῶν κρᾶσιν εἴτε κατὰ τὴν ἐν ἡμῖν διάθεσιν ἣν ἐργάζονται λέγοιντο, διοίσουσιν ἀλλήλων οὐδέν. ἀσθενῆ μὲν οὖν ἐπιτηδεύματα λέγοιτ' ἂν τὰ διὰ βραχέων κινήσεων τοῦ σώματος γινόμενα, καθάπερ ἰσχυρὰ τὰ διὰ σφοδρῶν ἐδέσματα. ἀσθενῆ μὲν ὅσα μήτε ὀδμὴν ἰσχυρὰν ἔχει μήτ' ἐν τῇ γεύσει ποιότητα σφοδρὰν ὀξύτητος ἢ γλυκύτητος ἢ ἁλυκότητος ἢ πικρότητος ἢ στρυφνότητος ἢ δριμύτητος, ἀλλ' ἤτοι μετρίως εἴη γλυκάζοντα τὴν γεῦσιν ἢ μετρίαν στύψιν ἐμφαίνοντα καὶ θερμασίαν ὁμοίως ὀλίγην, ἰσχυρὰ δὲ τὰ τούτων ἐναντία. ἐὰν μὲν οὖν ἀσθενῆ πάντα τά τε ἐπιτηδεύματα καὶ τὰ διαιτήματα προσάγηται τῷ σώματι, ψυχθήσεται σφόδρα, καθάπερ γε κἂν ἰσχυρὰ θερμανθήσεται γενναίως. ἐὰν δὲ τὰ μὲν, τὰ δὲ μὴ, τῷ τὴν ἀναλογίαν τῆς μίξεως, ἤτοι γ' ἐγγυτέρω θατέρου τῶν ἄκρων ἢ πορρωτέρω παραγενήσεται.

---

reddentes, appellavit; frigidi vero ſive ob ſuam ipſorum temperaturam, ſive ob affectum, quem in nobis efficiunt, ita nominentur, nihil inter ſe differunt. Imbecilla igitur vitae officia illa dici poſſunt, quae ex lenibus corporis motionibus conſtant; ſicut contra valentia, quae ex vehementibus. Cibi quidem imbecilli ſunt, quicunque neque odorem validum ſpirant, neque guſtatui vehementem ullam qualitatem acoris, dulcedinis, ſalſuginis, amaritiei, acerbitatis acrimoniaeve repraeſentant, ſed mediocri dulcedine aut mediocri adſtrictione guſtatum afficiunt, ac pariter modice calefaciunt; valentes vero ſunt iſtis contrarii. Itaque ſi omnia et vitae ſtudia et cibi debiles corpori adhibeantur, vehementer refrigerabitur; quemadmodum ſi valentes, magnifice incaleſcet. Quod ſi aliqua imbecilla, aliqua robuſta adhibeas, ſecundum miſtionis potionem aut propius ad alterutrum extremorum accedet aut longius removebitur.

Ed. Chart. IX. [494.] Ed. Baf. V. (500.)

ιθ'.

Ὑδάτων ἀτεχνέων τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἀποκριθὲν ἢ βροντιαῖον ὡραῖον, τὸ δὲ λαιλαπῶδες κακόν.

Οἷς χρώμεθα κατὰ τὴν ἰατρικὴν, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν νοσούντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων, ὕλαι τῆς τέχνης εἰκότως ὀνομάζονται καὶ γέγραπταί γέ τισι τῶν ἰατρῶν βιβλία τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα περὶ ὕλης. ἐνίοτε μὲν οὖν τοῖς αὐτοφυέσι σώμασι χρώμεθα πρός γε τὰς ἰάσεις καὶ τὴν ὑγιεινὴν δίαιταν, ἐνίοτε δ' αὐτοὶ τὶ πράττομεν ἐν τῇ παρασκευῇ τῆς ὕλης, τὰ μὲν ἕψοντες, τὰ δὲ καίοντες, ἔνια δὲ πλύνοντες, οὐ προαρτύοντες ἢ προϋγραίνοντες ἢ ψύχοντες, ἤ τι τοιοῦτον ποιοῦντες ἕτερον. οὕτως οὖν καὶ περὶ τῶν ὑδάιων παρασκευὴν ἔστιν ὅτε πράττομέν τι τεχνικὸν, ὥσπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔλεγεν αὐτὸς ὕδωρ ἀφεψηθὲν, τὸ μὲν ὡς δέχηται τὸν ἀέρα. καὶ γὰρ ἡ ἕψησις αὐτὴ καὶ ἡ μετὰ ταῦτα ψύξις, ἤτοι διὰ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος

XIX.

Aquarum arte carentium, quae ab aethere excreta eſt aut cum tonitru opportuna; procelloſa vero mala.

Ea quibus ſecundum medicae artis praecepta non ſolum in aegris, verum etiam in recte valentibus corporibus utimur, materiae artis jure nominantur et a medicis quibusdam libri conſcripti ſunt, quibus inſcriptio haec propoſita eſt, de materia. Porro interdum ſponte natis corporibus ad curationem et ſalubrem victus rationem utimur; interdum et nos aliquid ad praeparandam materiam facimus, aliqua elixantes, aliqua comburentes, aliqua lavantes aut prius condientes aut prius madefacientes aut refrigerantes aut aliquid hujusmodi aliud efficientes. Sic itaque et in praeparandis aquis artificioſum aliquid molimur, quemadmodum ipſe paulo ante dicebat. Aqua decocta, tum quidem ut ſuſcipiat aërem. Etenim fit ipſa decoctio et poſtea refrigeratio aut per ambientem

Ed. Chart. IX. [494. 495.] Ed. Baſ. V. (500.)

ἢ ἀνέμου τινὸς ἢ [495] οἴκου, ψυχρὸν ἀέρα καθ' ἑαυτὸν ἔχοντος. εἰσὶ γὰρ ἀμέλει τινὲς οἰκότες σπηλαίοις ψυχροῖς, ἔστι δ' ὅτε καὶ ὑγροῖς, εἴτε διὰ τῆς περιπλαττομένης χιόνος ἢ ὑπὸ κρουνῷ θέσις ἢ ἐν φρέατι διττῶς γινομένη, ποτὲ μὲν ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι κατατιθεμένων ἡμῶν τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὸ τεθερμασμένον ὕδωρ, ἐνίοτε δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ κρεμώντων, ὥσπερ γε καὶ διὰ κεράμων ἀραιῶν ἔστιν ὅτε τὸ θολερὸν ὕδωρ διηθούντων ὡς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ κατ' Αἴγυπτον ἠθεῖται διά τινων οὐχ ἁπλῶς κεραμευθέντων, ἀλλὰ τεχνικῶς κατασκευασθέντων εἰς ἀραιότητα, καθάπερ γε καὶ δι' ὀθονίου, μὴ παρόντος ἀγγείου τοιούτου. ταῦτα πάντα τεχνικὴν ἔχει τὴν παρασκευήν, ὥσπερ γε καὶ ὅσα κατὰ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν πηγαίων ὑδάτων πράττομεν, οὐκ ἐκ τοῦ τυχόντος λίθου παρασκευάζοντες αὐτοὺς καὶ χρίοντες ἔνδοθεν ἐνίοτε. διαφορὰ γὰρ οὐ σμικρὰ κατά γε τὴν ἀλοιφὴν αὐτήν ἐστιν ἢ πίτταν ἢ γύψον οὖσαν ἢ χωρὶς ταύτης πλίνθον ὀπτὴν ἢ λίθον ἔχοντά τινα ποιότητα μοχθηρὰν ἢ

nos aërem aut vento aliquo aut in aedibus frigidum aërem includentibus: ſunt enim domus quaedam frigidis ſpeluncis perſimiles. Interdum et perhumida refrigeratio acquiritur, ut per nivem circumdatam, aut ſi ſub fonte rapide labente ponatur; aut in puteo, idque bifariam, nonnunquam quidem in ipſam putei aquam nobis vaſculum demittentibus, in quo aqua calefacta continetur, nonnunquam vaſculum ſupra aquam ſuſpendentibus, ſicut etiam per teſtas raras interdum turbulentas aquas percolantes; ut Alexandriae et in Aegypto percolantur per quaedam non ſimpliciter teſtacea vaſa, ſed artificioſe, ut rara ſint, praeparata: quemadmodum et per linteolum hujusmodi vaſe carentes excolare ſolent. Haec ſane omnia artificioſe parantur, ſicut etiam quaecunque circa fontanarum aquarum ductus machinamur, illos non ex quocunque lapide fabricantes interiusque illinentes interdum: haud enim parvum diſcrimen in ipſo illitu eſt, ſive picem, ſive gypſum illiveris, ſive citra illitum; laterem uſtum aut lapi-

Ed. Chart. IX. [495.] Ed. Baſ. V. (500.)

ἀγαθὴν ἢ μηδεμίαν ὅλως ἔχοντα σαφῆ. καὶ μέντοι καὶ φρέατα πολλάκις ὀρύττομεν ἐν διαφερούσῃ γῇ καὶ δι' ὀχετῶν ἢ σωλήνων ἄγομεν ὕδωρ ἐκ πηγῆς, ἤτοι βέλτιον ἢ χεῖρον ἐργάζεσθαι δυναμένων ἢ καὶ μηδ' ὅλως ἀλλοιούντων αὐτό. ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα τεχνικῶς γίνεται περὶ τὴν παρασκευὴν τοῦ ὕδατος. ὅταν δ' ἀπὸ τῆς γῆς κατὰ τόπον οὗσης ἐν ᾧ διαιτώμεθα λαμβάνωμεν ἢ ἐκ λίμνης ἢ ποταμοῦ παραῤῥέοντος ἢ τὸ καλούμενον ὄμβριον, οὐδὲν ἐνταῦθα προστίθεμεν ἐκ τῆς τέχνης. διὰ τοῦτ' οὖν ὁ Ἱπποκράτης εἶπεν, ὑδάτων ἀτεχνέων ἀντιδιαιρούμενος αὐτὰ τοῖς τεχνικὴν ἔχουσι τὴν παρασκευὴν, ἃ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἀτέχνων ὀνομάζομεν τεχνικά. καθάπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν οὐ περὶ πάντων ὑδάτων ὅσα τεχνικῶς παρασκευάζομεν ἔγραψεν, ὡς εἰ καὶ σύγγραμμα πρὸς ἔκδοσιν ἐποιήσατο, μόνου δ' ἑνὸς ἐμνημόνευσε τρόπου παρασκευῆς, ἑαυτῷ γράφων ἐν ὑπομνήματι πρὸς ἀνάμνησιν, οὕτως καὶ νῦν οὐ περὶ πάντων ὑδάτων ἀτέχνων, ὅπερ ἐστὶν αὐτοφυῶν, ἀλλ' ἑνὸς εἴδους

dem improba aliqua aut bona aut nulla prorſus evidenti qualitate affectum impoſueris. Quin etiam puteos ſaepius in diverſa terra defodimus et aquam per canales et fiſtulas ab aliquo fonte, quae meliorem aut deteriorem ipſam reddere valeant aut etiam nulla ratione permutent, derivamus: nempe haec ad aquam praeparandam artificioſe praeſtantur. At quum ex terra ejus loci, in quo degimus, aquam ſumimus aut ex lacu aut praeterlabente flumine haurimus aut pluviatilem, quae vocatur, colligimus, prorſus nihil artis huic adhibemus. Propter hoc igitur inquit Hippocrates aquarum arte carentium, ipſas artificio praeparatis opponens, quas arte carentibus comparantes artificioſas adpellamus. Quemadmodum autem paulo ante non de omnibus aquis arte paratis locutus eſt, ſicut ſi librum, ut in publicum ederetur, conſcripſiſſet, ſed unius tantum praeparandi rationis mentionem habuit, utpote ſibi ipſi commentariolum recordationis cauſa conficiens, ita et hoc loco non de omnibus aquis arte carentibus, hoc eſt ſponte

Ed. Chart. IX. [495. 496.] Ed. Baf. V. (500.)

μόνου διῆλθεν, ὃ καλοῦμεν, ὡς ἔφην, ὄμβριον. ἔγραψε δ' αὐτοῦ διαφορὰς δύο, τὴν μὲν ἑτέραν, ἣν καὶ προδήλως ψέγει, κακὸν εἶναι λέγων τὸ λαιλαπῶδες, ἑτέραν δ' ἐφεξῆς ἄδηλον εἴτε μόνον ἄψεκτον εἴτε καί τινος ἑτέρου τύχῃ, ἐνόμιζε δὲ σκαιὸν αὐτό. τὸ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἀποκριθὲν ἢ βροντιαῖον, ὡραῖον εἶναί φησι. ὡραῖον δὲ ἐγχωρεῖ μὲν καὶ τὸ κατὰ τὴν προσήκουσαν ὥραν γινόμενον ὡς ἐπαινοῦντα λέγειν αὐτὸν, ἐγχωρεῖ δὲ καὶ μόνον οὕτως ὀνομάζειν, τὸ κατὰ τὸ μέσον θέρος ὀνομαζόμενον, ἐπειδὴ μάλιστα τὸν καιρὸν τοῦτον ὥραν ἔτους ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες. ἐπιφέρουσι μὲν γὰρ τὸ τῆς ὥρας ὄνομα καὶ φθινοπώρῳ καὶ χειμῶνι καὶ ἦρι. κατ' ἐξοχὴν δὲ ἐνίοτε καλοῦσιν ὥραν ἔτους ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν ᾧ τοὺς ὡραίους ὀνομαζομένους καρποὺς τελειοῦσθαι συμβαίνει. τοῦτ' οὖν ἄδηλόν ἐστιν, ὅσον ἐπὶ τῇ ῥήσει, πλὴν εἰ προσθείημεν αὐτοί τι περὶ τῆς ἡμετέρας ἱστορίας ἢ φυσικῆς τῶν πραγμάτων ἐνδεί- [496] ξεως.

naturae talibus procreatis, ſed de una ſola ſpecie, quam, ut dixi, pluviatilem vocamus, ſermonem fecit. Iſtius vero duas prodidit differentias, alteram quidem, quam et aperte vituperat, malam eſſe dicens, procelloſam ſcilicet; alteram vero deinceps non conſtat, an reprehenſione ſolum carere dicat, an et aliquid aliud ei tribuat; procelloſam autem putavit incommodam, ſiquidem ab aëre excretam aut cum tonitru, Graeco vocabulo adpellat hoream, latine dixeris temporariam vel tempeſtivam vel opportunam. Contingit autem temporariam aquam ut congruo tempore provenientem ipſum laudantem appellare; contingit autem et eam ſolam quae aeſtate media per imbres effunditur temporariam nominare, quandoquidem hanc anni partem Graeci potiſſimum ὥραν, id eſt tempus, appellant. Verum tamen et autumno et hiemi et veri temporis appellationem accommodant, ſed per excellentiam interdum eam anni partem tempus nominant, in qua fructus temporarios vocatos matureſcere accidit. Id igitur quantum ad verba Hippocratis attinet, obſcurum eſt, niſi ſi nos ipſi

Ed. Chart. IX. [496.] Ed. Baſ. V. (590.)

καὶ προσέτι διὰ τί τὸ λαιλαπῶδες μὲν ἔψεξεν, οὐκ ἔψεξε δὲ τό τ' αἰθέριον καὶ τὸ βροντιαῖον. ἄδηλον δὲ καὶ πότερον εἰς πόσιν αὐτὸ παρασκευάζειν ἡμᾶς ἠξίωσεν ἢ πρὸς τὰς ἰατρικὰς χρείας. εἴς τε γὰρ ὀφθαλμῶν φαρμάκων κατασκευὴν ὕδατι τοιούτῳ χρώμεθα καὶ τὸ καλούμενον ὑδάτινον ἐξ αὐτοῦ σκευάζομεν. ὡραῖον μὲν ἀκούειν ἄμεινον οὐ τὸ κατὰ τὸ ἔαρ εὐσθενῶς, ὡς ἤκουσάν τινες. οὔτε γὰρ ἐξαιρέτως τις ὥραν ἔτους ὠνόμασε τὸ ἔαρ, ἀλλ' ἁπλῶς ὥραν, ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας, οὔτε φαίνεταί τινα ἀρετὴν ἔχειν ἐξαίρετον ὁ τηνικαῦτα γενόμενος ὄμβρος, ἀλλὰ πολὺ βέλτιον ἡγεῖσθαι λέγει αὐτὸν ὡραῖον, ὅπερ ἂν ὕηται κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὃν ὀνομάζουσιν ὥραν ἔτους. ὁμολογοῦν γὰρ αὐτὸ φανεῖται καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἀποκριθὲν αὐτῷ λελέχθαι. καλεῖν γὰρ ἔθος τοῖς παλαιοῖς, ὅταν μὲν ἀκριβῶς καθαρὸν ᾖ τὸ περιέχον ἡμᾶς, αἰθέρα, τὸ δ' ἀχλυῶ-

aliquid ex iis quae vidimus aut ex naturali rerum indicatione adjiciamus, ac praeterea, cur procelloſam aquam improbet, aetheream vero cum tonitru effuſam non improbet. Incertum quoque eſt, utrum ipſam nos ad potum an ad medicinae uſus praeparare juſſerit: nam oculorum medicamentis componendis hujusmodi aquam adhibemus et ex ipſa aqueum vocatum medicamentum conficimus. Porro temporariam intelligere ſatius fuerit, non vernam, cum impetu delapſam, ut nonnulli ſtulte accipiunt, nullus enim per excellentiam tempus anni ver nuncupavit, ſed quemadmodum et alias anni partes, abſolute tempus, neque tunc temporis effuſus imber aliqua eximia virtute praeditus eſſe cognoſcitur. Sed multo antiquius fuerit putare, ipſum temporariam aquam dicere, quam eo ſane tempore pluerit, quod anni tempus Graeci nominant: huic enim ſententiae et illud ſane favere videbitur, quod ab ipſo dictum eſt et aqua ab aethere excreta: nam veteres Graeci coelum, nos ambiens exquiſite purum, aethera; caliginoſum vero aut nubibus opacum,

Ed. Chart. IX. [496.] Ed. Baf. V. (500. 501.)

δες ἢ νεφῶδες ἀέρα. κατὰ τοῦτο γοῦν αὐτὸ (501) καὶ τὸν ὑπὲρ τὰ νέφη τόπον, προσαγορεύουσιν αἰθέρα καὶ σαφῶς ἐδήλωσε καὶ ὁ ποιητὴς εἰπὼν

Εἰς ἐλάτην ἀναβὰς περιμήκετον, ἢ τότ' ἐν Ἴδῃ
Μακροτάτῃ πεφυκυῖα δι' ἠέρος αἰθέρ' ἵκανεν.

ἔμπαλιν δ' ὅταν εἴπῃ.

ἠέρα δ' Ἥρη
Πότνια πρόσθε βαθεῖαν ἐρυκέμεν,

ἐνδείκνυσθαι φαίνεται τόνδε τοῖς ἔπεσι. καὶ πάλιν ὅταν εἴπῃ

Ἀὴρ γὰρ παρὰ νηυσὶ βαθείῃ, οὐδὲ σελήνη
Οὐρανόθεν προύφαινε, καιείχετο δ' ἐν νεφέεσιν.

ὅταν οὖν ἐν τῷ θέρει λεπτυνόμενον ὕδωρ ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ὥραν θερμότητος εἰς ἀτμοὺς ἀοράτους λυθῇ καὶ διὰ τοῦτο ἀδήλως ἡμῖν ἀνενεχθῇ πρὸς τὴν ὑπὲρ γῆς ἀέρα, κἄπειτα συμβῇ διά τινα μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρὸν ἢ ἀνέμων ἀντιπνευσάντων ἀλλήλοις καὶ πυκνωθέντος τοῦ περιέ-

aërem vocare conſueverunt. Haec eadem igitur ratione et locum ſupra nubes aethera nominant, idque clare et poëta ſignificavit, inquiens:

Conſtitit, ac leviter ſcandens tunc abiete in alta
Aethera, quae ex Ida ſurgens ultra aëra adibat.

Contra vero quum dixit:

Aëra ſed craſſum Juno ſe propulit ante.

Profundum hunc noſtrum aërem per ea verba inſinuare videtur; atque iterum quum dixit:

Aër denſus erat naves complexus, Olympo
Nubibus obſcuris circumdata Luna latebat.

Itaque cum aeſtate aqua ejus temporis calore attenuata in halitus inviſibiles diſſipata fuerit, atque idcirco clam nobis in aërem ſupra terram ſubvolaverit, ac deinde propter aliquam ad frigidum mutationem ac ventis inter ſe reflantibus denſatoque aëre praetenuatos halitus iterum

Ed. Chart. IX. [496.] Ed. Bas. V. (501.)

χοντος ἐνουμένους τοῖς λελεπτυσμένους ἀτμοὺς, αἰσθητὸν ὕδωρ γίνεσθαί τινι καὶ τὸν ὄμβρον ἐροῦμεν ὡραῖον εἶναι, λελεπτυσμένου τε καὶ προκατειργασμένου τοῦ ὕδατος ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν ἀέρα θερμότητος, εἶναί τε διὰ τοῦτο βέλτιον αὐτὸ τῶν λαιλαπωδῶν ἀκατεργάστων τε καὶ ἀμεπαβλήτων ὄντων, ὁποῖα κατά τινας πηγὰς ὕδατα γίνεται τὰ καλούμενα πρὸς τῶν ἀρχαίων ἀτεραμιώδη. διὰ τί δὲ καὶ τὸ βροντιαῖον ἀποδέχεται μᾶλλον ἢ τὸ λαιλαπῶδες ἐφεξῆς ἴδωμεν. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ διότι τὰς βροντὰς οἶδε γινομένας, ἤτοι διὰ πυρὸς ἐναπόληψιν, ὅταν ἐκκρινόμενον οἷον ῥῆξίν τινα ποιήσει τοῦ περιέχοντος αὐτὸ νέφους, ἡνίκα καὶ κεραυνοὶ πίπτουσιν ἢ παρατριβομένων ἀλλήλοις τῶν νεφῶν, ὧν οὐδέτερον ὑπάρχει τῷ λαιλαπώδει. πεπύκνωται γὰρ ὁ ἀὴρ ἐν τῇ τοιαύτῃ κατασιάσει συνεχοῦς καὶ μέλανος ἑνὸς νέφους ἅπαντα αὐτὸν κατειληφότος. εἰκότως οὖν οὐ γίνονται βρονταὶ κατὰ τὴν τοιαύτην διάθεσιν τοῦ περὶ τὴν γῆν ἀέρος. ἐν γὰρ τοῖς διεσπασμένοις καὶ κατὰ τὴν περιγραφὴν ἰδίαν

cogi et in aquam ſenſibilem evadere contigerit, tunc imbrem illum temporarium vel tempeſtivum eſſe dicemus, extenuata aqua, ac prius ab aëris calore elaborata, atque ideo meliorem ipſam eſſe nimboſis, utpote neque confectis, neque ulla mutatione elaboratis, quales in nonnullis fontibus aquae ſcaturiunt, a veteribus indomitae crudaeque nominatae. Verum cur tonitrualem, ut ita dicam, aquam potius quam nimboſam approbet, deinceps videamus. Id profecto mihi ea ratione feciſſe videtur, quod tonitrua duorum modorum alterutro fieri noverit aut ob ignem interceptum, qui erumpens, circumplexam nubem veluti dilaceret, quo etiam tempore fulmina decidunt aut inter ſe alliſis attritisque nubibus. Neutrum in nimboſa aqua ineſt: ſiquidem in hujusmodi ſtatu aër conſpiſſatus eſt, una continua atraque nube ipſum totum occupante. Quapropter haud immerito in hoc aëris terram ambientis ſtatu nequaquam tonat: namque diverſis nubibus ac propria circumſcriptione vagantibus, quum inter

Ed. Chart. IX. [496. 497.] Ed. Baſ. V. (501.)

φερομένοις νέφεσιν, ὅ τ' ἀλλήλοις ἐντύχῃ, τὴν παράτριψιν εὔλογον γίνεσθαι. τοῦ δ' ὅλου συνεχοῦς τε καὶ ἡνωμένου παράτριψις οὐκ ἂν γένοιτο. διὰ τοῦτο οὐδὲ κεραυνοὶ πίπτουσιν ἐν τῇ τοιαύτῃ καταστάσει, [497] μήτ' ἀέρος ἐν τοῖς νέφεσι περιλαμβανομένου θερμοῦ μήτε περιτρίψεως ἰσχυρᾶς γενομένης. ὅταν γὰρ ἀλλήλοις ἀπατῶντα τὰ νέφη, τὸ μεταξὺ πυρώδες εἰς ἑαυτὰ συνελαύνοντα καὶ σφίγγοντα πυκνώσει τελέως ἐκθλίβηται, τηνικαῦτα ποτὲ μὲν εἰς τὴν ἄνω χώραν ὁ κεραυνὸς ἢ τὴν εἰς τὸ πλάγιον, ἐνίοτε δ' ἐπὶ τὴν γῆν. ταύτην μὲν τὴν φορὰν αὐτοῦ ὁρῶμεν μύνην, αἱ δ' ἄλλαι λανθάνουσιν ἡμᾶς. ἐμοὶ μὲν οὖν εἴρηται διὰ συντόμων εἰς τὴν ῥῆσιν ὅπως τε γίνονται βρονταὶ καὶ διὰ τί τὸ βροντιαῖον ὕδωρ ἄμεινον ἔφησεν εἶναι τοῦ λαιλαπώδους. ἄκρως δὲ καθαρὸν καὶ λελεπτυσμένον ἐστὶ τὸ κατεργασμένον ὡραῖον. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τούτου τε καὶ τοῦ λαιλαπώδους, τὸ βροντιαῖον, ὅσον ἀπολείπεται τοῦ ὡραίου, τοσοῦτον πλεο-

ſe concorrunt, ratio poſtulat fieri attritionem; unius autem totius continuae perpetuaeque nubis conflictus fieri non poteſt. Quamobrem neque fulmina in hac coeli conſtitutione cadunt, quum quia calidus aër intra nubes non includitur, tum quod neque ipſae inter ſe magno impetu concurrunt. Nam quando inter ſe concurſantes nubes igneum illud, quod intervenerat, intra ſe ipſas compellentes et conſtringentes exquiſite denſaverint, tunc utique fulmen nonnunquam ſurſum verſus aut in obliquum, nonnunquam vero et in terram extruditur. Hanc ſolam fulminis expulſionem nos conſpicimus, aliae vero mortalibus ignotae ſunt. Porro a me brevibus ad propoſita verba explananda ut tonitrua fiant dictum eſt; curque tonitrualem aquam, ut ipſius verbo utar, quam ex nimbo provenientem meliorem eſſe aſſeruit. Summe vero munda ac tenuis eſt temporaria aqua elaborata. Inter hanc autem et procelloſam tonitrualis eſt, quae quantum a temporaria vincitur, tantum procelloſam ſuperat. Igitur in

Ed. Chart. IX. [497.] Ed. Baſ. V. (501.)

νεκτεῖ τοῦ λαιλαπώδους. ἕτοιμον οὖν ἤδη τοῖς ἅπαντα μεμαιρομένοις οὐ προσῆκον ἰατρῷ φέρειν τοσαύτης ἅπτεσθαι φυσιολογίας. εἰ δέ γε μηδένα λογισμὸν εἰπὼν ἀπεφηνάμην ἁπλῶς βέλτιον μὲν εἶναι τὸ ὡραῖον τοῦ λαιλαπώδους, μέσον δ' ἀμφοῖν τὸ βροντιαῖον, ἐκέλευον ἄν με προσθεῖναί τινα ἀπόδειξιν οἷς εἶπον, οὔτε γάρ με πιστεύειν αὐτοῖς ὡς νόμοις δίκαιον οὔτε ἀνάγκην ἔχειν ὡς τυραννικοῖς προστάγμασι πείθεσθαι. εἰ τοίνυν ἐκφεύγειν ἀδύνατόν ἐστι τὴν γλῶτταν τῶν ἀπαιδεύτων τε ἅμα καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων, ἄμεινον δ' ἐπὶ τοῖς βελτίοσιν ὑπ' αὐτῶν ψέγεσθαι, καλῶς ἂν εἴημεν εἰρηκότες τὴν περὶ γενέσεως βροντῶν φυσιολογίαν. τὸ μὲν γὰρ ἀναπόδεικτον ἄπιστον εἶναι δοκεῖ πᾶσιν ἀνθρώποις, τὸ δὲ μηδὲ ἅπτεσθαι φυσιολογίας ἰατρὸν, οὐ παντάπασιν ὀρθῶς λέγεσθαι φαίνεται, δείκνυσί τε τούτους ἀποφηναμένους αὐτοὺς ἡμῖν ὡς τυράννους, οἷς προστάττουσι πείθεσθαι κελεύοντες. ἄμεινον δ' ἦν ἄρα μὴ τυραννικῶς

promtu jam eſt iſtis omnia vituperantibus dicere, haud medici munus eſſe tam longam de rerum natura orationem habere. Ceterum ut his reſpondeam, ſi nullam rationem afferens ſimpliciter aſſeveraſſem, temporariam aquam nimboſa eſſe meliorem, inter has vero tonitrualem mediocrem, aliquam ſane eorum quae dixiſſem rationem me adjicere praecepiſſent, neque ſe dictis meis tanquam legibus credere juſtum eſſe, neque ipſis ut tyrannicis praeceptis parere neceſſum eſſe dixiſſent. Quocirca, ſi illiteratorum juxta flagitioſorumque hominum latratus evitari non poteſt, praeſtat autem ob res meliores ab iſtis male audire, profecto rectiſſime tonitrui cauſas naturales rimati ſumus: quod enim probatione caret, omnibus hominibus incredibile eſſe videtur. Neque admodum recte dictum videtur, quod a medico videlicet ſermo de natura faciendus non ſit, indicatque hos ipſos, qui ita pronunciant, nobis ut ſibi tanquam tyrannis edicta proponentibus obtemperemus imperare. Verum praeſtabat ſane non tyrannico more

Ed. Chart. IX. [497.] Ed. Baſ. V. (501.)

προστάττειν, ἀλλὰ διδάσκειν ἡμᾶς ἤτοι γε ὡς χωρὶς ἀποδείξεως ὁ λόγος πιστότερός ἐστι τοῦ μετ' ἀποδείξεως ἢ ὡς οὐκ ἀληθῶς εἴρηταί τι κατὰ τὴν αἰτίαν ἀπόδοσιν. οἱ σε γε τούτων μὲν οὐδέτερον πράττουσιν, ἑκατέρως δὲ ψέγουσιν. εἰ μὲν δὴ μηδεμίαν ἀπόδειξιν εἴποιμεν, ὡς ἀναπόδεικτα φλυαροῦντας, εἰ δὲ προσθείημέν τινα λόγον, ὡς οὐκ εἴη πρέπον ἰατρῷ φυσιολόγῳ ὡς ἀληθοῦς ἅπτεται.

κ'.

Ὕδωρ βορὸν, ἀγρυπνίη βορύν.

Ἀφ' ὧν πεφύκασιν ἀγρυπνία τε καὶ ὕδωρ ἐργάζεσθαι, τὴν προσηγορίαν αὐτοῖς ἔθετο, βορὸν ὀνομάσας ἑκάτερον, ἐπειδὴ βοροὺς ἡμᾶς ἐργάζεται. καλοῦσι γὰρ καὶ νῦν ἔτι συνήθως οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν ἅπαντες Ἕλληνες ἀνθρώπους βοροὺς τοὺς πολλὰ δυναμένους ἐσθίειν. ἐμάθετε δὲ τὰς περὶ τὴν τροφὴν ὀρέξεις ἐξ ὑδροποσίας αὐξα-

imperare, ſed potius docere aut ſermoni absque ratione magis quam rationem reddenti fidem eſſe habendam aut in referenda cauſa a nobis aliquid non vere fuiſſe traditum. At iſti horum neutrum faciunt; imo utrumque vituperant, ſi nullam probationem attulerimus, nos probatione carentia effutire, ſi rationem aliquam adjecerimus, non eſſe medici, ut phyſici munus, de veritate aliquid diſputare, jactantes.

XX.

Aqua edax, vigilia edax.

Ab iis quae et vigilia et aqua efficere aptae ſunt, ipſis appellationem impoſuit, utramque edacem nominans, quod nos ſcilicet edaces reddat; quandoquidem et hac etiam tempeſtate in noſtra Aſia Graeci omnes, edaces homines, qui multa comeſſe valent, uſitato vocabulo appellitant. Didiciſtis autem cibi appetitiones ab aquae potu

Ed. Chart. IX. [497. 498.] Ed. Baſ. V. (501.)

νομένας, ᾧ λύγῳ καὶ ψυχρὸν ὕδωρ πινόντων ἢ ἔδεσμα ψυγρὸν ἢ στῦφον. ὅσα μὲν γὰρ εἰς ὀλίγον συνάγει τὸ κατὰ τοὺς χιτῶνας [498] τῆς κοιλίας αἷμα, τὰς ὀρέξεις αὐξάνοντά τε καὶ γεννῶντα δέδεικται. τὰ δὲ θερμαίνοντα καὶ χέοντα τὸ αἷμα καθαιροῦντα καὶ παύοντα τὰς ὀρέξεις. κατὰ τοῦτ' οὖν καὶ ὕδωρ γίνεται βορὸν, ἡ δὲ ἀγρυπνία τῷ διαφορεῖν. ἐμάθετε γὰρ ἤδη καὶ περὶ ταύτης, ὥσπερ γε καὶ περὶ ὕπνου. πέττει μὲν οὖν ὁ ὕπνος ὡς ἂν ἔσω ῥέποντος ἐν αὐτῷ τοῦ θερμοῦ, διαφορεῖ δ' ἡ ἀγρυπνία, συνυπάγοντος ἑαυτῷ τοῦ συμφύτου θερμοῦ κατὰ τὴν ἐπὶ τ' ἐκτὸς κίνησιν οὐκ ὀλίγα μόρια τῆς τοῦ σώματος οὐσίας. διὰ ταῦτα μὲν οὖν εἴρηται βορὰ τό θ' ὕδωρ καὶ ἡ ἀγρυπνία, σὺ δὲ μὴ παρακούσῃς καὶ νομίσῃς ταὐτὸν εἶναι τὰ πολλὰ προσφέρειν τῷ πέττειν τε καὶ κατεργάζεσθαι πολλά. βελτίων γὰρ ὕδατος οἶνος, οὐ μόνον εἰς τὴν γαστέρα πέψιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν πεφθέντων ἀνάδοσιν αἱμάτωσίν τε καὶ θρέψιν, οὔρησίν τε καὶ διαπνοὴν, ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων

ea plane ratione excitari, qua et gelidam bibentes aut frigidum cibarium adſtringensve aſſumentes appetentiores evadunt. Alibi namque oſtenſum eſt quaeque ventriculi tunicarum ſanguinem in arctum conſtringentia appetentias augere et procreare; contra vero calefacientia fundentiaque ſanguinem dejicere finireque appetentias. Hac itaque ratione aqua vorax exiſtit: alia vero ratione vigilia, quod ſcilicet corpus digerat atque diſſolvat: de hac etenim jam ſicut et de ſomno notitiam habuiſtis. Concoquit plane ſomnus utpote calido tunc interiora petente; diſſipat vigilia, inſito calido, dum exterius emicat, ſecum haud exiguas corporeae ſubſtantiae particulas educente. Igitur propterea aqua et vigilia edaces dictae ſunt. At tu ne perperam accipito, neve idem eſſe exiſtimato multa comeſſe et multa concoquere atque conficere. Siquidem vinum aquae praeſtat non ſolum ad coctionem, quae in ventriculo fit, adjuvandam, ſed etiam ad concocta diſtribuenda, ad ſanguinem creandum, ad nutriendum, ad lo-

Ed. Chart. IX. [498.] Ed. Baſ. V. (501.)

σωμάτων. εὔδηλον δὲ ὡς ἐπὶ τούτων ὁ λόγος εἴρηται νῦν ὑφ' Ἱπποκράτους, οὐδενὸς ἀγνοοῦντος ἡνίκα βλάπτει ταὺς πλείστους τῶν νοσούντων οἶνος ἀλλὰ καὶ ἡ ἀγρυπνία κατὰ διττὸν τρόπον γινομένη διττὴν ἔχει καὶ τὴν ἐπὶ ταῖς ἐδωδαῖς τελευτήν. εἰ μὲν γὰρ πράττοντές τι διὰ νυκτὸς, ὡς ἐν ταῖς παννυχίσιν, ἐγρηγορότες διατελέωσι, κενοῦται μὲν τὸ σῶμα, βλάβη δ' οὐδεμία σαφὴς γίνεται δυνάμεως. ἐαν δὲ κατακείμενοι μέρη μέν τινα τῆς νυκτὸς ὑπνώσωμεν, ἀγρυπνήσωμεν δὲ τὰ λοιπὰ, κωλύεται μὲν ἡ δύναμις. οὔτε γὰρ ὀρεγόμεθα βέλτιον οὔτε πέττομεν οὔτε τὰς ἑφεξῆς τῇ πέψει φυσικὰς ἐνεργείας ἀμέμπτους ἔχομεν, ἅπαντες χείρους γενόμενοι τῶν καλῶς κοιμηθέντων.

κα'.

Ἐνθέρμῳ φύσει θερμὴ ὥρη, κοίτη ἐν ψύχει παχύνει, ἐν δὲ θερμῷ λεπτύνει.

---

tium citandum et ad corpora difflanda in recte valentibus. Nemini vero dubium eſt de iis in praeſentia ſermonem ab Hippocrate fuiſſe factum, quum inter omnes conſtet, plurimis aegrotis vinum officere. Verum et vigilia biſariam adhibita duplicem quoque a cibis finem conſequitur. Nam ſi quippiam noctu agentes, ut in celebritatibus illis quas pernoctationes vocant, totam noctem inſomnem traducant, corpus quidem inane redditur, ſed nullum inſigne virium detrimentum inde conſequitur. At ſi cubantes aliquod noctis tempus ſomno capti quieſcamus, reliquum autem vigilemus, vires profecto debilitantur: neque enim melius appetimus, neque concoquimus, neque concoctione ſequentia naturalia munera inviolata perfectaque obimus, languidiores omnino quam qui bene dormierint evadentes.

XXI.

Percalidam naturam calido tempore, in frigore cubile craſſam reddit, in calido attenuat.

Ed. Chart. IX. [498. 499.] Ed. Baſ. V. (501. 502.)

Τὸ μὲν ἐν ἀρχῇ τῆς ῥήσεως εἰρημένον ἐνθέρμῳ δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῆς, ἔνθερμος εὐθείας κλινόμενον, τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ δύναιτ' ἄν τις ἀκούειν ὡς ἔκ τε προθέσεως τῆς ἐν καὶ πτώσεως δοτικῆς τῆς θερμῷ συγκείμενον, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἤκουσαν ὀλίγου δεῖν ἅπαντες οἱ ἐξηγηταί. τινὲς μὲν εἰς δύο μέρη διελόντες τὴν ῥῆσιν, ὡς ἑκάτερον ἰδίας (502) *ἐξηγήσεως δεόμενον, ἔνιοι δ' ὅλην ὡς μίαν ἐξηγησάμενοι. Διοσκορίδης δὲ καὶ μετέγραψεν ἐπὶ τὸ σαφέστερον αὐτὴν, ὥσπερ εἴωθε ποιεῖν ἐπὶ τῶν ἀσαφῶν ῥήσεων ἰδίᾳ μὲν ἔγραψε τὸ ἐνθέρμῳ φύσει θερμῇ ὥρῃ, προσθεὶς αὐτῇ τὸ λεπτύνειν, βουλόμενος ἡμᾶς ἀκούειν τὴν ἔνθερμον φύσιν, ὅπερ ἐστὶ πολύθερμον ἐν ὥρᾳ θερμῇ, τουτέστι θερινῇ λεπτύνεσθαι, διαφορουμένην ὑπὸ τῆς ὀνομαζομένης ἤδη συνήθως ἅπασι τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς λόγῳ θεωρητῆς διαπνοῆς, ἣν καθ' ἑτέραν λέξιν τινὰ ἄλλοι τινὲς ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοὴν* [499] *ὀνομάζουσι, γενομένην μὲν ἅπασιν*

Dictionem hanc percalidam aphoriſmi hujus initio praepoſitam a recto caſu percalida deflexam eſſe conſtat, ſed vocem hanc, *ἔνθερμος*, in fine poſitam quispiam ita poſſet accipere, ac ſi ex propoſitione *ἐν*, id eſt in, et caſu dativo *θέρμῳ* eſſet compoſita, quemadmodum ſane omnes fere interpretes acceperunt, nonnulli quidem orationem hanc in duas partiti, perinde ac ſi utraque propria explanatione indigeret; alii vero totam, ut unam interpretati. Porro Dioſcorides et ipſam in clariorem permutavit, ut in obſcuris locutionibus facere conſuevit. Separatim quidem ſcripſit, percalidam naturam calido tempore his verbis adjiciens hanc vocem, *extenuat*, nobis ſignificare volens, percalidam naturam, hoc eſt multo calore ferventem, calido tempore, id eſt aeſtivo, extenuari, dilabentem atque evaneſcentem per eam quae ab omnibus medicis recentioribus jam trita et uſitata voce ratione perceptilis diffiatio nominatur; quam etiam altera appellatione quidam ſenſui ignotam perſpirationem nominant, quae

Ed. Chart. IX. [499.] Ed. Baſ. V. (502.)

ἡμῖν ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ, διαφέρουσαν δὲ κατά τε τὰς ἡλικίας καὶ τὰς ὥρας ἐπιτηδεύματά τε καὶ συνελόντι φάναι τὴν ὅλην δίαιταν ἣν διαιτώμεθα. ἀλλ' ἐν ἅπασί γε ταῖς διαφοραῖς κοινόν ἐστιν ἐπὶ μὲν ταῖς θερμοτέραις ὥραις τε καὶ χώραις, ἡλικίαις τε καὶ φύσεσι καὶ διαίταις, ἀπορρεῖν ἔξω τοῦ σώματος οὐκ ὀλίγην μοῖραν ἐκ τῆς οὐσίας ἡμῶν, ἐπὶ δὲ ταῖς ψυχροτέραις πυκνουμένου τοῦ δέρματος ἴσχεσθαι μὲν τὸ πλεῖστον, ὀλίγον δ' ἐκκενοῦσθαι. κατὰ τοῦτ' οὖν ἀληθές ἐστι τὴν πολύθερμον φύσιν ἐν ὥρᾳ θερμῇ λεπτύνεσθαι, διπλασιαζομένης τῆς ἀπορροῆς, ἣν ἐκ τῆς οἰκείας θερμότητος ἔχοντες σύμφυτον ἐπικτῶνται τὴν προγινομένην ἔξωθεν ἀπὸ τῆς θερμῆς ὥρας. ἀλλ' οὔτε τῶν ἄλλων ἀντιγράφων εὗρον ἔν τινι ταύτην τὴν γραφὴν οὔτε τις τῶν ἐξηγητῶν οἶδεν αὐτήν, πλὴν ὅτι Διοσκορίδης αὐτὸς ἐν τῷ μετώπῳ τοῦ βιβλίου προσέγραψεν, ἐν δύο μόνοις ἀντιγράφοις εὑρηκὼς ὠδί πως ἔχουσαν τὴν λέξιν. ἐνθέρμῳ φύσει θερμῇ ὥρῃ ἐν ψύχει κοίτη παχύνει, ἐνθέρμῳ λεπτύνει. οὐ μὴν ἡμεῖς γε ἐν δυοῖν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν οἷς ἀνέγνωμεν,

nobis omnibus per totum vitae curriculum ineſt, verum ſecundum aetates, anni tempora ſtudiaque ac, ut brevibus expediam, ſecundum omnem quam degimus vitae rationem evariat. Sed in omnibus his differentiis illud commune ineſt, calidioribus quidem temporibus, regionibus, aetatibus, naturis et victus rationibus, de corpore haud exiguam ſubſtantiae noſtrae portionem effluere; contra in frigidioribus, ſpiſſeſcente cute, plurimum retineri, exiguum diſſipari. Hac igitur ratione percalidam naturam tempore calido extenuari verum eſt, duplicato ſcilicet effluxu: nempe ex proprio calore inſitum habentes, novum praeterea exterius a calido tempore accedentem acquirunt. Verum neque in alio ullo exemplari hanc lectionem inveni, neque ullus explanator ipſam agnovit. Sed Dioſcorides ipſe in libri fronte inſcripſit, ſeſe in duobus ſolis exemplaribus ita conſcripta verba nactum eſſe, percalidam naturam calido tempore, in frigore cubile craſſam reddit, in calido extenuat. Verumtamen nos non in

Ed. Chart. IX. [499.] Ed. Baſ. V. (502.)

οὕτως ἔχουσαν εὕρομεν τὴν λέξιν, ἐξεπίτηδες ἅπασας μὲν ἰδόντες τὰς κατὰ τὰς δημοσίας βιβλιοθήκας, ἅπαντα δὲ τὰ παρὰ τοῖς φίλοις. ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν αὐτῆς ἤδη τραπώμεθα, παραλιπόντες ὅσα κακῶς εἴρηται τοῖς ἐξηγησαμένοις. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τὸ μὲν πρότερον μέρος τῆς ῥήσεως οὕτως συμπληροῦσθαι δεῖν· ἐνθέρμῳ φύσει, θερμῇ ὥρῃ, ἐν ψύχει κοίτη παχύνει. τὸ μὲν θερμῇ ὥρῃ κατὰ τὰς δοτικὰς πτώσεις ἀναγνόντων ἡμῶν, ὡς εἰ καὶ ἐν τῇ θερμῇ ὥρῃ λέλεκται. τὸ δὲ ἐν ψύχει καθάπερ καὶ οὕτως εἶπεν. ἐν ἀέρι ψυχρῷ, συγκειμένης τῆς λέξεως ἐκ δυοῖν τοῦ λόγου στοιχείων, προθέσεως μὲν τῆς ἐν, ὀνόματος δὲ τοῦ ψύχει. γενήσεται γὰρ ὁ σύμπας νοῦς τοιοῦτος, ὠφέλιμόν ἐστι τῇ πολυθέρμῳ φύσει κατὰ θερμὴν ὥραν ἐν ψυχρᾷ κοίτῃ κοιμᾶσθαι, παχυνθήσεται γὰρ οὕτως. εἰκότως δὲ ταῦτα ποιεῖν ἡμᾶς ἐπὶ τῶν πολυθέρμων φύσεων ἐκέλευσεν ὁ Ἱπποκράτης. ἑτοίμως γὰρ οὔσης τῆς θερμῆς φύσεως λεπτύνεσθαι διὰ τὸ

duobus, ſed in omnibus quaecunque legimus, ita ſe habere hanc orationem comperimus, quum de induſtria omnia et quae in publicis bibliothecis repoſita ſunt et quae apud amicos invenimus, exemplaria inſpexerimus. Sed jam ad explananda verba convertamur, omnibus iis quae prave ab interpretibus dicta ſunt praetermiſſis. Mihi ſane prior aphoriſmi pars ita perficienda eſſe videtur: per calidam naturam calido tempore in frigore cubile craſſam reddit, has voces, *calido tempore*, in ſexto caſu nobis legentibus, perinde ac ſi in calido tempore dictum eſſet; illud vero in frigore, idem eſt ac ſi dictum eſſet in aëre frigido, ex duabus orationis partibus dictione compoſita, praepoſitione ſcilicet *in*, et nomine *frigore*. Erit enim integra ſententia hujusmodi: utile eſt percalidae naturae, in calido tempore, in frigido cubiculo ſomnum capere, ita namque craſſeſcet. Nempe haud injuria in valde calidis naturis haec nos facere praecepit Hippocrates; quandoquidem calida natura quum ſponte ob efflu-

Ed. Chart. IX. [499.] Ed. Baſ. V. (502.)

πληθος τῆς ἀπορῥοῆς, ἐὰν καὶ τῆς ὥρας αὐτῇ προγινομένης θερμῆς ἡ κένωσις διπλασιασθῇ, προσέλθῃ δὲ τρίτη τις ἄλλη κένωσις ἐν θερμῷ χωρίῳ καὶ στρωμνῇ θερμῇ κατακειμένου τοῦ ἀνθρώπου, συμβήσεται διαφορηθῆναι καὶ λεπτυνθῆναι τὸ σῶμα τρίτην ὑπομεῖναν κένωσιν. ἐὰν δὲ ἐπὶ ταῖς ἀναγκαίαις σὺν τῇ τ' ἐκ τῆς φύσεως καὶ τῆς ὥρας, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν, ἡ γοῦν τρίτη πρὸς τοὐναντίον ἀχθῇ, οὐ διαφορεῖν, ἀλλ' ἐπέχειν δυναμένη τὰς ἀπορῥοάς, οὐκ ἂν εἰς ἔσχατον ἀφίκοιτο κενώσεως ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ παχυνθείη μᾶλλον ἢπερ λεπτυνθείη. τῆς γὰρ ψυχρᾶς κοίτης σημαινούσης οἱ μόνον ὑποστορέσματα ψυχρὰ καὶ περιβλήματα, ἅπερ ἐκ σινδόνων πυκνῶν καὶ τριβάκων ἱματίων τε τοιούτων γίνεται, προσέρχεταί τι μέγιστον ἕτερον ἐπανόρθωμα τῆς τε κατὰ τὴν ὥραν καὶ τὴν φυσικὴν κρᾶσιν ἀμετρίας, διὰ τῆς εἰσπνοῆς ψυχρᾶς οἵσης ἐμψύχεσθαι τὸ σῶμα. τοῦτο μὲν οὖν ἤδη καὶ πρόσθεν ἡμῖν εἴρητο, πρόσκειται δὲ νῦν τὸ καιὰ τὴν στρωμνήν, ἵνα πανταχόθεν ἀναψύχηται τὸ σῶμα καὶ τὸ τῆς διαπνοῆς ἄμετρον εἰς συμ-

xum immodicum ad extenuandum idonea ſit, ſi tempore calido accedente, evacuatio duplicata ſit, quin etiam tertia quaedam alia inanitio in calido loco et calido ſtrato cubante homine adjuncta fuerit, tum corpus triplici digeſtione exhauſtum diſſipari emaciarique continget. Quod ſi duabus neceſſariis inanitionibus a natura atque tempore provenientibus, quas effugere non licet, tertia ſaltem in contrarium abducatur, non diſſipare, ſed coërcere diſſlationes potens, ad extremam evacuationem homo non perveniet; quin imo pingueſcet magis quam extenuabitur. Frigido enim cubili non modo lectos frigidos, ſed ſtragula, quae ex linteis craſſioribus et attritis, atque id genus aliis veſtibus conſtant, ſignificante; aliud quoddam maximum remedium exceſſus ratione temporis et naturalis temperamenti provenientis adjungitur, ut ſcilicet per frigidam inſpirationem corpus refrigeretur. Id quidem jam et antea a nobis dictum fuit, ſed nunc mentio lecti adjecta eſt, ut undique corpus refrigeſcat ac diſſlationis

Ed. Chart. IX. [499. 500.] Ed. Baſ. V. (502.)

μετρίαν ὑγιεινὴν ἐπανάγηται. τὸ μὲν οὖν ἕτερον μέρος τῆς ῥήσεως τὸ πρότε- [500] ρον οὕτως ἂν μοι δοκεῖ μάλιστά τις ἐξηγήσασθαι. τὸ δ' ὑπόλοιπον ἔνθα φησὶν, ἐν θερμῷ λεπτύνει, σαφὲς ἂν ἦν εἰ τῷ θερμῷ τὸ ἀέρι προσεγέγραπτο, τῆς ὅλης ῥήσεως ἐν τοιᾷδε λέξει σαφῶς ἂν ἑρμηνευθείσης. τῇ πολυθέρμῳ φύσει ἐν ὥρᾳ θερμῷ κοίτη προσελθοῦσα ἐν ἀέρι ψυχρῷ παχύνει, ἐν θερμῷ δ' ἀέρι γινομένη λεπτύνει. κατὰ μὲν οὖν τὰς εὐθείας πτώσεις, οὕτως ἂν μάλιστα ῥηθείη σαφῶς, ὡς εἴρηται. νυνὶ δ' εἰ καὶ κατὰ δοτικὰς βουληθείημεν ἑρμηνεῦσαι, γένοιτ' ἂν ἡ λέξις τοιαύτη. τῇ πολυθέρμῳ φύσει ἐν ὥρᾳ θερμῇ καὶ τῇ ἐν ἀέρι ψυχρῷ κοίτῃ παχύνεσθαι συμβαίνει, τῇ δ' αὐτῇ τοιαύτῃ ἐν ἀέρι θερμῷ λεπτύνεσθαι συμβήσεται.

κβ'.

Ἄσκησις ὑγιὴς, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων.

---

exceſſus ad ſalubrem commoderationem redigatur. Altera quidem aphoriſmi pars, prior ſcilicet, ita ſane ab aliquo potiſſimum explanari poſſe mihi videtur. Reliqua pars, ubi ait, in calido attenuat, dilucida ſane foret, ſi ei voci, *calido*, aëre adſcriptum eſſet, tota oratione per haec verba manifeſte explicata: calidiori naturae, calido tempore, cubile in aëre frigido ſi accedat, craſſum reddit; in calido autem aëre cubile extenuat. Per rectos quidem caſus ita maxime aperte explanata oratio fuerit. Quod ſi per tertios et ſextos loqui voluerimus, narratio ſane hujusmodi fuerit. Calidiori naturae, tempore calido et cubili in aëre frigido craſſeſcere accidit: hoc eodem vero cubili in aëre calido poſito extenuari continget.

XXII.

Profeſſio tuendae ſanitatis, non ſaturitas cibi, impigritas ad labores.

Ed. Chart. IX. [500.] Ed. Baſ. V. (502.)

Τὸ μήτε ἐμπίπλασθαι μέχρι κόρου μήτε ὀκνεῖν γυμνάζεσθαι, κεφάλαιον ὑγιεινῆς διαίτης εἶναι ὑπείληφεν.

κγ'.

Ἐν τῷ ἐγρηγορέναι δίψῃ ἐπιπολαίῳ, ὕπνος ἄκος. τῇ δ' ἐξ ὕπνου ἐγρήγορσις ἐνίοις.

Ἐπιπόλαιον δίψαν ἀκουστέον ἐστὶ τὴν πάνυ σμικρὰν, ἥτις οὔτ' ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος οὔτ' ἀπὸ μεγάλης διαθέσεως γίνεται τῶν κατὰ γαστέρα μορίων, ἀλλ' ὡς Ἐρασίστρατος ἔφη, ξηραινομένων ἢ ἐκθερμαινομένων τῶν τόπων δι' ὧν φέρεται τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ στόματος τὴν κοιλίαν. ταύτης οὖν τῆς δίψης ἴαμά ἐστιν ὁ ὕπνος ὑγραινομένου τοῦ βάθους, ὡς ἂν εἴσω ῥέποντος ἐν τοῖς ὕπνοις τοῦ αἵματος. ἔμπαλιν δὲ τοῖς ἐξ ὕπνου διεγερθεῖσιν, ὅταν ἐπιπόλαιος ᾖ δίψα, παύεται ῥᾳδίως ἐγρηγορόσι, τὸ γὰρ τοιοῦτον δίψος γίνεται, θερμαινομένων ἐνίοτε τῶν μορίων, ὧν

Neque repleri uſque ad ſaturitatem impigrumque eſſe ad exercitationes ſalubris victus caput eſſe opinatur.

XXIII.

Inter vigilandum ſiti in ſuperficie ſomnus medela eſt; ſiti vero ex ſomno vigilia quibusdam.

In ſuperficie ſitim intelligere oportet valde exiguam, quae neque a toto corpore, neque magno ventriculi partium affectu excitata eſt, ſed, ut dixit Eraſiſtratus, areſcentibus aut incaleſcentibus locis illis, per quae ab ore in ventriculum humor delabitur. Huic itaque ſiti ſomnus remedio eſt, corporis penitioribus madeſcentibus, utpote per ſomnum ſanguine ad interiora agente; contra vero expergefactis, quum in ſuperficie ſitis adeſt, vigilantibus facile ſedatur. Hujusmodi namque ſiti oritur incaleſcen-

Ed. Chart. IX. [500. 501.] Ed. Baſ. V. (502.)

ἔφην Ἐρασίστρατον ἐμνημονευκέναι. θερμαίνεται δὲ κατὰ τὴν τῶν σιτίων πέψιν ἐν τῇ γαστρί. γινομένης γὰρ αὐτῆς ὑπὸ τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ παραπλησίως τοῖς ἑψομένοις, ὥσπερ ἐκείνοις ἀναφέρεταί τι ἀτμὸς θερμὸς, οὕτω συμβαίνει ποτὲ καὶ κατὰ τὴν κοιλίαν καὶ μάλιστα τοῖς ἀκρατέστερον οἶνον πεπωκόσιν. ἀλλ' ἐὰν ἐγρηγορότων αὐτῶν ἡ γαστὴρ κενωθεῖσα μηκέτ' ἀναπέμπῃ τοὺς ἀτμοὺς, ἤ τ' ἐν τοῖς τεθερμασμένοις μέρεσι θερμασία διαφορηθῇ, παύονται διψῶντες. ἔνιοι μέντοι διψώδεις ἐξ ὕπνου γίνονται, διὰ τὴν τῶν ἐδηδεσμένων ἢ πεπομένων θερμότητα τῆς γαστρὸς ἐκθερμανθείσης, ἥτις οὐ καθίσταται χωρὶς τῆς ἔξωθεν ἐπικουρίας. οὕτως γοῦν οἱ πολλοὶ τῶν ἔθος ἐχόντων ψυχροποτεῖν ὤνηντό ποτε πιόντες ὕδωρ ψυχρὸν ἐν τοιούτῳ καιρῷ, πρὸ τοῦ λούσασθαί τε καὶ τροφὴν προσενέγκασθαι. διὰ τοῦτ' οὖν ἐν τῇ δευτέρᾳ διαφορᾷ τοῦ δίψους προσέθηκε τὸ ἐνίοις. οὐ γὰρ ἅπασιν, ὡς ἐπιδέδεικται, τοῖς ἐξ ὕπνου διψῶσιν ἡ αὐτὴ διάθεσις γίνεται. ταύτην δ' οἱ [501] τε

tibus nonnunquam particulis, quarum dicebam Eraſiſtratum meminiſſe. Caleſcunt autem dum in ſtomacho cibi concoquuntur. Nam quum hujusmodi concoctio ab inſito calido perinde atque elixatio fiat, quemadmodum in illa calidus quidam halitus effertur, ita nonnunquam et in ventriculo et maxime vinum meracius epotis contingit. Verum ſi vigilantibus ipſis ſtomachus inanitus nullos praeterea vapores ſuggerat et caleſactarum partium calor evanuerit, ſiti liberantur. Porro nonnulli a ſomno ob ciborum potionumque calorem ventriculo ex caleſacto ſiticuloſi fiunt, quorum ſitis ſine externo ſubſidio non tollitur; quocirca nonnullis frigidam potare ſolitis hoc tempore ante balneum ac cibi aſſumtionem gelidae aquae potus nonnunquam uſui fuit. Propterea igitur in ſecunda ſitis differentia adjecit hanc particulam, *quibusdam*, neque enim omnibus, ut oſtenſum eſt, a ſomno ſitientibus idem affectus oboritur. Hanc lectionem autem et veteres ex-

Ed. Chart. IX. [501.] Ed. Baſ. V. (502. 503.)

παλαιοὶ τῶν ἐξηγητῶν ἐπίστανται τὴν γραφὴν, ἔν τε τοῖς ἀκριβέσιν ἀντιγράφοις εὑρίσκεται.

κδ'.

Λύθις οἷσι πλεῖστον τὸ θερμὸν μεγαλοφωνότατοι· καὶ γὰρ ψυχρὸς ἀὴρ πλεῖστος. δυοῖν δὲ μεγάλων μεγάλα καὶ τὰ ἔγγονα γίνεται.

---

(503) *Προεῖπον ἄρτι τῆς ῥήσεως ταύτης τὴν γραφὴν τὴν ἀρχαίαν οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐν οἷσι πλεῖστον τὸ θερμὸν ἐκεῖνοι τῶν ἐξηγητῶν ὅσοι τοῦ τέλους τῆς προτέρας ἀφείλοντο τὸ ἐνίοις. λέγωμεν οὖν ἤδη περὶ τῆς κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἀληθείας. οἷς γὰρ πλεῖστόν ἐστι τὸ θερμὸν ἐν τῇ καρδίᾳ δηλονότι, ταύτην γὰρ ἐδείξαμεν οἷον ἑστίαν εἶναι τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὸν εἰσπνεόμενον ἀέρα πλεῖστον εἶναι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτ' ἐδείχθη κατὰ τὸ περὶ χρείας ἀναπνοῆς. εἰ δ' ἐστὶ πλεῖον τὸ θερ-*

planatores agnoſcunt et in caſtigatiſſimis exemplaribus invenitur.

XXIV.

Quibus plurimum calidum ineſt, vocaliſſimi ſunt, frigidus enim aër plurimus. Ex duobus autem magnis magna et quae oriuntur exiſtunt.

Modo praedixi hujusce orationis lectionem antiquam non ita inveniri, ſed hoc modo, quibusdam plurimum calidum, ſicque illi interpretes legunt, qui de ſuperiorum verborum fine hanc particulam, *quibusdam*, detraxerunt. Igitur de propoſitae ſententiae veritate jam diſſeremus. Quibuscunque enim plurimum calidum ineſt, in corde ſcilicet, hoc namque veluti focum laresque ingeniti caloris eſſe declaravimus, et aërem qui inſpiratu adducitur, plurimum eſſe neceſſe eſt: nam et hoc in libro de uſu

Ed. Chart. IX. [501.] Ed. Baſ. V. (503.)

μὸν ταῖς τοιαύταις φύσεσιν, εἰσπιεῖταί τε καὶ πάλιν ἀντεκπνεῖται. διὰ τοῦτ' εἰ τὴν φωνὴν ἐροῦμεν γίνεσθαι μεγάλην, ἀδιορίστως ἀποφηνάμενοι σφαλησόμεθα. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς περὶ φωνῆς ὑπομνήμασι ἀδύνατον εἶναι γενέσθαι τὴν φωνὴν μεγάλην, ἄνευ τοῦ πολὺν ἀέρα ταχέως ἐκπνεῖσθαι. γίνεται δὲ τοῦτο τῆς τραχείας ἀρτηρίας καὶ τοῦ λάρυγγος εὐρέων ὑπαρχόντων. ἐὰν δὲ καὶ ὁ θώραξ ὅλος ᾖ μέγας, οὐ μόνον μεγαλοφώνους ἐργάζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ πλεῖστον φωνεῖν δυναμένους, ὥσπερ οἱ κήρυκες, ὅταν τὸν καλούμενον πόδα λέγουσιν. ἐπεὶ τοίνυν ἥ τε καρδία εὐρύνεταί τε καὶ αὐξάνεται κατὰ τὴν ἐν τῇ μήτρᾳ διάπλασιν εὐθέως ἐξ ἀρχῆς, ἐφ' ὧν ἐστι τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖστον, ἀνάλογον δὲ ταύτῃ καὶ ὁ θώραξ, ὡς τὸ πολὺ μέγας γίνεται καὶ τούτῳ πάλιν ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τοῦ πνεύμονος μέγεθος, ᾧ πάλιν ἀκολουθεῖ τὸ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ὡς τὸ πολὺ καὶ ταύτῃ τὸ τοῦ λάρυγγος. εἰκότως ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον συμβαίνει τοὺς πολυθέρμους φύσει μεγαλοφώνους

reſpirandi explicatum eſt. Quod ſi plus caloris hujusmodi naturis ineſt multusque inſpiratur aër atque iterum exſpiratur, propter hoc ſi vocem magnam fieri dicemus, ita abſolute citra ullam diſtinctionem ſententiam proferentes fallemur: nam in commentariis de voce oſtenſum eſt vocem ingentem fieri, quin multus aër celeriter exſpiretur, nequaquam poſſe; id vero fit, ſi aſpera arteria et guttur latius pateant. Si pectus vero totum amplum ſit, non ſolum ingentem vocem homines edere, ſed etiam diutiſſime vociferari poſſe ibidem declaravimus: ut praecones, quum pedem vocatum canant, efficere ſolent. Igitur quoniam cor ſtatim ab initio, quum formatur in utero, amplificatur increſcitque, in quibus inſitus calor plurimus ineſt; ad cordis vero potionem et pectus plerumque magnum efficitur et hoc iterum pulmonum magnitudo neceſſario conſequitur, nec non et iſtis aſperae arteriae magnitudo reſpondet et huic plerumque gutturis: haud abs re ſaepiſſime percalidae naturae homines vocaliores

Ed. Chart. IX. [501.] Ed. Baf. V. (503.)

ὑπάρχειν. εἰ γὰρ δὴ πάντῃ τε καὶ πάντως ἀνάλογον τῷ μεγέθει τῆς καρδίας ὁ θώραξ ηὐξάνετό τε καὶ οὐ παρενέπιπτέ ποτε μοχθηρὰ διάπλασις, οὐκ ἂν ὡς τὸ πολὺ τοὺς πολυθέρμους ἔφην γενέσθαι μεγαλοφώνους, ἀλλὰ διὰ παντός. οὐ μὴν οὐδ' ὥσπερ ἀνάλογον τῷ θώρακι τὸ μέγεθος ἀεὶ τοῦ πνεύμονος εὑρίσκεται, οὕτω καὶ τῷ τούτου μεγέθει τὰ τρία γένη τῶν κατ' αὐτὸν ἀγγείων ἀνάλογον αὐξάνεται. φαίνεται δὲ κἂν ταῖς ἀνατομαῖς τῶν ζώων οὐκ ἀκριβῶς ἡ ἀναλογία φυλαττομένη. ἀλλ' ἐν μὲν δὴ τούτοις τοῖς μορίοις ὀλίγον τι τὸ μὲν ὑπερβάλλον εὑρίσκεται, τὸ δὲ ἐλλεῖπον. ἀξιόλογον δ' ἐν τῇ καρδίᾳ πρὸς τὸν θώρακα καὶ τουτέστι τὸ μάλιστα ποιοῦν τοῖς ἐπίσης θερμοῖς ἀνθρώποις ὀλιγάκις διαφορὰν ἀξιόλογον ἐν τῷ τῆς φωνῆς μεγέθει. ὁ μὲν οὖν Ἱπποκράτης τῷ πλήθει τοῦ ἀέρος ἀναφέρει μόνῳ τὸ μέγεθος τῆς φωνῆς. ἔστι δ' οὔτε μόνον οὔτε πρῶτον ἀξίωμα τοῦτο τῶν τὴν φωνὴν μεγάλην ἐργαζομένων αἰτίων. ὕλη γάρ ἐστι μεγάλης φωνῆς ὡς ἐν τοῖς περὶ τούτων ὑπομνήμασιν ἐδείχθη.

---

esse contingit. Etenim si semper et omnino ad portionem magnitudinis cordis pectus auctum esset et nunquam ei prava conformatio accideret, percalidos homines non plerumque, sed semper magnam vocem edere dixissem; verumtamen neque ut pulmonum magnitudo pectori semper respondere invenitur, ita et ipsorum magnitudini in ipsis contenta tria vasorum genera respondent. Conspicitur vero et in animalium dissectionibus proportio haec non exquisite servari, sed in hujusmodi sane partibus aliquod pauxillum excellere, aliquod e contrario deficere invenitur. Id vero in corde, ratione pectoris, insigne accidit, quod et in causa est maxime, ut inter aeque calidos homines nonnunquam in vocis magnitudine multum interfit. Hippocrates quidem soli aëris multitudini magnitudinem vocis attribuit; verum haec inter causas magnam vocem efficientes neque sola neque dignitate prima est: magnae enim vocis materia est, ut in commentariis de vocibus disputavimus.

Ed. Chart. IX. [502.] Ed. Baſ. V. (503.)

κε'.

[502] *Οἱ θερμοκοίλιοι, ψυχρόσαρκοι καὶ λεπτοὶ, οὗτοι ἐπίφλεβοι καὶ ὀξυθυμότεροι.*

Ὅτι διττὸν οἶδε κατὰ τὸ σῶμα ζώων τὸ θερμὸν ὁ Ἱπποκράτης, ἕτερον μὲν ὅπερ αὐτὸς ἔμφυτον ὀνομάζει, τὴν οὐσίαν ἔχον ἐν αἵματί τε καὶ ἐν τοῖς ἐναίμοις σπλάγχνοις, ἕτερον δὲ δριμὺ καὶ δακνῶδες καὶ πυρῶδες, ἐν ᾧ γένει καὶ ὁ πυρετός ἐστιν, ἐν πολλοῖς ἤδη τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ δέδεικται. γέγραπται δέ μοι καὶ καθ' ἓν ὑπόμνημα τελέως περὶ τοῦδε, καθ' ὃ τὴν ἐπιγραφὴν ἐποιησάμην, ὅτι μηδὲν ἡμάρτηται κατὰ τὸν ἀφορισμὸν, οὗ ἡ ἀρχὴ τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. ἀπολογοῦμαι δ' ἐν αὐτῷ ὑπὲρ τοῦ Ἱπποκράτους, λύων τὰ Λύκου πρὸς τὸν ἀφορισμὸν ἐγκλήματα καὶ δεικνὺς διὰ τὴν τῶν ἀρίστων δογμάτων ἄγνοιαν ἐπηρεάζοντα τῷ Ἱπποκράτει τὸν Λύκον. ἀλλὰ

XXV.

Ventriculo calidi, frigidi carne et graciles. Iſti venoſi et iracundiores.

Quod geminum in animalium corpore calidum agnovit Hippocrates, alterum quidem, quod ipſe ingenitum vocat, eſſentiam in ſanguine ſanguineisque viſceribus repoſitam habens, alterum vero acre, mordax et igneum, ſub quo genere et febris eſt, in multis pridem ipſius voluminibus declaratum fuit. Quin etiam ego de hoc in quodam meo commentariolo accuratiſſime diſſerui. Ejus libelli inſcriptio haec eſt, nullum errorem eſſe commiſſum in eo aphoriſmo, cujus initium eſt, creſcentes plurimum habent innatum calidum. In eo ſane Hippocratis partes tueor, Lyci adverſus aphoriſmum criminationes diluens, ipſumque ob optimorum praeceptorum ignorationem Hippocrati inſenſum eſſe demonſtrans, verum hujusce caloris

Ed. Chart. IX. [502.] Ed. Bas. V. (503.)

ταύτης γε τῆς θερμασίας τὴν διαφορὰν οὔτε Λύκος οὔτε ἄλλος τις ἢ Ἐρασιστράτειος ἢ Ἡροφίλειος ἢ ἐμπειρικὸς ἐγίνωσκε καὶ διὰ τοῦτο κακῶς ἐξηγήσαντο πάμπολλα τῶν ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένων. οὐ μὴν τούς γε Ἱπποκρατείους ἄνδρας ἐχρῆν ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν δογμάτων αὐτοῦ τὰς ἐξηγήσεις ποιουμένους, ὡς μιᾶς οὔσης τῷ γένει τῆς ἐν τοῖς ζώοις θερμασίας. ἀλλ' ὅταν ἀκούσωσιν ἢ Ἱπποκράτους ἢ τινος ἄλλου θερμοκοιλίους ὀνομάζοντός τινας, ἐπισκέψασθαι βέλτιον ἦν ὅπως εἴρηται τοὔνομα, πότερον τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἐν τῇ γαστρὶ δαψιλὲς ὑπάρχειν ἀποφηναμένου τοῦ τὴν λέξιν εἰπόντος ἢ γράψαντος ἢ τὸ ἕτερον, ὃ πολλάκις μὲν ἐπίκτητον, ἐνίοτε δ' οὐ φύσει, καί ποτε καὶ παρὰ φύσιν ὀνομάζομεν, ᾧ θερμῷ τοὺς θερμοτέρους συμβέβηκε δακνώδη τε καὶ θερμὴν ἔχειν τὴν ἀναπνοὴν καὶ διὰ τοῦτο πυρέττειν εὐθέως, ἐπειδὰν τύχῃ τὸ δέρμα στεγνωθὲν ὡς οἵ γε τὸ ἕτερον θερμὸν ἔχοντες πλεῖστον, ἐπισχεθείσης τῆς διαπνοῆς, πληθωρικώτεροι μὲν γίνονται, πυρετῷ δ' οὐχ ἁλίσκονται. διὰ . . . . . καὶ τοίνυν καὶ ὅτε καιὰ τὴν γα-

differentiam, neque Lycus, neque alius quispiam aut Eraſiſtrati aut Herophili ſectator aut empiricus internovit; quapropter et multa Hippocratis ſcripta prave admodum interpretati ſunt. At Hippocraticos viros ſaltem non decebat Hippocratis decreta improbare, ea perinde interpretantes, ac ſi unus genere calor in animantibus exiſteret. Sed quum Hippocratem aut alium quempiam audiverint, aliquos ventriculo calidos nominantes, ut nomen illud acceptum eſſet, conſiderare praeſtabat, utrum qui vocem eam protulit aut ſcripſit naturale calidum in ventriculo copioſum eſſe aſſereret aut alterum intelligeret, quod ſaepius acquiſititium, interdum non naturale, nonnunquam et a natura alienum vocatur, quo calido incalentes, mordax calidumque exſpirare, atque idcirco ſimul atque cutis denſata fuerit, febre vexari. Quemadmodum illi qui altero calido uberrime affluunt, ſuppreſſa difflatione pleniores quidem fiunt, ſed in febrem non incidunt, propterea . . . . Illud etiam conſtat, in ventriculo ciborum

Ed. Chart. IX. [502. 503.] Ed. Baſ. V. (503.)

στέρα τουτὶ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεονάζον ἀρίστας ἐργάζεται τὰς πέψεις τῶν σιτίων, ὡς αὐτὸς ἐν ἀφορισμοῖς ἐδήλωσεν εἰπών, αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσιν καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πολὺ, τροφῆς οὖν πλείονος δεῖται, σημεῖον αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἀθληταί. καθάπερ οὖν τῶν τοιούτων κοιλιῶν ἐστι γνώρισμα τὸ πέττειν ἀμέμπτως τὰς τροφὰς, οὕτως τῶν ψυχροτέρων μὲν τὸ εἰς ὀξύτητα τρέπειν, τῶν θερμοτέρων δ' εἰς κνισώδη ποιότητα. τοῖς μὲν οὖν καλῶς πέττουσι τὰ σιτία τό θ' αἷμα χρηστόν ἐστι καὶ σύμμετρος ἕπεται σάρκωσις ἢ καὶ πλείων ἐνίοτε τοῦ δέοντος, ὅταν ἀργότερον αὐτοῖς διαιτωμένοις καὶ λουομένοις, τὸ δ' ἧττον εἰς εὐσαρκίαν τῇ τοῦ σώματος ἕξει. ἐπειδὰν δὲ φθάσῃ πλῆθος ἀθροισθέν, εἰς νόσους ἐμβάλλει ὅλον τὸ σῶμα. τοῖς δὲ διὰ τὴν δυσκρασίαν τῆς γαστρὸς ἀπεπτοῦσί τε καὶ διαφθείρουσιν εἰς καπνώδη καὶ κνισώδη ποιότητα τὰ σιτία μοχθηρὸν μὲν ἀθροίζεται κατὰ τὰς φλέβας αἷ- [503] μα, μοχθηρὰ δὲ ἡ

concoctiones ab hoc inſito calido exuberante optimas fieri, ut ipſe in aphoriſmis ita loquens edocuit: ventres hieme et vere calidiſſimi natura et ſomni longiſſimi. His itaque temporibus cibaria plura exhibenda: etenim inſitum calidum multum; pluri igitur alimento egent, argumento ſunt aetates et athletae. Itaque ſicut abſoluta ciborum confectio hujusmodi ventriculorum indicium eſt, ita frigidiorum quidem in acidum converſio; calidiorum autem in nidoroſam qualitatem mutatio. Quamobrem cibos recte concoquentibus et ſanguis optimus ineſt et mediocris caro progignitur, vel et interdum quam deceat copioſior, quum otioſiorem vitam degunt et frequenti lavatione utuntur, ſed minus bona caro eſt, neque corporis habitui congruens; poſtquam vero multa copia congeſta fuerit, totum corpus in morbos praecipitat. At ob ventriculi intemperiem male concoquentibus et cibos in ſumidam nidoroſamque qualitatem corrumpentibus vitioſus in venis

Ed. Chart. IX. [503.] Ed. Baſ. V. (503.)

τοῦ σώματος ὅλου γίνεται θρέψις. ἐπὶ τούτων οὖν ἀκούειν σε χρὴ τοῦ προκειμένου λόγου. τῷ μὲν γὰρ ἥπατι καὶ τῇ καρδίᾳ τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχει πολύ, ταῖς σαρξὶ δὲ ἐκ τοῦ αἵματος ἐπεισέρχεται, καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαῖόν ἐστι ψυχρὰς αὐτὰς εἶναι κατὰ τὰς τοιαύτας φύσεις τῶν σωμάτων, ὁποῖα καὶ νῦν ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης, ὡς ἂν μὴ χορηγουμένας αἷμα θαψιλὲς, ἀλλ' ὀλίγον τε καὶ μοχθηρόν. ἀμφότερα γὰρ γίνεται τοῖς δυσκράτοις τὴν γαστέρα κατὰ τὴν πυρώδη θερμασίαν, ὑπέρχεσθαι μὲν τὰ σιτία διαφθειρόμενα καὶ διὰ τοῦτο ὀλίγης ἐξ αὐτῶν ἀπολαβεῖν τὸ σῶμα τροφῆς, εἶναι δὲ καὶ αὐτὴν ταύτην οὐκ ἀγαθὴν διὰ τὸ μὴ πεπέφθαι καλῶς. οὐ γὰρ οἷόν τε γεννηθῆναι χρηστὸν αἷμα κατὰ τὸ ἧπάρ τε καὶ τὰς φλέβας, ἀπεπτηθέντων τε καὶ διαφθαρέντων ἐν τῇ γαστρὶ τῶν σιτίων. εἰ μὲν οὖν ὀλίγον, οὐ μὴν μοχθηρὸν ἦν τὸ κατὰ τὰς φλέβας αἷμα, συνέβαινεν ἂν ἑλκύσαι αὐτὸ τὰς σάρκας, αὐτὰς μὲν ἧττον τρέφον, ἐκκενοῦν δ' ἐκείνας, ὡς συνεστάλθαι τε καὶ φαίνεσθαι μόγις. ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον ὀλίγον, ἀλλὰ καὶ μοχθη-

ſanguis contrahitur pravaque in toto corpore fit nutricatio. De iis igitur propoſitum ſermonem intelligere debes. In jecore namque et in corde multus ab initio inſitus calor ineſt, in carnes vero e ſanguine profunditur, atque ideo in hujuscemodi corporum naturis, quales et nunc deſcripſit Hippocrates, carnes frigidas eſſe neceſſe eſt, utpote ſanguine non copioſo, ſed pauco et ipſo quidem vitioſo, irrigatas. Utrumque enim ventriculo igneo calore intemperato laborantibus evenit ut cibaria corrupta deſcendant et proinde paucum ex iis alimentum corpori impertiatur, idque ipſum non recte concoctum improbum ſit: non coctis enim corruptisque in ventriculo cibis, bonus in jecore venisque ſanguis creari non poteſt. Quod ſi paucus quidem, ſed non malus in venis ſanguis foret, carnes utique hunc attraherent, ipſas minus nutrientem et venas inanes relinquentem, ut contractae eſſent vixque apparerent. Quando vero non paucus modo, ſed etiam

Ed. Chart. IX. [503.] Ed. Baſ. V. (503. 504.)

ρόν ἐστιν, οὐδὲ τόθ' ἑλκύσουσι, κἂν δέωνται, καθάπερ οὐδ' ἡμεῖς αὐτοὶ προσιέμεθα τὰ κεκνισωμένα καὶ τινας ἑτέρας μοχθηρὰς ἔχοντα ποιότητας ἐδέσματα, κἂν πάνυ σφόδρα τροφῆς ὀρεγόμεθα. καὶ γὰρ καὶ ἡ (504) ὄρεξις αὐτὴ παύεται γευσαμένων ἡμῶν τοιούτου σιτίου. κατὰ τοῦτ' οὖν αἱ σάρκες ἐκ τῶν φλεβῶν ὀλίγον ἕλκουσιν εἰς τρέψιν αὐτὸ τὸ ἀναγκαιότατον, ὡς κατὰ βραχὺ χρόνῳ πλείονι κατὰ τὰς φλέβας ἀθροίζεσθαι μοχθηρὸν αἷμα. καὶ διὰ τοῦτ ἐν ταῖς φλεβοτομίαις οὐκ ἂν ἴδοις ποτὲ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων ἐρυθρὸν αἷμα ῥέον, ἀλλ' ὡς ἂν εἴποι τις ἑτέραν ἔχον χρόαν εὑρίσκεται τοῦτο, εὐθὺς δὲ καὶ δυσῳδες. καὶ εἰ ἐκ πολλοῦ χρόνου μὴ εἴη κεκινωμένως ὁ ἄνθρωπος, μέλαν φαίνεται τὸ αἷμα τὸ κατὰ τὴν φλεβοτομίαν ἐκκενούμενον, ἄλλοτ' ἄλλην ἔχον ἐν πάχει τε καὶ λεπτότητι σύστασιν, ἐνίοτε μὲν ὀρρώδες καὶ λεπτότερον, ἐνίοτε δὲ παχύτερον ὥσπερ δὴ καὶ λίαν παχὺ καὶ μέλαν φαίνεταί ποτε, παραπλήσιον ὑγρᾷ πίττῃ. ταῦτ' οὖν ἅπαντα τὰ νῦν ἐπικεφαλαίως εἰρημένα

pravus eſt, tunc neque ipſum, quamvis egeant, attrahunt: perinde ac neque nos ipſi cibos nidore aut altera quapiam improba qualitate infectos et ſi vehementius eſcam appetamus, admittimus; etenim appetitus ipſe hujusmodi cibo deguſtato exſtinguitur. Eadem igitur ratione carnes exiguum, quod videlicet ad nutriendum perneceſſarium eſt, de venis exhauriunt; quare paulatim longiore tempore in venis plus ſanguinis depravati contrahitur. Quapropter in venae ſectionibus nunquam ab hujuscemodi hominibus rubrum ſanguinem profluere conſpicies, ſed alio calore, ut quis eum nominare velit, affectus invenitur, quamprimum vero et male olet. Quod ſi jampridem homo purgatus non fuerit, ater etiam qui reſciſſa vena profunditur ſanguis apparet, alias aliam in craſſitudine et tenuitate conſtitutionem habens, nonnunquam ferosus et tenuior, nonnunquam vero craſſior, quemadmodum ſane interdum et valde craſſus et niger, liquidae pici perſimilis cernitur. Haec igitur omnia nunc per capita enume-

Ed. Chart. IX. [503.] Ed. Baf. V. (504.)

κατ᾽ ἄλλα μέν τινα τῶν εἰρημένων ὑπομνημάτων καὶ μάλιστα τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου τελέως ἐξείργασται, νυνὶ δὲ διὰ συντόμων εἴρηται παραλελειμμένα τοῖς ἐξηγηταῖς. εἰώθασι γὰρ πλεονάζειν μὲν ἐν τοῖς ἀχρήστοις, ἐκλείπειν δ᾽ ἐν τοῖς χρησιμωτάτοις. ἐγὼ γοῦν ἐπειδὴ πάνυ χρήσιμός ἐστιν ὁ προκείμενος λόγος, ἀναλαβὼν αὐτὸν ἐπὶ κεφαλαίων αὖθις ἐρῶ, συνάψας τῇ τῆς προκειμένης ῥήσεως ἐξηγήσει. θερμοκοιλίους μὲν ἡγητέον αὐτὸν λέγειν, οὐχ ὥσπερ τοὺς παῖδας εἶπε καὶ τοὺς ἀθλητὰς πολὺ τὸ ἔμφυτον ἔχειν θερμὸν, οὐδ᾽ ὡς ἐν χειμῶνι τὰς κοιλίας τῷ φυσικῷ θερμοτάτας θερμῷ ὑπάρχειν, ἀλλ᾽ ὡς τὸ δακνῶδές τε καὶ μοχθηρὸν θερμὸν οὐκ ὀλίγον ἔχοντας ἐν τῇ δυσκράτῳ γαστρί. τοὺς τοιούτους δὲ ψυχροσάρκους εἰκότως ὠνόμασεν, ἀτροφοῦντας ἀπορίᾳ χρηστῆς τε ἅμα καὶ δαψιλοῦς τροφῆς, ἣν ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν αἵματος ἔχουσιν ἐν τοῖς εὐκράτοις σώμασιν. ἕπεται δὲ τῇ τοῦ αἵματος ἐνδείᾳ ψυχρὰς γίνεσθαι τὰς σάρκας, ἐπίκτητον δὴ τὴν θερμασίαν ἐξ αἵματος ἐχούσας,

rata in aliis quibusdam ex antedictis commentariis et praecipue de curandi methodo abſolute diſputata ſunt; in praeſentia vero ab explanatoribus praetermiſſa, brevibus a me perſtricta fuere; ſolent enim ubi nihil refert, eſſe loquaces, in rebus autem utiliſſimis deficere. Ego itaque quum praeſens oratio perutilis ſit, ipſam repetens per capita rurſum explicabo et cum interpretatione propoſitum verborum conjungam. Ventriculo calidos ipſum dicere putandum eſt, non quemadmodum pueros et athletas inſito abundare calido teſtatus eſt; neque, ut hieme ventres calore naturali maxime calere dixit, ſed ut mordacem improbumque calorem haud exiguum in intemperato ventriculo poſſidentes. Hos autem carnibus frigidos merito nominavit, utpote bonae juxta et copioſae alimoniae penuria tabeſcentes, quam ex ſanguine naturaliter ſeſe habente in temperatis corporibus hauriunt. Ex ſanguinis autem inopia ſit ut carnes refrigerentur, acquiſititium ſane calorem a ſanguine, non proprium, non inſitum, ut

Ed. Chart. IX. [503. 504.] Ed. Baf. V. (504.)

οὐκ οἰκείαν, οὐδ' ἔμφυτον ὡς ἥπάρ τε καὶ καρδία. λεπτοὶ δὲ ἐξ ἀνάγκης οὗτοι γίνονται διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν σαρκῶν, ὧν αἱ μειώσεις τε καὶ αὐξήσεις εἰς λεπτότητα καὶ παχύτητα τὸ σύμπαν σῶμα προάγουσι. λέγει δὲ τοὺς αὐτοὺς τούτους ἐπιφλέβους ὑπάρχειν ὥσπερ εἰ καὶ οὕτως [504] εἶπε· τοῖς τοιούτοις ἐπιφανεῖς αἱ φλέβες εἰσὶ, τουτέστιν ἐκκείμεναι, ὡς ἂν αὗταί γε πλήρεις αἵματος οὖσαι καὶ γεγυμνωμέναι διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν σκεπουσῶν αὐτὰς σαρκῶν. ἀλλὰ καὶ ὀξυθυμοτέρους αὐτοὺς εἶναί φησι, οὐχ ἁπλῶς ὀξυθύμους ἢ ὑπερβολικῶς ὀξυθυμοτάτους, ὅπερ ἂν ἔπαθον εἰ τὸ κατὰ τὴν καρδίαν θερμὸν ἦν πάμπολυ. τὸ δ' ἐν τῇ γαστρὶ τῇ κακώσει τοῦ στόματος αὐτῆς ὀξυθυμοτέρους ἐργάζεται. δέδεικται γὰρ ὡς καὶ τοῦτο τὸ μόριον ἑαυτῷ συνδιατίθησι τὴν ψυχὴν, ἀργαλεωτέρους μὲν ἐργαζόμενον εἰς τὸ νοῆσαι καὶ πρᾶξαι, καθ' ὃν ἂν χρόνον ἑαυτοῦ γένηται ψυχρότερον. ἑτοιμοτέρους δὲ καὶ ὀργιζομένους ἐπὶ μᾶλλον θερμανθὲν, οὐ τῇ κατὰ φύσιν δηλονότι θερμασίᾳ, τῇ δ' ἐπικτήτῳ τε καὶ παρὰ φύσιν, περὶ ἧς ὁ λόγος ὅδε σύμπας.

jecur et cor poſſidentes. Iſti vero carnibus deficientibus graciles neceſſario redduntur; ipſarum enim ſubtractiones et incrementa tenue et craſſum totum corpus efficiunt. Dicit autem hos ipſos venoſos eſſe perinde atque ſi et ita dixiſſet: iſtis conſpicuae venae ſunt, hoc eſt eminentes, quippe quae ſanguinis plenae et carnium ipſas contegentium paucitate nudae appareant. Quin etiam ipſos iracundiores eſſe dixit, non abſolute iracundos, neque per excellentiam iracundiſſimos, quod plane ipſis accideret, ſi calor in corde permultus redundaret; ſed calor in ventriculo, os ejus contriſtans iracundiores efficit. Siquidem alibi declaratum eſt, hanc particulam in conſenſum ſui affectus et animam adducere: tardiores enim ad intelligendum atque agendum homines reddit, quo tempore ipſa frigidior evaſerit; contra promtiores atque iraſcentes, quum magis incaluerit, haud naturali calore ſcilicet, ſed adventitio et a natura alieno, de quo ſermo iſte totus a

Ed. Chart. IX. [504.] Ed. Baſ. V. (504.)

ἡμῖν διήνυται. τοῖς δ' Ἱπποκρατείους μὲν ἑαυτοὺς ὀνομάσασιν, ἀγνοοῦσι δὲ τὰ κυριώτατα δόγματα τῆς Ἱπποκράτους τέχνης, οἷς καὶ τὰ διὰ τῆς ἐμπειρίας φαινόμενα μαρτυρεῖ, μέμψασθαι δίκαιον, οὐχ ὡς ἡμεῖς εἰρήκαμεν, ἀλλ' ἑτέρως ποιησαμένοις τὴν ἐξήγησιν. οἴονται γὰρ ἐπὶ τῶν θερμοτέρων κοιλιῶν τὰ τοῦ συμφύτου θερμοῦ ῥέπειν εἰς τὸ βάθος, ἀπολείπειν δὲ τὰ ἐκτὸς μέρη, καὶ διὰ τοῦτο ψυχροσάρκους ἐργάζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους. ἀλλ' αἱ τοιαῦται ῥοπαὶ κατὰ μὲν τὰς ὥρας καὶ τὰς χώρας καὶ ὅλως τὰς καταστάσεις τοῦ περιέχοντος καὶ ἐγρηγόρσεις τε καὶ ὕπνους γίνονται, καθάπερ γε κἂν τοῖς ψυχικοῖς πάθεσι, λύπαις καὶ φόβοις, ἡδοναῖς τε σωματικαῖς καὶ χαραῖς ψυχικαῖς. οὔτε δὲ φυσικὴ κατασκευὴ σώματος οὔθ' ἡλικία ἐργάζεται τοιαύτην μετάστασιν ἐμφύτου θερμασίας, ἀλλ' εἰσὶν, ὡς κἂν τοῖς ὑγιεινοῖς ἐδείχθη, μοχθηραὶ κατασκευαὶ σώματος, ἔνια μὲν ἐν ὅλῳ τῷ ζώῳ δυσκρασίαν ἔχουσαι, τινὲς δ' ἐν τῇ τῶν μορίων ἀνωμαλίᾳ κατασκευῇ, καθάπερ καὶ ἡ κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν εἰρημένη, περὶ τῶν ἐν μοχθηρᾷ κατασκευῇ

nobis confectus eſt. Quapropter eos, qui ſe Hippocraticos nominant et praecipua Hippocraticae artis decreta, quibus et experimento evidentia adſtipulantur, ignorant, accuſare aequum eſt, quod aliter atque nos diximus, interpretati ſunt. Exiſtimant enim in calidioribus ventriculis inſitum calorem in profundum refugere et extimas partes deſerere, atque ideo frigidas hominum carnes evadere. Verum hujusmodi caloris motiones pro ratione temporum et regionum et prorſum coeli ſtatus, praeterea pro ratione vigiliae et ſomni, nec non et animi perturbationum, ut moeroris et timoris et corporis voluptatum et animi oblectationum evariant. At neque corporis naturalis fabrica, neque aetas talem ingenitae caliditatis mutationem efficit. Sed quemadmodum et in libris de tuenda ſanitate monſtravimus, pravae corporis conſtitutiones ſunt nonnullae quidem cum totius animalis intemperie, aliquae vero cum partium inaequali ſtatu, qualis et iſta, quae in propoſitis verbis habetur de ventriculi

Ed. Chart. IX. [504. 505.] Ed. Baſ. V. (504.)

σει τὴν κοιλίαν ἐχόντων, οὐκ ἐν ἀρίστῃ καθάπερ, αἱ τὸ ἔμφυτον ἔχουσαι θερμὸν πολύ. καὶ διὰ τοῦτο εἰς εὐσαρκίαν συντελοῦσαι τὰ μέγιστα καὶ παχύνουσι τὴν ἕξιν, οὐ καθαιροῦσι καὶ λεπτύνονται ταῖς δυσκράτοις ὁμοίως.

κστ'.

Αὐχμῶν ἐπὶ γῆς, οἰωνῶν γένος εὐθενεῖ.

Οἱ γὰρ ὄρνιθες, ὡς ἂν ξηρότεροι τὴν κρᾶσιν ἡμῶν ὄντες, ἐν τοῖς αὐχμοῖς ὑγιαίνουσι μᾶλλον. ἴσμεν δὲ καὶ τροφαῖς αὐτοὺς ξηροτέραις ὀλίγῳ τε ποτῷ χρωμένους, οὐχ ὥσπερ οἱ σύες ὕδατι συνεχῶς λούεσθαι ποθοῦντες, ἐμπίπλασθαί τε συνεχῶς οὐκ ὀλίγου ποτοῦ.

κζ'.

[505] *Τράγος ὁκότερος ἂν φανῇ ἔξω ὄρχης, ἢν μὲν δεξιὸς, ἄρρεν, εὐώνυμος δὲ θῆλυ.*

---

vitioſam conſtitutionem habentibus et non optimam, veluti quae nativo calore multo affluentes et idcirco ad bonam carnem procreandam maxime conducentes, corporis habitum pleniorem efficiunt, non extenuant, non emaciant, ut intemperatae.

XXVI.

Terra ſiccitatibus ſqualente, avium genus bene habet.

Aves enim utpote aridiore quam nos temperatura conſtantes, ſiccis temporibus rectius valent. Nos vero non praeterit et aridioribus ipſas cibis veſci et pauco potu eſſe contentas, non perinde ut ſues, qui aqua adſidue prolui et immodico adſidue potu repleri cupiunt.

XXVII.

Quum hirceſcit, uter exterius teſtis apparuerit, ſi dexter, mas, ſiniſter vero femina.

Ed. Chart. IX. [505.] Ed. Baſ. V. (504.)

Ἐν τῇ μεταβολῇ τῆς τῶν παίδων ἡλικίας εἰς τὴν τῶν μειρακίων, ὥσπερ ἥ τε τοῦ σπέρματος αὐτοῖς γένεσις ἄρχεται καὶ τριχῶν τῶν ἐπὶ τοῖς αἰδοίοις, οὕτω καὶ ἡ τῶν ὄρχεων αὔξησις ἀθρόα, καθάπερ γε ταῖς παρθένοις ἡ τῶν τιτθῶν ἅμα τῇ τῶν καταμηνίων φορᾷ. τηνικαῦτα τοίνυν καὶ ἡ τῆς φωνῆς γίνεται μεταβολὴ τοῖς ἄρρεσι μάλιστα, πρότερον γὰρ ὄντες ὀξύφωνοι, τελέως μὲν ἠβήσαντες ἀποτελοῦνται βαρύφωνοι, κατὰ δὲ τὸν μεταξὺ χρόνον οἱονεὶ βραγχώδης αὐτοῖς ἡ φωνὴ γίνεται. διὰ τί μὲν οὖν ἐπιφαίνεται ταῦτα πάντα κατὰ τὴν εἰρημένην ἡλικίαν, ὁ παρὼν οὐ χρήζει λόγος ἀναζητεῖν· ὅτι δ' ἐπιφαίνεται ταῦτα πάντα καὶ ἡ ἐμπειρία δείκνυσιν, ὥσπερ γε καὶ ὅτι τῶν ὄρχεων εἰ μὲν ὁ δεξιὸς πρότερον εἰς ὄγκον ἀρθείη, τὰ τοιαῦτα μειράκια τελεωθέντα καὶ ἀνδρωθέντα παῖδας ἄρρενας ἰσχύει μᾶλλον ἢπερ θηλείας. εἰ δ' ὁ ἀριστερὸς ἐμπαλιν, οὕτω δὲ καὶ περὶ τῆς μήτρας φρονεῖ. κατὰ γοῦν τοὺς ἀφορισμοὺς ἔγραψεν, ἔμβρυα τὰ μὲν ἄρρενα ἐν τοῖς δεξιοῖς, τὰ δὲ θήλεια ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι μᾶλλον. ἅπερ

Quum puerilis aetas in adoleſcentiam tranſit, quemadmodum ipſis ſemen et pili in locis genitalibus erumpere incipiunt, perinde et teſtes ſubito increſcunt; quemadmodum et puellis virginibus mammae extuberant, una et menſes ferri incipiunt. Tunc igitur et vocis mutatio in maribus fit praecipue: nam quum prius ipſis acuta vox eſſet, quum perfecte in puberes evaſerunt, gravior redditur; tempore autem medio veluti raucam ipſi vocem edunt. Quamobrem autem praedicta aetate omnia iſta eveniant praeſens oratio explorare non poſtulat, ſed omnia haec apparere experientia demonſtrat, ſicut et illud, ſi dexter prius teſtis intumuerit, hoſce adoleſcentes factos, in aetatemque virilem quum evaſerint, filios mares potius quam feminas genituras; quod ſi ſiniſter, e contrario. Idem et de utero ſenſit, in aphoriſmis enim ita ſcripſit: foetus mares in dextris, feminae vero in ſiniſtris magis. Quae igitur a me hac de re in aphoriſmo-

Ed. Chart. IX. [505.] Ed. Baſ. V. (504. 505.)

οὖν εἴρηταί μοι περὶ τοῦδε κατὰ τὴν τῶν ἀφορισμῶν ἐξήγησιν, ἐπὶ τὸν ἐνεστῶτα μετοίσεις λόγον, αἰτίας μιᾶς οὔσης κοινῆς, ἐπί τε τῶν ἀῤῥένων καὶ τῶν θηλειῶν δι' ἣν τὰ μὲν ἀριστερὰ μέρη τῶν θηλειῶν ἐστί γεννητικά, τῶν δ' ἀῤῥένων τὰ δεξιά. λέλεκται δὲ περὶ τούτου καὶν τοῖς περὶ χρείας μορίων.

κη'.

Ὀφθαλμοὶ ὡς ἂν ἰσχύωσιν, οὕτω καὶ γυῖα καὶ χροὴ ἐπὶ τὸ κάκιον ἢ βέλτιον ἐπιδίδωσιν.

Εὔδηλον δὲ ὅτι προσυπακοῦσαι χρὴ τὸ ὡς ἂν ἰσχύος τε ἔχωσιν, ὅπερ ἔνιοι καὶ προσέγραψαν. ἡ γοῦν διάνοια τῆς ῥήσεως, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ κάλλιστά τις ἐξηγήσασθαι, παραλιπὼν τὴν μοχθηρῶς εἰρημένην τοῖς πλείστοις, ἥδ' ἂν μάλιστα (505) γένοιτο· ἡγοῦμαι τὸν Ἱπποκράτην διδάσκειν ὅπως ἄν τις ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν διαγινώσκῃ περὶ τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διαθέσεως. ἐπεὶ δὲ μάλισθ' οὗτοι τὴν βε-

rum explanatione dicta ſunt, ad hunc locum accommodes, quum una ſit communis in maribus atque feminis cauſa, ob quam ſiniſtrae partes feminarum, dextrae marium opifices ſint. Verum et de hoc in libro de uſu partium tractatum eſt.

XXVIII.

Oculi ut valent, ita et corpus. Et color in deterius aut melius labitur.

Conſtat autem ita oportere ſubintelligi, ut oculi validi ſunt, quod nonnulli et adſcripſerunt. Sententia igitur verborum, ut quispiam judicio meo, plurimorum falſam interpretationem omittens rectiſſime explanare poteſt, haec potiſſimum fuerit: Hippocratem docere arbitror, quonam modo quis ab oculis totius corporis affectum percipiat, quandoquidem iſti maxime firmiſſimam nobis noti-

Ed. Chart. IX. [505. 506.] Ed. Baſ. V. (505.)

βαιοτάτην ἐνδείκνυνται διάγνωσιν, ἐπὶ γοῦν τῶν λειποθυμησάντων ἢ ἄλλως ἐκλυθέντων τὴν δύναμιν οὔτε θεασάμενος χεῖρά τις ἢ σκέλος ἢ τοῦ προσώπου τἆλλα μόρια χωρὶς τῶν ὀφθαλμῶν ἐξευρεῖν τι δυνήσεται, περὶ τῆς κατὰ δύναμιν ἀῤῥωσνίας τε καὶ ῥώμης, ὥσπερ εἰ τοὺς ὀφθαλμοὺς θεάσαιτο, προδήλως γὰρ ἐν αὐτοῖς εὐτονία τε καὶ ἀτονία φαίνεται, τινῶν μὲν οὖν ὀξυδερκόιων ἀναπεπταμιένων τῶν βλεφάρων, ἐνίων δὲ μηδὲ δοῖξαι τελέως αὐτὰ δυναμένων. καὶ ἡ χρόα δ' αὐτῶν καὶ ὁ ὄγκος ἐνδείκνυταί τι περὶ τῆς δυνάμεως. ἀῤῥωστούσης μὲν γὰρ αὐτῆς οἱ ὀφθαλ- [506] μοὶ κοῖλοί τε καὶ αὐχμηροὶ καὶ κακόχροοι φαίνονται. ῥωσθείσης δ' εὐχροοῦσί τε καὶ εἰς ὄγκους αἴρονται καὶ στιλπνὴν ἔχουσιν ὑγρότητα. ταῦτα μὲν οὖν ἐναργῶς φαίνεται γινόμενα καὶ χωρὶς τοῦ τὴν αἰτίαν ἐπίστασθαι, δι' ἣν γίνεται. δήλη δὲ καὶ ἡ αἰτία τοῖς ἐπισταμένοις ὁποία ἐστὶν ἡ φύσις τῶν ὀφθαλμῶν, ὅπερ ἐν ἄλλοις τε καὶ τοῖς ὀπτικοῖς λόγοις ἀπεδείξαμεν, ὡς αὐγοειδὲς πνεῦμα ψυχικὸν ἐξ ἐγκεφάλου πλεῖστον εἰς ὀφθαλμοὺς παραγίνεται. τοῦτ'

tiam exhibent. Porro in illis, quibus anima deficit aut aliter vires collabuntur, neque manum quis intuitus, neque crus adſpiciens aut faciei reliquas partes, omiſſis oculis, aliquid explorati habere poterit, quod ipſi vires imbecilles eſſe aut validas pateſaciat; quod ſi oculos inſpexerit, compertum habebit; clariſſime namque in ipſis robur infirmitasque eluceſcit, nonnullis quidem acute cernentibus, palpebris patentibus, nonnullis autem neque perfecte ipſas aperire valentibus. Quin etiam ipſorum color et moles aliquid de viribus nunciant. Viribus enim infirmis oculi cavi, ſqualidi et decolores apparent, robuſtis autem florido colore vigent, pleniori mole conſtant et ſplendidum humorem habent. Haec plane fieri evidenter conſpicimus, etiamſi cauſa ob quam fiant nos lateat. Verum et cauſa patet, qualisnam oculorum ſit natura, ſcientibus, quod alibi et in ſermonibus de viſione declaravimus, animalem ſcilicet ſpiritum luminoſum e cerebro in oculos plurimum proficiſci; iſte igitur quum aut

Ed. Chart. IX. [506.] Ed. Baſ. V. (505.)

οὖν ὅταν ἄῤῥωστον ἢ ὀλίγον ᾖ, κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς τὰ ἄρτι λελεγμένα συμπτώματα συμβαίνουσι καὶ ἡ χροιὰ δέ, φησὶ, τουτέστι τὸ χρῶμα, μεταβάλλει πρὸς τὸ βέλτιον ἢ χεῖρον. εὔδηλον δὲ εἴτε περὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἔτι ποιεῖται τὸν λόγον εἴτε περὶ τῆς καθ' ὅλον τὸ σῶμα χροίης, ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν ἀληθές ἐστι, τῶν μὲν ὀφθαλμῶν ὥσπερ ἰσχὺν καὶ ἀσθένειαν, οὕτω καὶ εὐχροιάν τε καὶ δύσχροιαν ὑπαλλαττομένων, ἀκολουθούσης δὲ τούτοις καὶ τῆς καθ' ὅλον τὸ σῶμα διαθέσεως. ἐὰν μὲν γὰρ εὐχροῶσιν οἱ ὀφθαλμοὶ, τὸ γυῖον ὑγιεινῶς ἔχειν δηλοῦσι, τουτέστι τὸ σῶμα ὅλον. κακόχροιαν δέ τινα ἔχοντες καὶ εὐθὺς τὸ πᾶν βεβλάφθαι δηλοῦσι. θᾶττον δὲ τῶν ἄλλων μορίων ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ μεταβολὴ φαίνεται τῶν χρωμάτων διὰ τὸ καθαρόν τε καὶ λαμπρὸν αὐτῶν, οὐ μόνον δὲ τοῦτο δύναται σημαίνειν ἡ λέξις, ἀλλὰ τὴν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολὴν τῆς χρόας ἕπεσθαι τοῖς κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν σημείοις. ἀπὸ μὲν οὖν τῶν ὀφθαλμῶν οὕτως ἡ διάγνωσις ἐφ' ὅλον τὸ σῶμα μετάγεσθαι δύναται, καθ' ἑαυτὴν δὲ τὴν λέξιν ἐξηγεῖσθαι δυνα-

imbecillus aut paucus in oculis fuerit, modo enumerata ſymptomata eveniunt. Et color melior fit, inquit, aut deterior. Id autem clarum eſt, ſive de oculis etiamnum ſive de totius corporis colore ſermonem faciat: utrumque enim verum eſt, oculis quidem ut firmitatem atque imbecillitatem, ita et bonum foedumque colorem permutantibus, hos quoque totius corporis affectu comitante. Nam ſi bene colorati oculi ſunt et gyon, hoc eſt corpus totum ſalubriter ſe habere ſignificant, aliquo autem turpi colore inquinati illico et totum offenſum eſſe indicant. Celerius vero in oculis quam in aliis partibus colorum mutatio ob eorum munditiam nitoremque conſpicitur. At non ſolum id ſignificare haec verba poſſunt, ſed etiam in toto corpore coloris mutationem ſignis in oculo apparentibus accidere et ſubſequi. Ab oculis igitur hoc modo ad totum corpus cognitio traduci poteſt. Per ſe autem verba haec, omiſſa parte de oculis, explanari poſſunt, ſi quis

Ed. Chart. IX. [506.] Ed. Baſ. V. (505.)

τὸν ἄνευ τῶν ὀφθαλμῶν, ἐὰν συνάπτῃ τις αὐτῇ τὴν ἐπιφερομένην. ἑξῆς οὖν ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς οὕτως αὐτὴν ἐξηγήσομαι.

κθ'.

Καὶ χροιὴ ἐπὶ τὸ κάκιον ἢ βέλτιον ἐπιδίδωσι. δίκαιον δὲ ὡς ἂν ἔχῃ ἡ τροφὴ, οὕτω καὶ τὸ ἔξω ἕπεσθαι.

Τὴν χρόαν ἀνάλογον τῇ τροφῇ, τουτέστι τῷ αἵματι, πρὸς τὸ κάκιον ἢ βέλτιον ἐπιδιδόναι φησί. αἷμα δὲ λέγει νῦν ὅλον τὸν ἐν τοῖς ἀγγείοις χυμὸν, ἐν ᾧ καὶ φλέγματός τε καὶ χολῶν καὶ ἰχώρων περιέχεται. τοῦτο γὰρ ἄμεινόν τε καὶ χεῖρον γίνεται. τὸ δ' ἐν αὐτῷ περιεχόμενον, ὃ κυρίως αἷμα λέγεται καὶ κατὰ τὴν ἐπικράτειαν αὐτοῦ τὸ σύμπαν ὀνομάζεται, μοχθηρὸν εἰπεῖν ἀδύνατον, ὥσπερ οὐδ' ἄλλην τινὰ χρόαν ἔχον, ὅτι μὴ τὴν ἐρυθράν.

---

ipſa cum ſequentibus conjungat. Deinceps igitur ab alio principio ſic ipſa interpretabor.

XXIX.

Et color in pejus aut melius vergit. Aequum eſt autem ut ſe habet alimentum, ita et quod extimum eſt, ſequi.

Colorem alimento, id eſt ſanguini, proportione reſpondentem, in pejus aut melius vergere inquit. Sanguinem autem nunc appellat omnem in vaſculis incluſum ſuccum, in quo et pituita et bilis utraque et tenues ſeroſique humores continentur. Hoc enim miſtum et melius et deterius redditur. In eo vero contentus humor, qui proprie ſanguis dicitur et a cujus dominatu tota congeries nominatur, pravus dici nequaquam poteſt, perinde ut neque alium habere colorem quam rubrum.

Ed. Chart. IX. [506. 507.] Ed. Baſ. V. (505.)

χ'.

Σημεῖα θανατώδεα ἀνὰ δέρμα, θερμὸς ἀτμός. πρότερον δὲ ῥὶς ψυχρὸν πνεῦμα ἀφίησιν.

---

[507] *Ἐάν τε κατ' αἰτιατικὰς πτώσεις γεγραμμένον ᾖ, θερμὸν ἀτμὸν, ἐάν τε κατ' εὐθείας θερμὸς ἀτμὸς, ἑκάτερος δὲ προσυπακούεται. βούλεται γὰρ ὁ νοῦς τῆς λέξεως εἶναι τοιοῦτος, ἐκ τῶν θανατωδῶν σημείων ἐστὶ καὶ ταῦτα, θερμὸν ἀτμὸν ἐκκενοῦσθαι διὰ τοῦ δέρματος ἐπὶ προηγησαμένῳ ψυχρῷ πνεύματι κατὰ τὴν ἐκπνοήν. εἰ δὲ καὶ κατ' εὐθείας πτώσεις θέλεις ἑρμηνεῦσαι τὴν αὐτὴν διάνοιαν, οὕτως ἂν εἴποις, μάλιστα σημεῖα θανατώδη, διὰ τοῦ δέρματος θερμὸς ἀτμὸς ἐκκενούμενος ἐπὶ προηγησαμένῳ ψυχρῷ πνεύματι κατὰ τὴν ἐκπνοήν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν αὐτὸ τῆς ψυχρᾶς ἐκπνοῆς, ὅτι τῶν ὀλεθριωτάτων ἐστὶ καὶ κατὰ τὸ προγνωστικὸν εἴρητο κατὰ τήνδε τὴν λέξιν, ψυχρὸν δὲ ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος ὀλέθριον*

XXX.

Signa mortifera per cutem nares, calidus vapor. Prius nares frigidum ſpiritum reddunt.

Sive in caſibus accuſativis ſcriptum ſit, calidum vaporem, ſive in rectis calidus vapor, utroque modo aliquid ſubintelligitur. Verba enim hanc ſententiam habere debent: inter ſigna mortifera et haec ſunt, calidum vaporem per cutem evacuari, quum prius per exſpirationem frigidus ſpiritus redditus ſit. At ſi in rectis caſibus eandem ſententiam explicare velis, ita ſane dixeris: maxime ſigna mortifera per cutem calidus vapor exiens, poſt frigidum ſpiritum prius exſpiratione egreſſum. Ceterum id ipſum quidem, frigidam ſcilicet exſpirationem, pernicioſiſſimum indicium eſſe, in libro de praeſenſionibus dictum eſt hiſce ipſis verbis: frigidum autem per nares atque os exſpiratum jam valde pernicioſum eſt, nunc autem quoddam

Ed. Chart. IX. [507.] Ed. Baſ. V. (505.)

κάρτα ἤδη γίνεται. νυνὶ δὲ προσέθηκέ τι σύμπτωμα τοῖς οὕτως ἔχουσιν, οὐκ ἀεὶ γινόμενον. ἐκρεῖ γὰρ ἀτμὸς θερμὸς ἀθρόως ἐκ τοῦ δέρματος, ἀλλ' οὔτε πᾶσιν, ὡς ἔφην, οὔτ' ἐν παντὶ καιρῷ καὶ ταῦτ' ἐχρῆν διδάσκειν τοὺς ἃ μὴ δεῖ φλυαροῦντας ἐξηγητάς. ἐπ' ἐκείνων γὰρ μόνων εὑρήσεις τὸ τοιοῦτον γινόμενον, ἐφ' ὧν προηγήσατο τοῦ θανάτου θερμότατος πυρετὸς ἐκφρύξας τὸ τῆς καρδίας σῶμα καὶ διὰ τοῦτο καταψύξας αὐτὴν ἐπὶ τῇ τελευτῇ. λυθέντος οὖν τοῦ ζωτικοῦ τόνου, νεκρουμένης τῆς καρδίας, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἱδρώτων γίνονται συγκοπτικοὶ, περιουσίας ὑγρῶν οὐσης κατὰ τὸ σῶμα. τοῖς δὲ ἀπὸ τοῦ διακαοῦς πυρετοῦ προεξηρασμένοις ἀντὶ τῶν ἱδρώτων ἀτμὸς θερμὸς ἅπτομένῳ σοι φανεῖται διαπνεόμενος, οὐ μὴν οὐδ' οὗτος ἐν παντὶ καιρῷ τοῦ νοσήματος, ἀλλ' ὁπότε τῷ χρόνῳ προήκοντι καταψύχεται τὸ δέρμα, κενωθείσης τῆς αἱμώδους οὐσίας, ἥτις ὑπὸ τοῦ διακαοῦς πυρετοῦ λεπτυνομένων τῶν χυμῶν ἤθροιστο κατὰ τὸν νοσοῦντα χρόνον. οὐ γὰρ δὴ κατ' ἐκεῖνόν γε τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ συμβαίνει νεκροῦσθαι τὴν καρδίαν,

ſymptoma, ita ſe habentibus, quod tamen non ſemper fit, addidit: calidus enim vapor multus ſubito de cute emanat, ſed neque omnibus, ut dixi, neque omni tempore. Atqui iſtos explanatores de quibus non opus eſt garrientes haec edocere praeſtabat. Illis enim ſolis id evenire comperies, quorum mortem calidiſſima febris anteceſſit, quae corpus ipſum cordis torruit, atque ideo poſtremo ipſum refrigeravit. Vitali ergo tenore, moriente jam corde, evaneſcente, in aliis quidam ſudores ſyncopen inferentes proveniunt, multorum ſcilicet humorum pleno corpore: illis autem qui ex praefervida febre antea exaruerunt, pro ſudoribus calidus vapor tangenti tibi difflari videbitur. Neque tamen et iſte quoque morbi tempore, ſed quum diu jam progreſſo morbo, cutis, exhauſta halituoſa ſubſtantia refrigeratur, quae ob ardentiorem febrem attenuatis ſuccis, morbo vigente contracta fuerat; neque enim eo ſane tempore, quo jam cor emoritur, excitari poteſt

Ed. Chart. IX. [507.] Ed. Baſ. V. (505.)

οἷόν τε γεννηθῆναι μὴ ὄντι θερμὸν ἀτμὸν, ἀλλὰ μηδὲ ψυχρὸν ἢ χλιαρόν. ἅπασα μὲν οὖν καρδία πλησίον τοῦ θανάτου ψυχρὰν ἴσχει δυσκρασίαν, οὐ μὴν ἐν ἁπάσῃ γε νόσῳ θανατώδει τοιαύτη διὰ παντός ἐστιν, ἀλλ', ὡς εἴρηται, θερμοτάτη πολλάκις ἐν τοῖς περικαεστάτοις. ὅταν οὖν νοσῇ ψυχρὰν δυσκρασίαν ἡ καρδία, τὸν θερμὸν ἀτμὸν οὐκ ἂν εὕροις ἐκκενούμενον, ὅταν ἐγγὺς τοῦ θανάτου γενόμενος ὁ κάμνων ἄρξηται ψυχρὸν ἐκπνεῖν, οὐδὲ προλελέπτυνται τοῖς οὕτως ἔχουσι τὰ ὑγρὰ, μήτε πυρετὸν διακαῆ πυρέξασι μήτε χυμοὺς ἔχουσι χολώδεις, θερμοὺς μὲν τῇ κράσει, λεπτοὺς δὲ τῇ συστάσει. ἐν γὰρ ταῖς ψυχραῖς δυσκρασίαις οἱ φλεγματώδεις καὶ ὠμοὶ καὶ παχεῖς καὶ ὅλως ψυχροὶ χυμοὶ πλεονάζουσιν, οὐχ οἱ χολώδεις καὶ θερμοὶ καὶ λεπτοί.

λα'.

Τὰ δὲ ζωτικὰ ἐναντία.

---

nedum calidus vapor, ſed neque frigidus aut tepidus. Omne igitur cor prope mortem frigida intemperie affectum eſt, ſed non in quolibet mortifero morbo hujusmodi ſemper eſt; verum in ardentiſſimis febribus plerumque calidiſſimum, ut dictum eſt. Igitur quum frigida intemperie cor aegrotat, calidum vaporem emamre nunquam reperies, quando jam vicinus morti conſtitutus aeger frigidum reddere ſpiritum inceperit, neque ita ſe habentibus humores praetenuati ſunt, neque ardenti febre iſti laborant, neque ſuccos bilioſos habent, qui temperie calida, corpore tenui ſunt, ſiquidem frigidae emperaturae pituitoſos, crudos, craſſos et prorſum frigidos ſuccos, non bilioſos, calidos tenuesque abunde procreant.

XXXI.

Vitalia vero contraria.

Ed. Chart. IX. [508.] Ed. Baſ. V. (505. 506.)

[508] *Μάχεται τοῦτο φανερῶς τοῖς εἰρῆσθαι νομίζουσι θανατῶδες σημεῖον ἐν τῇ ῥινὶ τὸν θερμότατον πυρετόν. ὡς γὰρ ἀνταποδιδοὺς τῷ κατ' ἀρχὴν εἰρημένῳ σημεῖα θανατώδια νῦν ἔγραψε, τὰ δὲ ζωτικὰ ἐναντία. καίτοι κατὰ τὴν ἐκείνων ἐξήγησιν οὐ συνῆπται τῷ, θανατώδη σημεῖα, τὸ κατὰ ταῦτα γεγραμμένον, ἀνὰ ῥῖνα θερμότατον, καίτοι τὸ ἀνὰ ῥῖνα θερμότατον οὐκ ἔχει αὐτῷ προκείμενον, εἴτε θανατῶδές ἐστιν εἴτε μή. οὐ γάρ ἐστι θανατῶδες, εἰ μὴ προηγήσαιτο τὸ εἰρημένον ὑφ' Ἱπποκράτους, πρότερον δὲ ῥῖς ψυχρὸν πνεῦμα ἀφίησιν. ἐὰν γὰρ ἄνευ τούτου γένηται θερμότατος ἀτμὸς* (506) *κατὰ τὸ δέρμα, δύναται λεπτομερῶν χυμῶν ἐν θερμῷ πυρετῷ σύμπτωμα γεγονέναι, μὴ πάντως θανάτου σημεῖον. ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ πρὸς ἀγαθοῦ διαπνεομένων τῶν λελεπτυσμένων χυμῶν, οὓς ὅταν ὧσι παχυμερέστεροι, δι' αἰσθητῶν ἐκκρίσεων ἡ φύσις ἐκκενοῖ τοῦ σώματος, ἱδρῶτάς τε κενοῦσα καὶ πλῆθος οὔρων ἢ διαχωρημάτων ἢ ἔμετον ἐπάγουσα. ἔσται τοιγαροῦν τὰ πάντα τῶν εἰρημένων θανατωδῶν σημείων ζωτικὰ, τὸ μήτε*

Hoc illis manifeſte repugnat, qui dictum fuiſſe putant mortiferum eſſe ſignum, in naſo calidiſſimam febrem: nam tanquam reſpondens verbis illis ſupra dictis, ſigna mortifera, nunc ſubjunxit: *vitalia vero contraria.* Atqui ſecundum eorum explanationem his verbis, *mortifera ſigna*, conjuncta non ſunt haec ita ſcripta, per nares calidiſſimum, ibi adjectum non habent, ſitne letale ſignum, an non ſit. Neque enim mortiferum eſt, niſi quod ab Hippocrate dictum eſt, praeceſſerit, prius nares frigidum ſpiritum reddunt: nam ſi citra hoc vapor calidiſſimus per cutem emanet, poteſt id quidem ſuccorum calidiore febre, attenuatorum ſymptomata eſſe, non mortis prorſus indicium. Quin imo interdum et extenuati humores utiliter diffluntur, quos, quum pinguiores ſunt, per ſenſiles excretiones natura e corpore propellit, ſudores citans aut lotii dejectionumve multitudinem aut vomitum movens. Erunt igitur omnia contraria praedictis mortiferis ſignis, vitalia neque frigidum exſpirare, neque per cutem calidum va-

Ed. Chart. IX. [508.] Ed. Baſ. V. (506.)
ψυχρὸν ἐκπνεῖν, μήτ' ἐκκενοῦσθαι διὰ τοῦ δέρματος ἀτμὸν θερμόν. εἰκότως δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Ζεῦξιν ἰδίᾳ τὰ σημεῖα θανατώδεα προεξηγησάμενοι, περιεῖλον ὅλην τήνδε τὴν λέξιν ἐν ᾗ φησι, τὰ ζωτικὰ ἐναντία πρὸς ὑγίειαν.

porem exhalare. Haud abs re autem et Zeuxis ſectatores prius ſeparatim, mortifera ſigna, interpretati, omnia haec verba deleverant, quae ita ſe habent, vitalia autem contraria ad ſanitatem.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΣΤ. ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟ ΥΠΟΜΝΗΜΑ Ε. ΤΜΗΜΑ Ε.

Ed. Chart. IX. [509.] Ed. Baſ. V. (506.)

α'.

[509] *Νούσων φύσιες ἰητροί.*

Εἴρηται δὲ πολλάκις ὡς τὰς τοιαύτας γραφὰς, ἐν αἷς ὑπαλλάττεται τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἡ διάνοια μένει κατὰ πᾶν ἡ αὐτὴ, κρίνειν οὐ πρόκειταί μοι, φυλαττομένῳ τὸ μῆκος τῶν ὑπομνημάτων, ἀλλὰ καὶ νῦν αὐτὸ τοῦτο χάριν ἀναμνή-

HIPPOCRATIS EPIDEM. VI. ET GALENI IN ILLUM COMMENTARIUS V. SECTIO V.

I.

Morborum naturae medicae.

Urina ei nonnnunquam, quod epotum eſt, colore ſimilis apparet, neque mutatis, neque in ſanguinem recte verſis cibis, cum quibus et ipſe potus commutatur; nonnunquam et aliqua corporis particula liqueſcente, ut Sabinus ſcripſit. Haec igitur utraque non ex naturae propoſito adminiſtrato corpore eveniunt, naturaliter autem ſe habente creandis ſuccis una commutatus potus et colore infectus, urinarum differentias facit, neque epoti humoris, neque membrorum in corpore liquatorum qualitatibus, ſed creatorum humorum formis reſpondentes, quemadmodum et ſupra alias oſtenſum eſt. Quin igitur lotium rei potae colorem retinuerit, ſi aquae aut alicujus albi tenuisque vini potio ſuerit, aqueum albumque conſpicitur; ſi vinum craſſum nigrumque fuerit, nigrior urina et craſſior

Ed. Chart. IX. [527.] Ed. Baſ. V. (514.)

ρόν τε καὶ παχύτερον, ὥσπερ γε καὶ ξανθότερον, εἰ παλαιὸς καὶ κιρρὸς ὁ οἶνος. τῶν δὲ συντακέντων μορίων ἐνδείκνυται τὴν χρόαν, ὅταν οἷον ὀροβοειδῆ τε καὶ κριμνοειδῆ συνεξέρχηταί τινα αὐτοῖς. ἀφ' ἵππατος γάρ ἐστι τὰ τοιαῦτα, καθάπερ γε τὰ σαρκωδέστερα τῶν νεφρῶν, οὕτω δὲ καὶ τὰ πεταλώδη τῆς κύστεως, τὰ δὲ λιπαρὰ πιμελῆς, τὰ δὲ κριμνώδη μὲν τῷ τε μεγέθει καὶ τῇ σκληρότητι, μὴ μέντοι λευκά, σαρκὸς συντετηγμένης γνωρίσματα, καθάπερ γε καὶ τὰ μέλανα τῆς σπληνὸς μᾶλλον. οὐ μέντοι τά γε τοῖς τῶν ὑποζυγίων ἐοικότα συντήξεώς ἐστι σημεῖον, ὥσπερ ὁ Σαβῖνος ᾤετο. δέδεικται γὰρ ἐν τῷ εἰς τοὺς ἀφορισμοὺς ὑπομνήματι τὰ τοιαῦτα γινόμενα τοῖς τὸν καλούμενον ὠμὸν χυμὸν ἠθροικόσι πλεῖστον, ὅταν ὑπὸ θέρμης χυθῇ. τηνικαῦτα γὰρ αὐτῷ συμβαίνει πνευματουμένῳ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπειν πνεῦμα φυσῶδες, ὅθεν αἱ κεφαλαλγίαι γίνονται.

---

apparebit, quemadmodum et flavior, ſi vetuſtum fulvumque vinum ſit. Indicat autem colliquatorum membrorum colorem, quum partes aliquae ervi et hordei ſpeciem referentes una cum ipſa exeunt: a jecore enim hujusmodi corpuſcula veniunt, ſicut carnoſiora a renibus. Ita vero et foliorum ſimilia a veſica; unguinoſa ab adipe: hordeacea quidem magnitudine et duritie, ſed non albida, colliquatae carnis notae ſunt; ſicut et nigra lienis magis. Urinae quidem jumentorum lotio ſimiles eliquationem non indicant, ut Sabinus cenſebat; nam in aphoriſmorum explanationibus id genus urinas eorum eſſe explicavimus, in quibus humor, qui crudus vocatur, plurimus abundat et a calore fuſus eſt; tunc enim ipſum in ſpiritum verſum flatuoſas exhalationes ad caput ſubmittere contingit, unde et dolores capitis excitantur.

Ed. Chart. IX. [527. 528.] Ed. Baf. V. (514.)

ιστ'.

Γλῶσσα ὁμόχρους τῆσι προστάσεσι, διόπερ ταύτησι γινώσκομεν τοὺς χυμούς.

Ἀσαφὴς ἐστιν ἐνταῦθα ἡ προστάσεσι φωνὴ, τινῶν μὲν οἰομένων προστάσεις χυμῶν εἰρῆσθαι ἐκ τῆς γαστρὸς ὁρμώντων, ἐνίους δὲ τοὺς ἐπιπηγνυμένους τῆς γλώττης τινῶν καὶ τοὺς διαβρέχοντας αὐτήν. ἄμεινον δὲ τούτους ἅπαντας ἀκούειν, ἵνα ἐπὶ τῶν ὑπωσοῦν ψαυόντων τῆς γλώττης χυμῶν ὁ λόγος ᾖ γινόμενος. ὁμόχρους γὰρ αὐτοῖς φαίνεται, κἂν ἐκ [528] *τῆς γαστρὸς ἄνω φέρωνται, κἂν διὰ τῶν φλεβῶν ἥκωσι τῶν τρεφουσῶν, κἂν ἐξ ἀτμῶν τινων ἀναφερομένων ἔξωθεν αὐτὴν ἐπιπήγνυνταί τε καὶ περιπήγνυνται χωρὶς τοῦ διαβρέχειν τὸ βάθος, διὰ τοῦτο οὖν αὐτὸ καὶ τοὺς χυμοὺς διαγινώσκομεν· ἐὰν μὲν γὰρ χλωρὰ γένηται, τοὺς πικροχόλους, ἐὰν δὲ μέλαινα, τοὺς μελαγχολικοὺς, ἀνάλογον δὲ τοῖσδε τοὺς ἄλλους ὑπὲρ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶ-*

XVI.

Lingua extenſionibus concolor. Quocirca ex iſtis ſuccos cognoſcimus.

Obſcura hoc loco eſt haec vox, extenſionibus nonnullis extenſiones ſuccorum e ventriculo adſcendentium dictas eſſe, nonnullis vero concretos in lingua, aliquibus et ipſam malefacientes humores ſignificari putantibus. Sed iſtos omnes intelligere praeſtiterit, ut de ſuccis utcunque linguam attingentibus ſermo fiat; ipſis enim concolor lingua apparet et ſi ex ventriculo ſurſum repant et ſi per venas ejus altrices affluxerint et ſi per vapores quosdam ſublatos exterius ipſi adhaeſerint; atque penitiora minime humectantes circumcreti fuerint. Propter hoc igitur ipſum et humores internoſcimus, ſiquidem viridis lingua fuerit, bilioſos; ſi vero nigra, melancholicos; ad iſtorum autem ſimilitudinem et alios, de quibus dudum

Ed. Chart. IX. [528.] Ed. Baſ. V. (514.)

πον, ἐξηγούμενος τὴν ῥῆσιν, ἐν ᾗ φησι γλῶσσαι χλωραὶ, χολώδεες.

ιζ'.

Ἢν ἁλμυραὶ σάρκες γευομένῳ, περισσώσιος σημεῖον.

Οὐ μόνον ἡ χρόα τῆς γλώττης ἐνδείκνυται τοὺς πλεονάζοντας χυμοὺς, ἀλλὰ καὶ ἡ γευστικὴ κατ' αὐτὴν δύναμις. οὕτω γοῦν ἐνίοις μὲν ἔχουσι πικρὸν χυμὸν ἐν τῇ γλώττῃ πάντα φαντάζεται πικρὰ, κἂν ᾖ γλυκύτατα, καθάπερ τοῖς ἰκτεριῶσιν, ἐνίοις δ' ἁλμυρὰ διὰ τὸν ἁλυκὸν ὀνομαζόμενον χυμόν. ἐναργὲς δὲ τούτου τεκμήριον ἐπ' αὐτῶν τῶν ὑγιαινόντων ἐστίν. ἐὰν γοῦν τις ἀψινθίου γευσάμενος εὐθέως ἐπ' αὐτῷ γεύηταί τινος ἄλλου, πικρὸν αὐτὸ φανεῖται, κἂν ἅλας μασησάμενος ἄλλο τι μετ' αὐτὸ αὐτίκα προσενέγκηται, καὶ τοῦτο φανεῖται τὸ γευσθὲν ἁλμυρόν. οὕτως οὖν κἀν ταῖς νοσώδεσι διαθέσεσιν, ὅταν μὴ καθαρὰ καὶ ἀπέ-

dicebamus, quum eam partem explanaremus, in qua dicit: linguae virides bilioſae.

XVII.

Si ſalſae carnes guſtanti, ſupervacuae materiae ſignum.

Non modo linguae color, ſed ejus etiàm vis guſtatoria ſupervacuos humores oſtendit. Sic igitur quibusdam amaro ſapore infectam linguam habentibus omnia quamvis dulciſſima judicantur amara, quemadmodum exempli cauſa regio morbo languentibus; nonnullis vero ſalſa propter ſaporem, qui ſalſus dicitur. Hujus vero rei perſpicuum indicium in ipſis recte valentibus eſt. Si quis enim abſinthio guſtato, continuo ab ipſo aliquid deguſtet, amarum id apparebit et ſale commanducato, ſi quid aliud confeſtim poſt ipſum adſumtum fuerit, iſtud quoque guſtatu ſalſum videbitur. Quamobrem ſic et in morboſis affectibus cum lingua impura et excrementis affluens ſit,

Ed. Chart. IX. [528.] Ed. Baſ. V. (514.)

ριττος ἢ κατὰ τὴν φύσιν τοῦ περιττώματος ὁ τῶν σίτων τῶν ἐν αὐτῇ πλεοναζόντων χυμὸς, ἐὰν τὸ προσφερόμενον οὐ γεύσεταί τις ἔξω πάσης ἢ σφοδρᾶς ποιότητος. εἰ δὲ μὴ, μικτή τις αἴσθησις ἔσται τῇ γλώττῃ δυοῖν χυμοῖν, αὐτοῦ τε τοῦ κατ' αὐτὴν πλεονάζοντος καὶ τοῦ κατὰ τὸ προσφερόμενον ἐπικρατοῦντος. ἔνια μὲν γὰρ ἱκανῶς ἐστιν ἁλμυρὰ, τινὰ δὲ πικρὰ, τινὰ δὲ δριμέα, καθάπερ ὀξέα μὲν ἄλλα, γλυκέα δ' ἄλλα. μικτὴ τοιγαροῦν, ὡς ἔφην, εἰ τῶν τοιούτων τις γεύοιτο, γενήσεται τῶν χυμῶν αὐτῶν ἡ διάγνωσις, ἔκ τε τοῦ κατὰ τὴν γλῶτταν ὑπάρχοντος ἤδη καὶ τοῦ ψαύοντος ἔξωθεν αὐτῆς. διὰ τοῦτ' οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἕν τι τῶν τοιούτων ἔγραψεν εἰς ἀνάμνησιν ἑαυτῷ, καθάπερ εἴωθε ποιεῖν ἐν τούτοις τοῖς ὑπομνήμασι.

ιη'.

Ἢν τῶν μασθῶν αἱ θηλαὶ καὶ τὸ ἐρυθρὸν χλωρὸν εἴη, νοσῶδες τὸ ἄγγος.

---

pro excrementi natura ciborum ſapor linguae impreſſum ſaporem refert, ſi modo quae deguſtatur eſca omni vehementi qualitate ſpoliata fuerit. Sin ſecus ſe habeat, miſſus quidam in lingua duorum ſaporum ſenſus erit, et ejus qui in ipſa excellit et ejus qui in cibo aſſumto dominatur: quaedam enim admodum ſalſa ſunt, quaedam amara, quaedam acria, ſicut iterum alia acida, alia dulcia, mixtus igitur, ut dicebam, ſi quis haec guſtaverit, fiet ſaporum iſtorum perceptio et ejus qui jam linguam inſecerat et ejus qui extrinſecus ipſam attingit. Propterea igitur Hippocrates unum quoddam ex his memoriae cauſa ſibi ipſi litteris mandavit, quemadmodum hiſce in commentariis facere conſuevit.

XVIII.

Si mammarum papillae et rubrum viride ſit, aegrotat conceptaculum.

Ed. Chart. IX. [528. 529.] Ed. Baf. V. (514.)

Οὐ κατὰ τὴν Ἱπποκράτους ἑρμηνείαν ἐστὶν ἄγγος ὀνομάσαι τὴν ὑστέραν, τὸ γοῦν λεγόμενον εὔθηλόν ἐστιν. ἐὰν γάρ τι τῶν εἰρημένων σημείων περὶ τοὺς τιτθοὺς γένηται, νοσώδη διάθεσιν εἶναι κατὰ τὴν ὑστέραν δηλοῖ. πολλάκις γὰρ ἤδη μεμαθήκατε περὶ τῆς κοινωνίας τῶν τιτθῶν πρὸς τὴν μήτραν.

ιθ'.

[529] *Ἀνθρώποισιν ὁ ἐν τοῖς ὠσὶ ῥύπος ὁ μὲν γλυκὺς θανάσιμος, ὁ δὲ πικρὸς οὔ.*

Τάχ' ἂν αὐτός τις ἕκαστος νοσῶν ὑπομείνειε γεύσασθαι τοῦ κατὰ τὸ οὖς ῥύπου. τῷ δ' ἰατρῷ βδελυρὸν ἂν εἴη τὸ πρόσταγμα. πρόδηλον δ' ὡς οὐκ ἐν ἄλλῳ καιρῷ δύναται γενέσθαι ὁ ῥύπος γλυκὺς ἢ καθ' ὃν ὁ ἐγκέφαλος νοσεῖ. κατὰ φύσιν γάρ ἐστιν αὐτῷ τὸ πικρῷ φαίνεσθαι, διὸ καὶ τὸ γλυκὺ ἐγκεφάλου συντηκομένου φασὶ γίνεσθαι.

Uterum appellare conceptaculum Hippocratis phraſin non ſapit, tamen quod dicitur perſpicuum eſt. Nam ſi aliquod ex dictis ſignis mammis accidat, languere uterum ſignificat: ſaepius enim alias uterum mammasque ſocietate conjungi didiciſtis.

XIX.

Hominibus ſordes in auribus, dulcis quidem mortifera, amara autem non.

Fortaſſis quispiam aegrotans ipſe auris ſordem deguſtare ſuſtinuerit, medico autem id praecipue turpe ac deteſtabile fuerit. Clarum eſt autem non alio tempore aurium ſordem fieri dulcem poſſe quam quo cerebrum aegrotat, naturaliter enim amara videtur. Atque ideo ipſam dulcem, liqueſcente cerebro, fieri ducunt.

Ed. Chart. IX. [529.] Ed. Baſ. V. (514. 515.)

κ'.

Γῆν μεταμείβειν σύμφορον ἐπὶ τοῖσι μακροῖσι νουσήμασιν.

Εἴτε πλέων εἴτε πεζῶν τις εἰς ἑτέραν ἀφίκοιτο γῆν, εἴτε κίνησις ἡ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἢ τὸν πλοῦν, ἢ θ' ὑπαλλαγὴ τοῦ ἀέρος ὀνήσει καὶ μάλισθ' ὅταν εἰς ἐναντίαν ἔχοντα κράσιν ἀέρα μεταστῇ· λέγω δ' ἐναντίαν οὐ μόνῳ τῷ κατὰ τὴν οἰκείαν τοῦ κάμνοντος χώραν, ἀλλὰ καὶ τῇ κράσει τοῦ νοσήματος. εἰ μὲν γὰρ ὑγρὸν εἴη, ξηροτέρου τοῦ ἀέρος εἰς ὃν με- (515) *ταβαίνει δεήσεται· εἰ δὲ ξηρὸν, ὑγροτέρου. κατὰ τὴν αὐτὴν δὲ καὶ ψυχροτέρου μὲν εἰ θερμὸν, θερμοτέρου δὲ εἰ ψυχρόν. κατὰ τὴν αὐτὴν δὲ ὑγροτέρου καὶ ψυχροτέρου εἰ θερμὸν εἴη καὶ ξηρόν· οὕτω δὲ καὶ κατὰ συζυγίαν. ἔτι δὲ μᾶλλον ὠφελήσει τὸν μετανιστάμενον, ἐὰν κατὰ τὰ μέτρα τῆς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπῆς τοῦ νοσήματος ἡ πρὸς τὸν ἀέρα τὸν ἐναντίον γίνηται μεταβολή. τὸ μὲν γὰρ ἐπ' ὀλίγον ἐκ τῆς κατὰ φύσιν*

XX.

Solum vertere in longis morbis convenit.

Sive navigans, ſive terreſtre iter faciens quispiam in alteram regionem migraverit vel motus in itinere aut navigatione vel aëris mutatio proderit, et maxime quum in aërem contrariae temperaturae diſceſſerit. Contrariam autem dico non ſolum aëris propriae aegrotanti regionis temperamento, ſed etiam ipſius morbi: nam ſi humidus morbus ſit, in ſicciorem aërem migrandum erit; ſi ſiccus, in humidiorem. Eadem quoque ratione ſi calidus morbus ſit, in frigidiorem; ſi frigidus, in calidiorem. Similiter ſi calidus ſit morbus et ſiccus, ad humidiorem frigidioremque aërem abeundum eſt; ſic et in reliquis conjugationibus. Adhuc vero magis iſte terram mutans juvabitur, ſi pro modo, quo morbus a naturali ſtatu diſceſſit, ad contrarium aërem mutatio fiat. Morbus enim ad paulo frigidiorem a naturali temperie recedens, aërem paulo

Ed. Chart. IX. [529.] Ed. Baſ. V. (515.)

κράσεως εἰς ψυχροτέραν μεθιστάμενον, ὀλίγῳ τοῦ συμμέτρου κατὰ τὴν κρᾶσιν ἀέρος θερμοτέρου, τὸ δ' ἐπὶ πολὺ πολλῆς καὶ τῆς εἰς τοὐναντίον ὑπερβολῆς δεῖται. καὶ περὶ χωρίων δὲ τὸν αὐτὸν εἰρῆσθαί σοι νόμιζε λόγον. ἀκριβῶς γὰρ ἀλλήλοις ἐστὶν ἐναντία τὰ τοῦ συμμέτρου τε καὶ μέσου παραχωροῦντα τὸ ἴσον ἑκατέρωσε.

κα'.

Τὰ ἀσθενέστερα σιτία ὀλιγοχρόνιον βιοτὴν ἔχει.

Σιτίον ἀσθενὲς οὐκ ἄλλο τι δυνατόν ἐστιν ἀκούειν τοῦ βραχεῖαν τροφὴν διδόντος τῷ σώματι, τοιαῦτα δ' ἐστὶ τά τε λάχανα καὶ τῶν ἀκροδρύων τὰ πλεῖστα. ταῦτ' οὖν, φησιν, ὀλιγοχρόνιον βιοτὴν ἔχει, τουτέστι τοὺς χρωμένους αὐτοῖς ὀλιγοχρονίους ἐργάζεσθαι πέφυκεν, ἢν αὐτὰ τὰ σιτία ταχέως ἐκ τοῦ σώματος κενοῦνται. κακόζηλον δ' ἐστὶ τὴν ἐν τῷ σώματι μονὴν τῶν σιτίων ζωὴν ἀκούειν αὐτόν.

---

mediocri temperie calidiorem poſtulat; morbus vero longius recedens et multo in contrarium exceſſu eget. De regionibus quoque eundem ſermonem tibi dictum putato: exquiſite namque inter ſe contraria ſunt, a commoderato atque medio ad utrumque latus aequaliter recedentia.

XXI.

Imbecilliora cibaria brevem vitam.

Imbecillus cibus haud alius intelligi poteſt quam qui parum alimenti corpori exhibet: talia vero ſunt et olera et plurimi arborum fructus. Iſti igitur, inquit, brevem vitam habent, id eſt ipſis veſcentes brevis vitae reddere apti ſunt, quoniam cibaria ipſa celeriter a corpore evacuantur. Sed affectatum quoddam eſt, ciborum in corpore moram vitam ipſorum intelligere.

Ed. Chart. IX. [530.] Ed. Baſ. V. (515.)

κβ'.

Κεδμάτων τὰς ἐπὶ τοῖς ὠσὶν ὄπισθεν φλέβας σχάζειν.

Κέδματα λέγει τὰ εἰς τὰ σκέλη κατασκήπτοντα ῥεύματα, καὶ μάλιστά γ' αὐτῶν τὰ εἰς τὴν πρώτην διάρθρωσιν ἥτις ἐστὶ κατ' ἰσχίον, οὐ μὴν ἀληθῆ γε τὰ περὶ τῆς φλεβοτομίας εἶναι πειθομένης, καθάπερ οὐδὲ αὐτῶν τῶν προσιεμένων αὐτὴν οὐδεὶς ἀκριβῶς ἐπείσθη. δηλοῦσι γὰρ ἔργῳ τοῦτο, μηδέποτε ἐπὶ τῶν ἀῤῥώστων χρώμενοι. κατὰ μέντοι τὴν ῥῆσιν αὐτὴν ἡ λέξις οὐκ ἀκριβῶς ἑρμηνεύεται γράψαντος αὐτοῦ τὰς ἐπὶ τοῖς ὠσὶ φλέβας. οὐ γὰρ τὰς ἐπὶ τοῖς ὠσὶν ἐχρῆν, ἀλλὰ τὰς περὶ τὰ ὦτα λελέχθαι. φλέβες γάρ τινές εἰσιν ὄπισθεν τῶν ὤτων ἀξιόλογοι. κατ' αὐτὰ δὲ τὰ ὦτα πάνυ σμικραὶ καὶ δυσθεώρητοι καὶ τὰ πολλὰ μηδὲ φαινόμεναι.

XXII.

Cum adſunt cedmata, venae in auribus poſteriores ſcindendae ſunt.

Cedmata vocat fluxiones in crura decumbentes et ex ipſis eas maxime quae primum articulum, ubi coxendix eſt, occupant. Non tamen de ſecanda vena praeceptum verum eſſe mihi perſuadeo, quemadmodum etiam nulli eorum qui id laudant, exacte perſuaſum eſt: id enim opere ipſo ſignificant, quum nunquam in aegrotantibus ad hoc remedium confugiant. In his quidem verbis locutio impropria et vitioſa eſt, ipſo ſcribente, venas in auribus: neque enim venas in auribus, ſed circum aures dicere oportebat; ſiquidem venae quaedam poſt aures grandiores ſunt, in ipſis vero auribus perexiguae vixque adſpectabiles et plerumque neque perſpicuae.

κγ'.

Λαγνείη τῶν ἀπὸ φλέγματος νούσων ὠφέλιμον.

Οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἰσχυροῖς τὴν δύναμιν ὠφέλιμός ἐστιν ἡ λαγνεία νοσοῦσιν ἀπὸ φλέγματος. οἱ γὰρ ἀσθενεῖς εἰς ἔσχατον ἀῤῥωστίας ὑπ' αὐτῆς ἀφικόμενοι βλαβήσονται μεγάλως, οἱ δ' ἰσχυρὰν ἔχοντες τὴν δύναμιν οὔτε καταλυθήσονται καὶ ὠφεληθήσονται, ξηραινούσης τῆς λαγνείας τὴν τοῦ φλέγματος περιουσίαν. μεμαθήκατε γὰρ ὅτι λαγνεία ξηραίνει, καθάπερ ἀγρυπνία, κατὰ τὸ διαφορεῖν ἐπὶ πλέον τοὺς χυμούς. ἀλλὰ καὶ θερμαίνει τὸ σῶμα τοῖς ἐῤῥωμένην ἔχουσι τὴν δύναμιν ἡ λαγνεία, τοῖς δ' ἀσθενέσιν ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα θερμαίνει, ψύχει δὲ μετὰ ταῦτα γενναίως.

κδ'.

Θερμοκοιλίοισιν ἰσχυρὰ ποτὰ καὶ βρωτὰ ταρακτικά. μελαίνης χολῆς ὡς ὅμοιον αἱμορῥοΐδι.

XXIII.

Venus à pituita morbis remedio eſt.

Non cunctis ex pituita laborantibus, ſed quibus vires firmae ſunt veneris uſus prodeſt. Imbecilli namque ab ipſa in extremam debilitatem redacti magnopere laedentur; at qui viribus excellunt, non diſſolventur, ſed contra juvabuntur veneris uſu pituitae copiam reſiccante. Didiciſtis enim concubitum, quemadmodum et vigiliam exſiccare, quoniam ſcilicet humores abunde digerant. Quin etiam coitus robuſtorum corpus calefacit, infirmorum autem continuo quidem calefacit, ſed poſtea vehementer refrigerat.

XXIV.

Eos qui calido ventriculo ſunt, validi potus et cibi perturbant.

Ed. Chart. IX. [530. 531.] Ed. Baſ. V. (515.)

Οὐχ ὡς ἔμπροσθεν ἰσχυρὰν δίαιταν ἔφαμεν εἶναι τὴν τῶν πολυτρόφων σιτίων, οὕτω καὶ νῦν ἀκουστέον ἐστὶν ἰσχυρὰ ποτὰ καὶ βρωτὰ τὰ πολλὴν διδόντα τῷ σώματι τροφήν, ἀλλὰ τὰ τὴν δύναμιν ἔχοντα, κρόμμυα δηλονότι καὶ σκόροδα καὶ σίλφιον καὶ ὀπὸν οἶνόν τε παλαιότατον, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα τὴν φυσικὴν δυσκρασίαν αὐξάνοντα, τῇ δὲ ταύτης ἐναντία χρησιμώτατα. πολλάκις γὰρ ἤδη μεμαθήκαμεν ὡς τὰς μὲν ἀμέμπτους φύσεις ὠφελεῖ τὰ ὅμοια, τὰς δὲ δυσκράτους ὥσπερ καὶ τὰς νόσους, τὰς τῆς καθεστώσης αὐταῖς κράσεως ἐναντία. τινὲς δὲ τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον τῆς ἐχομένης ῥήσεως τὴν ἀρχὴν τέλος ἐποιήσαντο τῆς νῦν προκειμένης, ὡς γίνεσθαι τοιαύτην, θερμοκοιλίοισιν ἰσχυ- [531] ρὰ ποτὰ καὶ βρωτὰ ταρακτικὰ μελαίνης χολῆς. ὅτι μὲν οὖν ταρακτικὰ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα μάλιστά ἐστι τοῖς θερμοκοιλίοις τὰ τοιαῦτα πρόδηλον, οὐ μὴν ὁμοίως γε τὰ καθ' ὅλον τὸ σῶμα ταράττει πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὴν ἐν τούτοις κρᾶσιν ἤτοι θερμὴν ἢ ξηρὰν ἔχουσιν ἢ

Non quemadmodum ſupra validum victum ciborum multum nutrientium eſſe dicebamus, ita et hoc loco accipere debemus validos potus et cibos, hoc eſt multum alimentum corpori exhibentes, ſed eos qui acrem vim habent, hujusmodi ſunt caepae et allium et ſilphii ſuccus et vinum vetuſtiſſimum, idque genus alia naturalem intemperiem augentia, huic autem contraria utiliſſima. Naturas namque omni labe carentes juvari a ſimilibus; intemperatas autem, quemadmodum et morbos ab iis quae eorum temperamentis adverſantur juvari ſaepius alibi didiciſtis. Verum aliqui voluminis hujus interpretes ſequentis partis initium hujusce propoſitae finem eſſe voluerunt hoc pacto ſcribentes, iis qui calido ventriculo ſunt, validi potus et cibi perturbationem faciunt atrae bilis. Quod autem eorum potiſſimum, quae in ventriculo ſunt, ipſum calidum habentibus talia perturbationem faciant, clarum eſt, non tamen in omnibus ſimiliter ea perturbant, quae in toto corpore ſunt, ſed quibus univerſi corporis temperamentum aut calidum eſt aut aridum aut utraque qualitate immo-

Ed. Chart. IX. [531.] Ed. Baſ. V. (515.)

κατ' ἄμφω δύσκρατον, ὡς οὐ μόνον χολῆς μελαίνης ἐστὶ ταραχτικὰ τὰ τοιαῦτα τῶν ἐδεσμάτων, ἀλλὰ καὶ τῆς ξανθῆς. ἴσως δ' ἐπεὶ μείζονα βλάβην ἡ μέλαινα χολὴ ταραχθεῖσα φέρει διὰ τοῦτ' ἐπ' αὐτῆς ἠξίωσαν ἀκούειν τοῦ λόγου κατὰ ἐξοχήν. οἱ πλεῖστοι δὲ περιγράψαντες αὐτὴν κατ' αὐτὴν τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἀρχὴν τῆς ἑπομένης ἐποιήσαντο.

κε'.

Μελαίνης χολῆς ὡς ὅμοιον αἱμορῤῥοΐδι.

Τὸ μὲν οὖν τὰς μελαγχολίας ὑπὸ τῶν αἱμορῤῥοΐδων ὠφελεῖσθαι τῶν ἐναργῶς φαινομένων ἐστὶ καὶ πολλοὺς κατ' ἐπιστάσεις αὐτῆς ἐθεασάμεθα μελαγχολήσαντας. ἐνίους δ' οὐ μόνον ἅπαξ ἢ δὶς, ἀλλὰ καὶ τρὶς καὶ τετράκις εἰς μελαγχολίαν ἐμπεσόντας, ἅμα τῷ στῆναι τὴν αἱμορῤῥοΐδα, τινὰς δὲ καὶ καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς τὸ πάθος ἐπιφερομένους, εἰ μὴ φθάσειεν, ἤτοι δι' αἱμορῤῥοΐδος ἢ διὰ τοῦ καθαρθῆναι μέλαιναν χολὴν ὠφεληθέντες· οἱ πλεῖστοι μὲν οὖν αὐ-

dica praeditum; quapropter in his non atram bilem ſolum, ſed etiam flavam hujusmodi cibaria perturbant. Atqui forſan atra bilis conturbata majus affert detrimentum, propterea et de ipſa per excellentiam ſermonem intelligi noluerunt. Sed plurimi hoc ſermone ipſo per ſe circumſcripto, initium ſequentis hoc fecerunt.

XXV.

Atrae bilis ad ſimile hoemorrhoides effundunt.

Morbum ſane melancholicum vocatum per haemorrhoides levari evidenter conſtat, multosque clauſis illis infaniviſſe animadvertimus; quosdam vero non ſolum ſemel aut bis, ſed etiam ter et quater, ſimul atque haemorrhois ſuppreſſa ſit, in melancholiam incidiſſe. Nonnullos vero et ſingulis annis hoc vitio tentari ſolitos, niſi aut per venas haſce praeſidium prius ſenſerint aut atra bile medicamento purgata malum anteverterint. Nempe

Ed. Chart. IX. [531.] Ed. Baf. V. (515.)

τῶν αἷμα μέλαν ἐκκενοῦνται διὰ τῆς αἱμορροΐδος, οὐ μὴν ἅπαντές γε. γίνεται οὖν οὐ κατὰ μίαν αἰτίαν αἱμορρόϊς, ἀλλ' ἐνίοτε μὲν οὖν αὐτῆς τῆς φύσεως ἐκκαθαιρούσης τὸν μελαγχολικὸν χυμόν, ἐνίοτε δὲ πλῆθος ἐκκενούσης, ὡς καὶ τοῖς διὰ ῥινῶν αἱμορραγοῦσιν. ἔστι δ' ὁτὲ φλεβὸς ἀναστομωθείσης τῇ βίᾳ τοῦ κατασκήψαντος εἰς αὐτὴν, ἄνευ τοῦ τὴν φύσιν ἐργάζεσθαι τοῦτο προνοητικῶς, διὸ καὶ τὸ κενούμενον ἐνίοτε μέλαν οὐκ ἔστι καὶ μέντοι καὶ τῆς φύσεως ἕνεκα τοῦ τὸ μέλαν ἐκκενῶσαι τὴν ἀναστόμωσιν ἐργαζομένης. συμβαίνει δέ ποτε κεναθέντι τῷ μοχθηρῷ τὸ χρηστὸν συνακολουθεῖν, ὅταν μὴ φθάσῃ μῦσαι τὸ ἀγγεῖον, ἀλλ' ἐπὶ πλέον ἀνεστομωμένων διαμένῃ. κατὰ τὴν προκειμένην οὖν ῥῆσιν (οὐ) τοῦτο λέγειν αὐτὸν ἡγετέον, ὅτι πᾶσα τὴν χολὴν μέλαιναν αἱμορρόϊς ἐκκενοῖ καὶ διὰ τοῦτο τοὺς μελαγχολικοὺς ὠφελεῖ μὲν γινομένη, βλάπτει δ' ἐπισχεθεῖσα καὶ ὡς ἀναστομωτέον αὐτήν ἐστιν, εἰ μύσειεν.

---

iſtorum hominum plurimis ater ſanguis per haemorrhoida profunditur, attamen non omnibus. At vocata haemorrhois, id eſt per ſedis venas ſanguinis profluvium, non una de cauſa efficitur, modo ipſa natura nigri fellis ſuccum repurgante, modo multitudinem evacuante, quemadmodum et ſanguinem per nares effundentibus accidit, nonnunquam vena ſanguinis impetu in ipſam irruentis patefacta, non id provide faciente natura; eo fit ut effuſus ſanguis interdum niger non ſit. Quin etiam natura atri ſanguinis evacuandi cauſa venam aperiente, nonnunquam accidit evacuato malo bonum ſubſequi, niſi prius conceptaculum occludatur, ſed diutius patefactum maneat. In propoſitis igitur verbis non hoc ipſum dicere cenſendum eſt, quod omnis haemorrhois atram bilem evacuet; atque ideo, quum fit, melancholicis proſit, repreſſa vero noceat, quodque ipſa ſi claudatur, operienda ſit.

Ed. Chart. IX. [531. 532.] Ed. Baf. V. (515. 516.)

κστ'.

Τὰς ἐπαυξέας νούσους μίξις.

Πότερον ὠφελεῖ μίξις αὐτὰς ἢ βλάπτει παραλέλειπται. πάντων δὲ τῶν ἐξηγητῶν οὐκ οἶδ' ὅπως ὑποθεμένων αὐτὰς ὠφελεῖσθαι καὶ μίξιν ἀκουσάντων τὴν πρὸς γυναῖκα, χωρὶς Ἡρακλέος τοῦ Ἐρυθραίου. πάντων δὲ διαφερομένων ἐν τῷ κατὰ τὰς ἐπαυξέας σημαινομένῳ, [532] ὅ μοι δοκεῖ πιθανώτατον ὡς ἐν αἰνίγμασιν εἶναι, τοῦτο μόνον ἐρῶ. νόσους τὰς ἐπαυξεῖς, τὰς αὐξανομένας ἐν τῷ χρόνῳ καὶ χείρονας ἀεὶ γινομένας, εἰ μὴ φθάσειε λυθῆναι, οἷον ἀπὸ ποδάγρας, (516) ἀρθρίτιδας, νεφρίτιδας, ἐπιλήψιας, μελαγχολίας ἁπάσας βλαπτομένας ὑπ' ἀφροδισίων. Σαβῖνος δ' ἐπαυξεῖς ἀκούει νόσους τὰς τοῖς παιδίοις γενομένας καὶ συναυξανομένας ἄχρι τοῦ δύνασθαι, ὡς αὐτὸς ὀνομαστί φησι, μίγνυσθαι, ἐπιληψίαν τε εἶναι καὶ φρενίτιδας καὶ τεταρταίους πυρετοὺς καὶ κεφαλαλγίαν, οὐ μὴν φαίνεταί γε πᾶσι

XXVI.

Increſcentes morbos miſtio.

Utrum ipſos juvet miſtio aut laedat omiſſum eſt. Omnibusque interpretibus, uno Hercule Erythraeo excepto, neſcio quo modo ipſos juvari pro certo habentibus et miſtionem pro concubitu cum muliere intelligentibus, omnibusque inter ſe de ſignificatu hujus vocis, *increſcentes*, diſſidentibus, quod mihi ut in obſcuris dictis fit, veriſimillimum videtur, id ſolum afferam: morbos increſcentes eos intelligo, qui procedente tempore augentur ſemperque niſi prius ſolvantur, labuntur in pejus, ut podagras, articulorum dolores, renum vitia, comitiales, melancholias, quae omnes coitu exacerbantur. Sabinus autem increſcentes morbos eos eſſe vult, qui pueros corripiunt, unaque cum ipſis uſque ad aetatem veneri aptam increſcunt, ut ipſe nominatim recenſuit, comitialem morbum et renum affectum et quartanas febres et dolorem capitis.

Ed. Chart. IX. [532.] Ed. Baſ. V. (516.)

τὰ πάθη ταῦτα γενόμενα, πλὴν τῆς ἐπιληψίας, ἣ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο πρὸς τῶν παλαιῶν ὀνομασθῆναι συνέβη παιδίων πάθος. γίνεται δὲ καὶ ὁ κατὰ τὴν κύστιν λίθος παισὶν, ἀλλ' οὐχ οὕτως πολλοῖς ὡς ἐπιληψία. ταύτην μὲν οὖν ἐν τῇ μεταβολῇ τῆς τῶν παίδων ἡλικίας, ὡς τὰ πολλὰ συμβαίνει λύεσθαι, τοῖς μὴ μεγάλα πλημμελοῦσι περὶ τὴν δίαιταν. ὁ δ' ἐν τῇ κύστει λίθος οὐχ ὑπὸ μεταβολῆς τῆς ἡλικίας, ἀλλ' ὑπὸ χειρουργίας μόνης θεραπεύεται. γινώσκοντες οὖν ἡμεῖς καὶ χωρὶς τῆς προκειμένης ῥήσεως, ὅτι τε τὴν ἐπιληψίαν καὶ τὰ ἄλλα ὅσα φλεγματικὰ νοσήματα μεγάλως ὀνίνησιν ἡ μεταβολὴ τῆς τῶν παίδων ἡλικίας εἰς τὴν τῶν μειρακίων, εἰ καὶ χωρὶς τῶν ἀφροδισίων χρήσεως γίνοιτο. πρὸς τούτῳ δ' ἐπιστάμενοι καὶ ὡς οὔτε νεφρῖτις οὔτε πυρετὸς τεταρταῖος οὔτε ἀρθρῖτις παύεται δι' ἀφροδισίων, ὑπὸ μὲν τῆς προκειμένης ῥήσεως ἀνιγματώδους οὔσης οὐδὲν διδασκόμεθα, καθάπερ οὐδ' ὑπ' ἄλλης οὐδεμιᾶς τῶν τοιούτων. καὶ γὰρ τὴν ὠφέλειάν ποτε τῷ ψύχειν ἐργάζεται, μόνους ἐκείνους ὀνινᾶσα τοὺς αἰθαλώδεις ἢ κα-

Verum non om es vitia haec infeſtare videntur, praeter ſacrum morbum, quem propter id ipſum a veteribus puerilem affectum nominari contigit. Creatur etiam pueris in veſica lapillus, ſed haud ita multos, ut ſacer morbus, invadit, quem quidem in puerulis aetatis mutatione plerumque, niſi magnopere in victu delinquant, removeri contingit, at veſicae calculus non aetatis lapſu, ſed manuum opera dumtaxat curari poteſt. Porro nos et abſque iſtis verbis cognoſcentes comitialem et omnes alios pituitoſos morbos, ob mutationem ex puerili aetate in adoleſcentiam, omiſſo etiam venereorum uſu, mirifice juvari; ad haec et illud ſcientes, neque renum vitia, neque quartanam febrem, neque articulorum dolores, coitu ſedari, a propoſitis verbis perplexis et tenebricoſis nihil addiſcimus, quemadmodum neque ab ullis id genus aliis: concubitus enim interdum refrigerando prodeſt, ſolis illis ſubveniens, in quibus ob naturalem intemperiem fuligi-

Ed. Chart. IX. [532.] Ed. Baf. V. (516.)

πνώδεις διαπνοὰς ἴσχοντας, διὰ φυσικὴν δυσκρασίαν. οὗτοι γὰρ ὅταν ἐπισχεθῶσιν αὐτὰς, βλάπτονται μεγάλως, οὗτοι καὶ πρὸς τῶν ἀφροδισίων ἐν καιρῷ καὶ μέτρῳ γινομένων ὠφελοῦνται.

κζ'.

Ψύξις τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύνει.

Καὶ κατὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν τὸ μέν τι χρήσιμόν ἐστιν ἅπασι τοῖς τὴν τέχνην μετιοῦσιν, ἤν τ' οὖν ἐμπειρικοὶ τύχωσιν ὄντες ἄν τε δογματικοί. τὸ δέ τι μόνοις τοῖς τὰς αἰτίας ἑκάστου τῶν γινομένων ἐπίστασθαι προῃρημένοις. ἐρῶ δὲ περὶ προτέρου τοῦ χρησίμου πᾶσιν. ἐν τοίνυν τῇδε τῇ λέξει, ψύξις τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύνει. κοινῇ μὲν ἐδέξαντο πάντες, οὓς κἀγὼ γινώσκω περὶ τῶν διαχωρουμένων αὐτῷ τὸν λόγον εἶναι, τὸν αὐτὸν ὄντα δυνάμει τῷ κατὰ τοὺς ἀφορισμούς. ἦν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοι-

noſi halitus fumidique redundant. Qui ſi retenti fuerint, illis graviter nocent, iidem et a veneris uſu in tempore modiceque adhibito utilitatem capiunt.

XXVII.

Refrigeratio quae in ventre ſunt durat.

In hac quoque parte aliquid eſt omnibus artem exercentibus utile, ſive empirici ſint ſive dogmatici; aliquid vero ſolis cujusque affectus cauſas ſcire velle ſibi proponentibus conducit. Dicam vero de eo prius quod omnibus utile eſt. In hiſce igitur verbis, refrigeratio quae in ventre ſunt durat, omnes quos ego ſciam communiter de dejectionibus ab ipſo ſermonem fieri intellexerunt, qui idem velit atque ille in aphoriſmis. Sin autem coelum ſit aquilonium, tuſſes, fauces, ventres duri; utrum

Ed. Chart. IX. [532. 533.] Ed. Baſ. V. (516.)

λίαι σκληραί. πότερον δὲ τὴν ἐκ τῶν ἐκτὸς μερῶν τοῦ σώματος λέγει ψύξιν μόνον, ἥτις κἂν ταῖς βορείαις γίνεται καταστάσεσιν, ἢ τῶν ἔνδον, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ τὰ κατὰ τὴν κοιλίαν, ἐπισκέψασθαι παρέλιπον οἱ ἐξηγηταὶ, καίτοι διαφορὰν ἐχούσας οὐ σμικράν. τὴν μὲν γὰρ τῶν ἔξω ψύξιν ἴσμεν οἵ γε παραφυλάττοντες τὰ συμβαίνοντα τοῖς ἀνθρώποις ἀεὶ σκληρύνουσαν τὴν γαστέρα· τὴν δὲ τῶν ἔνδον ἔμπαλιν ὑγραίνουσαν, ἥ γε καὶ τὰς καλουμένας κοιλιακὰς διαθέσεις ἐργάζεται, ἐνίοτε καθ' ὃν καιρὸν αὐτὰ μὲν τὰ σώματα τῶν ἔνδον μορίων ἐνδέχεται [533] γίνεσθαι σκληρότερα, διαχωρεῖσθαι δ' ὑγρὰ, μήτε πεττομένων καλῶς τῶν σιτίων μήτ' ἀναδιδομένων. ταῦτα μὲν οὖν ἀναγκαῖα γινώσκεσθαι τοῖς ἰατροῖς ἅπασι, τὰς δ' αἰτίας αὐτῶν μόνοις τοῖς ἀρίστοις. οὐ γὰρ ὅπερ οἱ ἐξηγησάμενοι τὴν ῥῆσιν ταύτην ἀληθές ἐστιν εἰπεῖν, ὡς τὸ ψυχρὸν συνάγον καὶ πηγνύον οἷς ἂν ὁμιλήσῃ, σκληρότερα κατὰ τοῦτο ποιεῖ αὐτά. τοῦτο γὰρ ἐπὶ μὲν αὐτῶν τῶν ψυχομένων σωμάτων, ὅσα μὴ κατὰ βάθος ἐστὶ, ὀρθῶς ἂν λέγοιτο, τὰ δὲ κατὰ τὴν κοιλίαν

vero extimarum corporis partium refrigerationem ſolum dicat, quae et in aquiloniis conſtitutionibus fit, an et internarum, inter quae et ventris locus eſt, interpretes conſiderare omiſerunt, quum tamen inter eas diſcrimen haud exiguum verſetur. Etenim nos quae hominibus eveniunt obſervantes exteriorum refrigerationem ſemper ventrem durare cognoſcimus; interiorum autem contra humectare, quae coeliacos etiam qui vocantur affectus, id eſt ventris profluvia, interdum concitat, quo tempore ipſa quidem interiorum membrorum corpora duriora fieri contingit; liquida autem cibis neque recte concoctis neque diſtributis dejici. Haec plane medicis omnibus cognitu neceſſaria ſunt, ipſorum autem cauſae ſolis praeſtantiſſimis. Neque enim quod hanc partem interpretantes dicunt, verum eſt, frigidum ſcilicet quae attingat corpora, cogens atque congelans, ita duriora efficere. Hoc enim de refrigeratis partibus, quae interius abſtruſae non ſunt, recte dici poteſt; partes autem ventris ideo rigere nequeunt, ut cibi

Ed. Chart. IX. [533.] Ed. Baf. V. (516.)

ἀδύνατον εἰς τοσαύτην ψύξιν ἐλθεῖν, ὥστε βρωτὰ καὶ ποτὰ παγέντα σκληρυνθῆναι, καθάπερ τὰ ἐκτὸς ἐν χειμῶνι. τεθνήξεται γὰρ θᾶττον ὁ ἄνθρωπος, εἰ τοσαύτην ἕξει ψύξιν, ἀλλὰ μόνον ὅταν ὑπὸ τοῦ περιέχοντος ψύχηται τὰ ἔξωθεν μέλη τοῦ σώματος, ἀβλαβῶν ὄντων τῶν καιὰ τὴν γαστέρα, φαίνεται σκληρυνόμενα τὰ διαχωρήματα, θερμοτέρας γινομένης τῆς κοιλίας, ὥσπερ αὐτὸς ἔλεγεν, αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόιαται φύσει. καὶ τοίς γ' ἐξηγητὰς εὕροις ἂν ἀεὶ λέγοντας ἀντιπεριΐστασθαι τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ, πρὸς τὸ βάθος τοῦ σώματος ὑποχωροῦν, ὁπόιαν ψυχθῇ τὰ ἐκτός. οὕτως οὖν καὶ νῦν φημὶ, τῆς μὲν γαστρὸς θερμοτέρας γινομένης, τῆς δὲ ὑποχωρήσεως ἐπεχομένης δι' ἣν ὀλίγον ὕστερον αἰτίαν ἐρῶ, πέττεσθαί τε ἅμα κάλλιστα καὶ ἀναδίδοσθαι τὸν ἐκ τῆς τροφῆς χυλὸν ἅπαντα. τούτου δὲ συμβαίνοντος ἀκόλουθόν ἐστι ξηραίνεσθαι τὰ διαχωρήματα, τούτῳ δ' ἕπεται τὸ σκληρύνεσθαι. δυοῖν γὰρ τούιων αἰτίων σκληρυνόντων, οἷς ἂν ὁμιλήσῃ σώμασιν, ὧν τὸ μὲν ψυχρόν ἐστι, τὸ δὲ ξηραῖνον. ἡ μὲν ἐκ τῆς ψύξεως αἰτία τοῖς

potusque congelati obdurentur, ſicut alia extra corpus noſtrum hieme frigore concreta dureſcunt: prius enim quam ita frigeret, homo interiret. Verum eo tempore dumtaxat, quo ab aëre extima corporis, iis quae in ventre ſunt incolumibus refrigerantur, dejectiones obduratae cernuntur, calidiore ſcilicet ventre reddito, ut ipſe dicebat: ventres hieme et vere calidiſſimi ſunt natura, atque ſemper dicentes explanatores invenies calidum a frigido circumceſſum in penetralia corporis refugere, quum exteriora frigefacta ſunt. Sic igitur et in praeſentia dico, ventre calidiore affecto, dejectionibusque ſuppreſſis, ob cauſam paulo poſterius dicendam, ſimul optime concoqui cibum et omnem ex ipſo ſuccum diſpertiri; ex quo dejectiones exſiccari conſequens eſt, ex hoc vero et ipſas dureſcere accidit. Duae namque cauſae quum ſint corpora quibus appropinquant obdurantes, quarum una refrigerans eſt, altera exſiccans; cauſa quidem refrigerans, ad ea quae in

Ed. Chart. IX. [533.] Ed. Baſ. V. (516.)

περιεχομένοις κατὰ τὴν κοιλίαν οὐκ ἄν ποτε συμβαίη ζῶσιν ἡμῖν. ἡ δὲ διὰ τὴν πολυχρόνιον ἔνδον μόνην, ὅταν χωρὶς τοῦ τὴν πέψιν ἢ τὴν ἀνάδοσιν βεβλάφθαι γένηται, πάντως ἀκολουθήσει. λείποι δ' ἂν οὖν ἔτι τὸ ἀναβληθὲν ἐπιδεῖξαι, διὰ τίνα αἰτίαν, ὅταν ψυχρὸς ὁ περιέχων ἡμᾶς ἀὴρ γένηται, χρονίζει τὰ κατὰ τὴν κοιλίαν. ἔστι δὲ τὸ συμβαῖνον τοιοῦτον. φυσικὸν μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶν ἡ τοῦ σιτίων διὰ τῶν ἐντέρων φορὰ καὶ δέδεικται κατὰ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήματα γινομένη τῇ περιστολῇ τῶν ἐντέρων. ἐπίκεινται δὲ κατὰ τὸ κάτω πέρας οἱ κλείοντες τὴν ἕδραν μῦες, οἵτινες ἐν τῷ κρύει συνάγονταί τε καὶ σφίγγονται, τὴν ἐναντίαν λαμβάνοντες διάθεσιν ἢ ὅταν αἰονεῖ τις αὐτοὺς ὕδατι θερμῷ. χαλῶνται μὲν γὰρ τηνικαῦτα καὶ δέχονται τὰ καταφερόμενα τῇ θλίψει τε καὶ περιστολῇ τῶν ἐντέρων, ἐπὶ τὴν ἕδραν περιττώματα καὶ μάλισθ' ὅταν προκαλεῖται τὸ θερμὸν, ὡμολόγηται γὰρ καὶ τοῦτο προκλητικὸν ἀποκρίσεως εἶναι. τῶν δὲ κατὰ τὴν ἕδραν ψυχομένων καὶ διὰ τοῦτο συναγομένων τε καὶ σφιγγομένων τοὐναντίον ἀκολου-

ventre continentur, vivis nobis pervenire non poteſt, altera autem ob longam moram interius, quum neque concoctio neque diſtributio laeſa fuerit, omnino continget. Adhuc autem illud quod hucusque diſtulimus, explicandum ſupereſt, qua de cauſa quum coelum nos ambiens frigidius fuerit, quae in ventre ſunt, diutius ibi morantur. Quod autem evenit tale eſt. Naturale ſane opus eſt ciborum per inteſtina delatio et in commentariis de facultatibus naturalibus, inteſtinorum circum illos conſtrictione eam fieri monſtratum; imis autem partibus muſculi ſedem claudentes impoſiti ſunt, qui per frigus coguntur, conſtringunturque contra affecti, atque quum quis eos calida aqua perfundit: tunc enim remolleſcunt, excrementaque impulſu et conſtrictione inteſtinorum in ſedem detruſa et maxime calido provocante ſuſcipiunt; hoc enim et inter omnes conſtat, excretiones a calido provocari. Partibus autem quae in ſede ſunt frigeſcentibus, atque ideo contractis et in anguſtum redactis, con-

Ed. Chart. IX. [533. 534.] Ed. Baſ. V. (516.)

θεῖ σύμπτωμα, τὸ τὴν περισταλτικὴν τῶν ἐντέρων ἐνέργειαν ἀπὸ τῶν κάτω μερῶν ἀρχομένην, ἄνω προωθεῖν τὰ περιεχόμενα, καθάπερ ἐναργῶς ὁρᾶται πολλάκις, ὅταν ἤτοι χολῆς καὶ διαχωρημάτων δακνωθῶν ἀφικομένων ἐπὶ τὴν ἕδραν ἐκόντες αὐτὰ κατασχῶμεν, ἤτοι διά τινα πρᾶξιν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ διαπρατομένην ἢ πόρρωθεν κοπρῶνος ὄντες. ἀνατρέχει γὰρ ἄνω ταχέως ὡς μηδὲ βιαζομένης αὖθις ὑπακούειν ἑτοίμως. ἡ μὲν οὖν αἰτία δι' ἣν χρονίζει κατὰ τὴν γαστέρα τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ, ψυχροῦ τοῦ πέριξ ἀέρος γινομένου καὶ δὴ λέλεκται. ταύτῃ δ' ἐδείχθη ξηρότης αὐτῶν ἑπομένη, καθάπερ γε ἐναργῶς τῇ ξηρότητι σκληρότης. εἰ δὲ τὰ σώματα τῶν κατὰ τὴν γαστέρα [534] μορίων ψυχθείη, τήν τε πέψιν ἀνάγκη βλάπτεσθαι καὶ δι' αὐτὴν ὑγραίνεσθαι μᾶλλον ἢ ξηραίνεσθαι τὰ διαχωρήματα. συμπεπληρωμένου δ' ἡμῖν ἤδη τοῦ λόγου παντὸς, ἐπὶ τῇ προτέρᾳ γραφῇ μεταβῶμεν ἐφ' ἑτέρας ὑπογεγραμμένας.

---

trarium ſymptoma ſequitur, conſtrictoriam ſcilicet inteſtinorum actionem ab inferioribus partibus incipientem, ſurſum verſus contenta propellere, quemadmodum evidenter plerumque conſpicitur, quando aut bilem et mordacia excrementa ad ſedem effuſa ſponte retinemus aut inviti; nonnunquam aliquo negotio illo tempore occupati aut a latrina procul abſentes: ſurſum enim velociter recurrunt, ut neque vi facta poſtea promte obediant atque deſcendant. Cauſa plane ob quam cibi potionesque aëre nos ambiente frigefacto, diutius in ventre morentur, jam patefacta eſt et hanc ſiccitatem conſequi monſtravimus, quemadmodum et ſiccitati duritia evidenter accidit. Quod ſi ventris particularum corpora contingat frigeſcere, ex eo et concoctionem violari et per eam dejectiones eliquari magis quam ſicceſcere neceſſum erit. Hactenus vero toto de priore lectione confecto ſermone ad alias inferius ſcriptas tranſeamus.

Ed. Chart. IX. [534.] Ed. Baſ. V. (516. 517.)

κη'.

Μίξις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα σκληρύνει.

Ὅτι μὲν ἡ λαγνεία ξηραίνει τὸ σύμπαν σῶμα, τῶν ὁμολογουμένων ἐστίν. οὐ μὴν ἀεί γε τὰ κατὰ τὴν κοιλίαν περιτ- (517) *τώματα φαίνεται ξηραίνειν, ἀλλ' ὅταν μεγάλως ὑπ' αὐτῶν βαρυνθῇ, διὰ τὴν καταλυσίν τε τῆς δυνάμεως καὶ ψύξιν τῶν μορίων, ὑφ' ὧν ἡ τροφὴ πέττεται καὶ ἀναδίδοται τὰ κατὰ τὴν κοιλίαν, μίξις τὰ κατὰ τὴν κοιλίαν ψύχει καὶ σκληρύνει. βούλονται μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς μίξεως τὴν ψῦξιν γίνεσθαι τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν, ὑπὸ δὲ τῆς ψύξεως τὴν ξηρότητα, καίτοι μὴ γινομένην τῷ λόγῳ τῆς ψύξεως ἐδείξαμεν, ἀλλὰ τῷ τῆς σκληρότητος. ὃ δὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις οὐκ εἶπον ἴσως ἄμεινόν ἐστι νῦν προσθεῖναι. τὴν γὰρ τῶν ἐκτὸς ψύξιν ἐπιδείξαντός μου σκληρύνειν τὰ διαχωρούμενα τάχα τις οἰήσεται μόνην ταύτην αἰτίαν εἶναι τοῦ ξηραίνεσθαι τὰ κατὰ τὴν κοιλίαν. ἔστι δ' οὐχ αὕτη μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς περισταλτικῆς τῶν*

XXVIII.

Miſtio quae in ventre ſunt durat.

Omne corpus venere exſiccari conſtat, ſed non ſemper alvi excrementa propterea ſicciora fieri cernuntur. Verum, quando ab ipſis valde oppreſſa fuerit et quando vires labefactatae et membra a quibus alimentum conficitur et in ventre contenta diſtribuuntur, refrigerata fuerint, tum coitus quae in ventre ſunt frigefacit et duriora reddit: volunt enim ex coitu in ventre contenta frigeſcere et frigore durari, atque duritiam non frigoris, ſed ſiccitatis ratione evenire monſtravimus. Ceterum quod in ſuperioribus dicere dimiſimus, forſitan hoc loco narrare praeſtiterit. Nam cum extimorum refrigerationem dejectiones durare oſtenderimus, forte quispiam ſolam hanc durandi, quae in ventre ſunt, cauſam eſſe arbitraretur. Non eſt autem ſola haec, ſed et ipſius conſtricto-

Ed. Chart. IX. [534.] Ed. Baſ. V. (517.)

ἐντέρων δυνάμεως ἀῤῥωστία καὶ προσέτι ῥώμη τῆς καθεκτικῆς καὶ καθ' ἣν ἀναδίδοται τὰ τῆς γαστρὸς εἰς ἧπαρ, ἔτι τε πρὸς τούτοις ἡ δυσαισθησία τῶν ἐντέρων καὶ τὸ τῆς τροφῆς ἄδηκτον. εἰ δέ τις οἰήσεται παραλελεῖφθαι τὰ στύφοντα βρώματά τε καὶ πόματα κακῶς ὑπολήψεται. περιέχεται γὰρ ἐν τοῖς ῥώμην ἐργαζομένοις τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως.

κθ'.

Ἑλλέβορον πιόντα θᾶσσον καθαίρειν ἢν ἐθέλῃς, λούειν ἢ φαγεῖν.

Ὁ μὲν καθόλου τε καὶ κοινὸς λόγος ἁπάσης καθάρσεως κατὰ τόνδε τὸν ἀφορισμὸν εἴρηται, τὰ σώματα ὅκου τὶς βούλεται καθαίρεσθαι εὔροα ποιέειν. ἐνταυθοῖ δ' ἐφ' ἑνὸς τῶν καιθαιρόντων τοῦ σφοδροτάτου παρασκευῆς μιᾶς εἰς εὖροιαν ἐμνημόνευσε τῆς ἐκ λουτροῦ, χέοντος μὲν τοὺς

riae inteſtinorum facultatis imbecillitas et contentricis robur et ejus per quam ex ventre in jecur fit diſtributio, praeterea et obtuſus inteſtinorum ſenſus et alimenti qualitas morſu carens. Si quis vero adſtringentes cibos et potus a nobis ſilentio praeteritos eſſe opinabitur, falſo opinabitur: nam inter ea quae contentricem poteſtatem corroborant, reponuntur.

XXIX.

Veratrum epotum ſi celerius purgare vis, lavare aut cibum ſumere oportet.

Generalis quidem et cujusque purgationis communis ratio per hunc aphoriſmum traditur. Corpora ubi quis vult purgare, prius convenit fluxa facere. Hoc loco autem exemplo unius violentiſſime purgantis medicaminis, unius ad facilem fluxum praeparationis meminit, lavacri

Ed. Chart. IX. [534. 535.] Ed. Baſ. V. (517.)

χυμοὺς, χαλῶντος δ' εἴ πού τι συντέταται καὶ κατεσκλήρυνται τὸ σῶμα. λούειν οὖν συμφέρει τοὺς ἐλλεβοριζομένους, οὔτε πρὸ πολλοῦ τοῦ λαβεῖν τὸν ἑλλέβορον οὔτε μετὰ πολὺν χρόνον, ἀλλὰ μάλιστα μὲν πρὶν λαμβάνειν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν εὐθέως. εἰ δὲ τῆς καθάρσεως ἤτοι γε ἀρχομένης ἢ ὅσον οὔπω μελλούσης ἄρχεσθαι, λούοις τὸν ἄνθρωπον, ἀντισπάσεις τὴν ἔσω ῥοπὴν τῶν ὑπὸ τοῦ καθαίροντος φαρμάκου χυμῶν ἑλκομένων. ὥσπερ οὖν ἐφ' ὧν παχὺ τὸ αἷμα λούοντας ἡμᾶς ἐκέλευσε φλεβοτομεῖν, οὕτως ἐφ' ὧν μέλλομεν καθαίρειν, χρῆσθαι λουτροῖς πρὸς τὸ θᾶττον ἅμα καὶ ἀλυπότερον καθαρθῆναι, αὐτὸς δ' ἐνταῦθα μόνου τοῦ [535] θᾶττον ἐμνημόνευσεν. ἄμεινον δὲ δὴ οὐ μόνον ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρα, καθ' ἣν λαμβάνει ὁ ἄνθρωπος τὸ φάρμακον, λούειν αὐτὸν, ἀλλὰ κἂν ταῖς ἔμπροσθεν ἡνίκα παρεσκευάζετο πρὸς τὴν κάθαρσιν. αὐτὸς γὰρ ὁ Ἱπποκράτης καὶ τοῦτο κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ἐκέλευσεν, ἡνίκα ἔγραψε πρὸς τοὺς ἑλλεβόρους, τοῖς μὴ ῥᾳδίως καθαιρομένοις προϋγραίνειν χρὴ τὸ σῶμα πρότερον τροφῇ καὶ ἀναπαύσει

ſcilicet humores quidem fundentis, ac ſi qua in parte contentum duratumque corpus fuerit, relaxantis. Itaque veratro utentes lavare conducit; neque multo ante neque multo poſt quam ipſum acceperint, ſed maxime quidem ante aſſumtionem, nonnunquam vero et illico poſtea fieri poteſt. Quod ſi purgatione aut jam incipiente aut mox inceptura, hominem laves, humorum a purgante medicina tractorum ad interiora inclinationem retrahes ac retardabis. Quemadmodum igitur quibus ſanguis craſſus eſt, iis prius lotis nos venam reſcindere, ſic et in his qui purgandi ſunt, balneo prius uti praecepit, quo celerius ſimul ac minus moleſte purgatio fiat. Ipſe vero nunc ſolum ut celerius fiat memoravit. Satius autem fuerit non eo dumtaxat, quo medicinam aſſumit, die lavare hominem, ſed etiam ſuperioribus, quibus ad purgationem ſeſe praeparabat. Ipſe namque Hippocrates et id in aphoriſmis praeceperat, quum ſcripſit: ad veratra iis qui non facile purgantur, prius humectare corpus oportet alimento et

Ed. Chart. IX. [535.] Ed. Bas. V. (517.)

τε καὶ τροφῇ καὶ ὅλως ὑγραίνειν κελεύει, δηλονότι καὶ λουτροῖς χρῆσθαι πλείοσιν ἐν ὕδασι ποτίμοις, ὑγραίνει γὰρ καὶ ταῦτα. καὶ νῦν δὲ προσέθηκε τῇ ῥήσει τὸ φαγεῖν, ἤτοι καθ' ὃν χρόνον τὸν ἐλλέβορον ὁ ἄνθρωπος ἢ καὶ κατὰ τὴν ἔμπροσθεν δίαιταν, ἧς καὶ ἄλλο τι κεφάλαιον ἔφαμεν εἶναι τὸ λεπτύνειν τοὺς χυμοὺς καὶ τὰς ὁδοὺς τοῖς ἐπὶ τὴν κατὰ γαστέρα καταφερομένοις χυμοῖς εὐπετεῖς παρασκευάζειν. ἐν γὰρ τῷ εὔροα ποιεῖν, ὃ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ἐκέλευσε, περιέχειαι ταῦτα.

λ'.

Τὸ αἷμα ἐν ὕπνῳ εἴσω μᾶλλον φεύγει.

Καὶ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον αὐτὸς ἔγραψε τήνδε τὴν λέξιν ὁ ἐγρηγορὼς, θερμότερος τὰ ἔξω, τὴν ἔσω δὲ ψυχρότερος, καθεύδων τἀναντία. καὶ νῦν οὖν νόμιζε τῆς προκειμένης εἶναι κοινὴν ἐκείνην τὴν ἐξήγησιν. ἃ γὰρ ἐπὶ

quiete. Quod ſi quiete et alimento et omnino corpus humectare imperat, conſtat etiam lavationibus nos pluribus uti in aquis potabilibus ipſum velle, ſiquidem et hae humectant. Nunc vero et huic parti addidit, cibum ſumere aut eo ſcilicet tempore, quo et veratrum homo devoravit aut etiam in ſuperiore victus ratione, cujus et aliud quoddam propoſitum eſſe dicebamus, attenuare videlicet ſuccos et itinera humoribus in ventrem deſcendentibus expedire: in illis enim verbis, fluxa facere, quod in aphoriſmis praecepit, haec continentur.

XXX.

Sanguis in ſomno ad interna magis refugit.

Superiore quoque aphoriſmo hanc ſcripſit ſententiam: vigilanti exteriora magis calent, interiora magis frigent; dormienti res contra ſe habet. Et nunc igitur ejus loci explanationem propoſitorum verborum communem eſſe

Ed. Chart. IX. [535.] Ed. Baſ. V. (517.)

τοῦ θερμοῦ τῆς κινήσεως καὶ τῆς μεταστάσεως ἤκουσαν ἐγρηγορότων τε καὶ κοιμωμένων, ταῦτα νόμιζε καὶ περὶ τοῦ αἵματος ἀκηκοέναι. τὸ γὰρ ἔμφυτον θερμὸν ἐν τούτῳ τε καὶ τοῖς ἐκ τούτου τρεφομένοις ἐπὶ πλεῖστον.

λα'.

Ῥῖγος ἀπὸ τῆς ἄνω κοιλίης, πῦρ δὲ μᾶλλον ἀπὸ τῆς κάτω.

Τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν μορίων τὸ μὲν ἄνω ῥίγους μᾶλλόν ἐστι, τὸ δὲ κάτω πυρετοῦ γεννητικὸν ἢ αἰσθητικὸν ἢ ἀρκτικόν, ὅπερ καὶ πιθανώτατόν ἐστι, καὶ δι' αὐτό γε τοῦτο προσκεῖσθαι νομίζω τὸ μᾶλλον, ὡς ἀλλήλοις περιλαμβανομένων μόνων τῶν εἰρημένων. ἀλλ' εἰ καὶ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, ἐπέρχεταί τις ἄλλη ζήτησις οὐκ εἰδότων ἡμῶν πότερον, ὅταν ἐν φλεγμονῇ γένηται τὰ εἰρημένα μόρια, τοῦτο αὐτοῖς ἕπεσθαί φησι ἢ ὅταν εἰς αὐτὰ συῤῥεύσωσι χυμοί τινες ἐκ τοῦ σώματος δακνώδεις, ἢ ὅταν ἡ τροφὴ φθαρῇ. καί μοι

putato. Nam quae de caloris motu locique in vigilantibus ac dormientibus transmutatione audiviſti, ea et de ſanguine te audiviſſe exiſtimato: naturalis enim calor in hoc et in iis quae ex hoc nutriuntur maxima ex parte conſiſtit.

XXXI.

Rigor a ſuperiore ventre, ignis autem ab inferiore magis.

Ventris pars ſuperior rigorem magis, inferior vero febrem gignit aut ſentit aut inchoat; quod et maxime veriſimile eſt et propter id ipſum hanc vocem, *magis*, additam puto, tanquam ſeſe viciſſim ſolae dictae partes contineant. Verum etiam ſi iſtud conceſſerimus, altera quaedam exoritur dubitatio nobis ignorantibus utrum dictis partibus inflammatis iſtud accidere dicat, an quando in ipſas ex corpore ſucci aliqui mordaces confluxerint, an quando alimentum corruptum fuerit. Atqui rectius

Ed. Chart. IX. [535. 536.] Ed. Baſ. V. (517.)

δοκεῖ βέλτιον εἶναι τὸν λόγον αὐτῷ νομίζειν ἡμᾶς γεγονέναι περί τε τῆς ἐκ χυμῶν βλάβης καὶ τῆς ἑπομένης αὐτῇ διαφθορᾶς τῶν σιτίων. ὅταν γὰρ ἤτοι ψυχρὸς ἢ δακνώδης ἐν τῷ στόματι τῆς κοιλίας ἀθροισθῇ χυμὸς, ἐκ διαφθορᾶς τῶν σιτίων ἢ μοχθηρᾶς ποιότητος ἢ καὶ συρροῆς τοῦ σώματος, ἀρχὴ ῥίγους ἐντεῦθεν γίνεται. δέδεικται γὰρ ἐν τῷ περὶ ῥίγους λόγῳ, διὰ ψυχρὸν αἴτιον ἢ δακνῶδες τὸ ῥῖγος γινόμενον, ὅταν γε τὸ αἴτιον τοῦτο διὰ σωμάτων αἰσθητικῶν κινῆται καὶ [536] φέρηται σφοδρότερον· ὥσπερ δὲ τοῦτο φαίνεται συμβαῖνον, οὕτως ἐνίοτε πυρετὸς ἐπὶ διαφθορᾶς τροφῆς ὁρᾶται γινόμενος, ἐπειδὰν εἰς τὴν κάτω κοιλίη ἡ διεφθαρμένη κατενεχθῇ, μὴ προηγουμένου τηνικαῦτα ῥίγους, ὥσπερ ὁπότε τὰ κατὰ τὸ σιόμα τῆς κοιλίας ἐδάκνετο.

λβ'.

Ἐπισπασμὸς, πνεύμων, ξηρὸν καῦμα, ὑπέρινον ξηραίνει ὕπνος πολύς.

---

illud mihi exiſtimandum eſſe videtur, de noxa ex humoribus contracta et de illa ſequente ciborum corruptione, ab Hippocrate ſermonem fieri. Nam quum frigidus aut mordax ſuccus in ore ventriculi inſederit, ex corruptis cibis aut prava qualitate vel etiam confluxu ex corpore contractus initium rigoris inde efficitur. In commentario namque de rigore monſtravimus, ob frigidam aut mordacem cauſam, quae per ſenſoria corpora moveatur et impetu feratur, rigorem excitari. Quemadmodum vero id accidere conſpicitur, ita et nonnunquam febrem ex corruptis cibis accendi deprehendimus, quando ſcilicet corruptus cibus in inferiorem ventrem depulſus fuerit; tunc autem rigor non praevenit, ſicuti quando ventriculi oſtium mordebatur.

XXXII.

Attractio, pulmo, aridus aeſtus, evacuatum ſiccat ſomnus multus.

Ed. Chart. IX. [536.] Ed. Bas. V. (517.)

Τὸν γὰρ κεκενωμένον ὅτι ὁ πολὺς ὕπνος ξηραίνει καὶ τῇ πείρᾳ μὲν εἴση δι' ἧς ἅπαντες λόγοι κρίνονται καὶ πρὸ τῆς πείρας δὲ ποδηγηθείης ἂν εἰς τὴν τοῦ λεγομένου πίστιν ἐξ ὧν προμεμάθηκας. εἰ μὲν ἐν τοῖς ὕπνοις ἔσω συννεύει τὸ αἷμα καὶ δηλονότι τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ἐν δὲ ταῖς ἐγρηγόρσεσιν ἐκτὸς ἀποτείνεται, πεφθήσεται μὲν ἐν τοῖς ὕπνοις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα τε καὶ ἧπαρ, ὅλον δὲ τραφήσεται τὸ σῶμα κατὰ τὰς ἐγρηγόρσεις. εἰ τοίνυν τοῖς κεκενωμένοις ἔσω μὲν συννεύει τὸ θερμὸν, οὐδὲν δὲ ἔχον ὃ πέψῃ μαραίνεται. πρῶτον γάρ τοι τῶν ἄλλων ὑπὸ τῆς τροφῆς αὐτὸ τρέφεται, καθάπερ τὸ πῦρ ὑπὸ τῶν ξύλων, ἀσφαλῶς δὲ προσέθηκε τὸ πολύς. ὁ γὰρ ὀλίγος ἰᾶται τὸν προγεγονότα κάματον, ἡνίκα ὁ ἄνθρωπος ἐκκενῷ διὰ τῆς γαστρός. εἶτ' εἰ καθ' ἧπαρ καὶ τὰς πρώτας φλέβας εἴη τι χυμῶν ἀπέπτων ὑπολειπόμενον, ἐκπέπτει πᾶν αὐτό. τοῦτο μὲν οὖν τὸ δεύτερον μέρος τῆς ῥήσεως οὐδὲν ἔχει ἰσχυρὸν κατὰ τὴν λέξιν ἁμάρτημα. τὸ δὲ πρότερον, ὃ κατὰ τήνδε γέγραπται τὴν λέξιν, ἐπισπασμὸς, πνεύμων, ξηρὸν κᾶυμα, πάμπολυ

Quod evacuatum ſomnus multus exſiccet et experimento quidem, quo omnes rationes dijudicantur, percipies et ante experimentum ad huic dicto aſſentiendum ex iis quae antea didiciſti adduceris. Porro ſi in ſomnis ſanguis et cum eo naturale calidum interius abditur, in vigilia vero ad extima profunditur, quae in ventriculo et jecore ſunt, per quietem concoquentur, in vigilia vero totum corpus aletur. Itaque ſi in exhauſtis calor interius vergat, nihil habens quod conficiat, langueſcit et interit; primus enim omnium, ut ignis lignorum materia, ita ipſe alimento nutritur. Caute autem addita eſt ea vox, *multus*: paucus enim praegreſſum laborem tollit, quando per ventrem homo evacuatus eſt; deinde ſi in jecore et in primis venis adſint crudorum humorum reliquiae, eas omnes concoquit. Haec quidem hujusce orationis ſecunda pars nullum inſignem in verbis errorem habent. Sed prior hoc pacto ſcripta, *attractio*, pulmo aridus aeſtus,

Ed. Chart. IX. [536.] Ed. Baſ. V. (517. 518.)

τοῦ τῶν Ἑλλήνων ἔθους ἀποκεχώρηκεν. ἐχρῆν γὰρ εἰρῆσθαι κατὰ τήνδε τὴν λέξιν αὐτὸ, ἐπι- (518) σπασμὸς γίνεται, διότι ξηρὸν καῦμα κατὰ τὴν πνεύμονος κρᾶσιν ἐστὶν, ἐπισπασμὸν ἀκουόντων ἡμῶν δηλονότι τὴν εἰσπνοήν. ὁ δὲ Κόϊντος οὐδ' ὅτι ξηρὸς καὶ θερμός ἐστιν ὁ πνεύμων, διὰ τοῦτο ἔφη γίνεσθαι τὴν ταχεῖάν τε καὶ πυκνὴν ἀναπνοήν, ἀλλὰ διὰ τοῦ τοιαύτην ξηραίνεσθαί τε καὶ θερμαίνεσθαι τὸν πνεύμονα. τὸν γὰρ ἐπισπασμὸν οὐχ ἁπλῶς ἀναπνοὴν ἅπασαν, ἀλλὰ μόνην τὴν ταχεῖάν τε καὶ πυκνὴν ἐβούλετο δηλοῦν. ὅτι δὲ ὑπὸ τῆς πυκνῆς ὁ πνεύμων καταξηραίνεται καὶ τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ὑπ' αὐτοῦ λέλεκται.

λγ'.

Ψυχρότατον βρῶμα, φακοὶ, κέγχροι, κολοκύνθαι.

Κέγχροι καὶ κολοκύνθαι ψυχρὰ βρώματα σαφῶς εἰσιν, εἰ καὶ μὴ ψυχρότατα. φακὴν δὲ οὐκ ἂν ὁμολογήσαιμι ψυχρὸν εἶναι βρῶμα. φαίνεται γὰρ σαφῶς ὥσπερ αἱ κολο-

multum a Graecorum dicendi conſuetudine diſtat: ſic enim ipſam enunciare oportuit; attractio fit, quoniam aridus aeſtus in pulmonis temperatura eſt, attractionem nobis interpretantibus inſpirationem. At Quintus, nec quia ſiccus calidusque eſſet pulmo, ob id celerem frequentemque ſpirationem fieri, ſed contra propter talem ſpirationem ſiccari et incaleſcere pulmonem dixit. Attractionem namque haud ſimpliciter ſpirationem quamque, ſed celerem tantum et frequentem ſignificare voluit, a crebra vero ſpiratione pulmonem ſicceſcere et in libro de acutorum victu ab ipſo comprehenſum eſt.

XXXIII.

Frigidiſſimi cibi lentes, milium, cucurbitae.

Milium et cucurbita frigidi cibi evidenter ſunt, etſi non frigidiſſimi; lentem vero haud ſane frigidum cibum eſſe conceſſerim. Nam quemadmodum cucurbitae et cum

Ed. Chart. IX. [536. 537.] Ed. Baſ. V. (518.)

κύνθαι καὶ σὺν αὐταῖς ἀτράφαξίς τε καὶ βλίτα καὶ θριδακίνη καὶ χονδρίλη καὶ τῶν σιτηρῶν ἐδεσμάτων ἡ κριθὴ καὶ κέγχροι ψύχοντα. κατὰ τὸν ἐναντίον δὲ τρόπον ἡ φακὴ μηδεμίαν ἐνδεικνυμένη ψύξιν ἢ παραχρῆμα μετὰ τὸ βρω- [537] θῆναι περιεχομένη κατὰ τὴν ἄνω κοιλίαν ἢ ὕστερον ἐν τοῖς λεπτοῖς ἐντέροις ἢ παχέσι γενομένη. τάχα δ' ἐπειδὴ ψυκτικὸν ἔχειν τι τὸν στύφοντα χυμὸν ἐδείξαμεν ἐν τῇ περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείᾳ, τὴν φακὴν οἰήσεται ψύχειν, ἐπιλελησμένος ἐν τοῖς αὐτοῖς ὑπομνήμασιν εἰρημένον, ὡς ἕκαστον τῶν τοιούτων, ἁπλοῦν μὲν φαίνεται καὶ λέγεται, παραβαλλόμενον τοῖς ὑφ' ἡμῶν ἐκ συνθέσεως κατασκευαζομένοις, οὐ μὴν ἀκριβῶς γε ἁπλοῦν ἐστιν. ἐδείχθη γοῦν καὶ ἡ φακὴ κατὰ τὸ πρῶτον γράμμα περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων, ἐξ ἐναντίων οὐσιῶν συγκειμένη τῆς μὲν ἐπεχούσης τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, τῆς δὲ εἰς ἀπόκρισιν αὐτὴν ἐπεγειρούσης. τούτων οὖν ἡ μὲν ἐπέχουσα ψυχρὰ καὶ γεώδης ἐστὶν, ἡ δ' ἐπεγείρουσα θερμή. καὶ διὰ τοῦτο

ipſis atriplex, bliton, lactuca et chondrilla et ex frumentaceis hordeum atque milium, certiſſime refrigerare noſcuntur. Contrario pacto lens ſe habet; nullam enim refrigerationem prae ſe fert aut ſtatim ingeſta in ſuperiore ventre adhuc contenta, ut poſterius in tenuia inteſtina vel in craſſiora delapſa. At forſan quoniam in libris de ſimplicibus medicamentis refrigeratorium quiddam in adſtringente ſucco ineſſe monſtravimus, lentem quispiam refrigerare putaverit. Sed iſte in iisdem commentariis dictum fuiſſe non meminit, quaeque id genus medicamenta ſimplicia videri atque dici, ſi ad ea quae per nos per compoſitionem fiunt comparentur, non tamen exacte ſimplicia eſſe. In primo namque de alimentorum poteſtatibus libro mentem ex contrariis conſtare naturis aſſeruimus, altera quidem alvum coërcente, altera vero citante. Ex iis igitur quae ſupprimit, frigida terreaque eſt; quae citat, calida. Quocirca ſiccum quidem edulium lens in-

Ed. Chart. IX. [537.] Ed. Baf. V. (518.)

ξηραντικὸν μὲν ἔδεσμα φακὴ, ψυχρὸν δ' οὐδαμῶς ὥσπερ οὐδὲ θερμὸν, ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν μικτὸν καὶ μέσον, εἰ καὶ βραχύ τι πρὸς τὸ θερμότερον ἀποκεχωρηκὸς ἀπὸ τοῦ μέσου. ὁπότ' οὖν οὐδὲ ψυχρὸν ἁπλῶς συνχωρήσειεν ἄν τις εἶναι τὴν φακὴν, ἢ πού γε ψυχρότατον ὑπερβολικῶς. καὶ μέντοι καὶ καταπλαττομένη τοῖς φλεγμαίνουσιν ἕλκεσι φακὴ φαίνεται μὲν ἀναστέλλουσα καὶ ἀποκρουομένη τοὺς ἐπιῤῥέοντας χυμοὺς τῷ πεπονθότι μέρει, τῷ σύφειν δηλονότι ποιοῦσα. φαίνεται δὲ καὶ πεπτικὸν ἔχειν τὸ καὶ πυποιὸν, ὅπερ ἥκιστα τοῖς ψυχροῖς ὑπάρχει. εἴτ' οὖν αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης οὕτως ἔγραψεν, εἴτε τις ἄλλος ἐστὶν ὁ παρεγγράψας τήνδε τὴν ῥῆσιν, οὐκ ὀρθῶς ἐγίνωσκε περὶ φακῶν δυνάμεως.

λδ'.

Ἕλκεα ἐκφύουσιν, ἢν ἀκάθαρτος ἐὼν πονήσῃ.

Ἐμάθομεν γὰρ ἐν τοῖς πόνοις, τουτέστιν ἐν τοῖς γυμνασίοις, τὴν θερμασίαν πλείονα γινομένην, ἐκ τοῦ βάθους

eſt, frigidum vero non, ſicut neque calidum, ſed ex utroque mixtum, ac medium aut parum admodum a medio ad calidius recedens. Quando igitur neque abſolute frigidam lentem quis concedere poteſt, qui ipſam excellenter frigidiſſimam conceſſerit. Quin etiam inflammatis ulceribus inſtar cataplaſmatis ſuperdata lens, humores in affectam partem defluentes coërcere atque repellere videtur, per vim adſtrictoriam id ſcilicet faciens, quin et vi quadam concoctrice et ſuppuratoria praedita certe eſt, quod frigidis nequaquam ineſſe reperitur. Sive igitur ipſe Hippocrates ita ſcripſit, ſive quis alius haec verba interpoſuit, haud recte de lentium viribus opinatus eſt.

XXXIV.

Ulcera exoriuntur, ſi non purgatus laboret.

ſedare dolorem poſſit, inſigni noxa membrum dolens afficietur. Igitur ne ipſum magnopere offendatur, neque ſenſus obtorpeat, aliorum medicaminum permiſtio a Philone excogitata eſt. Quaenam vero ſit methodus, qua quis utens hanc medicamentorum ſtructuram moliatur, in libris de ipſorum compoſitione proditum eſt. Et de his hactenus. Nunc quae ſequuntur, conſideramus, inter quae prima eſt vox illa, cyceon, nempe quod vinum dolores oculorum ex obſtructione orientes mitiget, ex aphoriſmorum interpretationibns didiciſtis. Nunc vero aliorum, quicunque eadem ratione concitantur, dolorum nonnunquam ob ſanguinis craſſitudinem, nonnunquam ob frigus, vobis in mentem veniat, quam ſaepius et in ventris doloribus et in dolore capitis vocato hemicraera ſeu hemicrania, meracius vinum ſumtum confeſtim quidem manifeſte juviſſe, accedente deinde ſomno, in totum dolorem ſuſtuliſſe, videritis. Vidiſti autem me non illico jejuno, ſed ab aſſumto cibo exhibere. At hoc loco Hippocrates

Ed. Chart. IX. [547.] Ed. Baſ. V. (522.)

δὲ ὁ Ἱπποκράτης ἐμίξεν ἀμφότερα καὶ τὴν τροφὴν καὶ τὸ πόμα. τοιοῦτον γάρ τι πρᾶμά ἐστιν ὁ κυκεών, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρου μεμαθήκατε. μιγνύντων μὲν ἄλλα τῷ οἴνῳ, κοινὸν δ' ἐχόντων ἁπάντων αὐτόν. ἴσως καί τι τὸ μετ' ἀλφίτων μὲν εἶναι τὸν οἶνον. ἐξ ἀνάγκης δὲ καί τι ἄλλο ἐκ τοῦ κυκεὼν ὀνόματος ἀξιώσει τις δηλοῦσθαι τοὺς παλαιούς, οὕτω μᾶλλον ἐπιδεικνὺς κεχρῆσθαι τῇ προσηγορίᾳ. χρῆσθαι δέ ποτε καὶ τροφῆς χωρὶς οἴνῳ τῶν οὕτως ἀλγούντων τινὰ κελεύσας ἕνεκα τοῦ βεβαιῶσαί μου τὴν ὑπόληψιν, ἐθεασάμην ὡς προσεδόκησα παροξυνθέντα θερμῶν ἀτμῶν πολλῶν ἀθρόως ἀναδραμόντων ἐπὶ τὸν πεπονθότα τόπον, ἐφ' οἷς ἀνώμαλός τε ἅμα δυσκρασία καὶ πλήρωσις ἠκολούθησε τοῦ μέρους. ἐπιδέδεικται δὲ ἡμῖν ἡ μὲν πλήρωσις τῷ διατείνειν πάντῃ τὰ σώματα ὀδύνας ἐργαζομένη τοῖς ἀσθενέσιν, ἡ δ' ἀνώμαλος δυσκρασία διὰ τό τινα μὲν ἔτι κατὰ φύσιν ἔχειν μόρια, τινὰ δὲ ὁμιλεῖν αὐτοῖς ἐψυγμένα. γίνεται γὰρ ἐν τούτοις ἐκ τῶν παρὰ φύσιν ἐχόντων εἰς τὰ κατὰ φύσιν ἔχοντα διάδοσις τῆς ψύξεως ἀνιαρά. τὰ δὲ

utrumque miſcuit et cibum et potum: tale enim quiddam cyceon eſt, quemadmodum et apud Homerum didiciſtis, miſcentibus quidem alia cum vino, commune vero omnium ipſum habentibus; fortaſſe et cum polenta vinum miſcebant. Neceſſario autem et alia miſceri ex hoc nomine, cyceon veteres ſignare quispiam putaverit, ſic eos adpellationem hanc in eum ſenſum magis accipere indicans. Aliquando autem ego quempiam dolore vexatum ſine cibo, vino uti jubens, ut opinionem meam confirmarem, multis ſubito calidis vaporibus affectum locum petentibus, eum, uti fui veritus, cruciatum animadverti: ab illis enim et inaequalis intemperies et repletio membro acciderunt. Alibi vero nos explicavimus repletionem quoquo verſus corpora diſtendentem, imbecillis partibus dolorem inferre, ſed inaequalem intemperiem ea ratione, quod aliquae partes adhuc naturaliter affectae ſint, aliquae refrigeratae ipſis ſint proximae: in iſtis enim a male affectis partibus ad recte valentes moleſta quaedam frigoris diſtributio fit;

Ed. Chart. IX. [547. 548.] Ed. Baf. V. (522.)

ὅλα ψυχθέντα καὶ ὡς [548] ἂν εἴποι τις ἑκτικὴν κτησάμενα τὴν τοιαύτην κράσιν, οὐκ ὀδυνᾶται. τὴν γὰρ φύσιν, φησὶ, διαλλασσαμένοισι καὶ διαφθειρομένοισιν αἱ ὀδύναι γίνονται, οὐ διηλλαγμένοις οὐδὲ διεφθαρμένοις ἤδη. τὸν μὲν οἶνον αὐτός τε προσεδόκησα βλάψειν ἄνευ τῆς τροφῆς πινόμενον, ἥ τε πεῖρα μαρτυρήσασα βεβαιοτέραν μοι τὴν πίστιν εἰργάσατο. κυκεὼν δ' οὐκ ἂν βλάψειεν ἔχων ἐν αὑτῷ τὴν τροφήν. ἐκ γὰρ τῆς ἀμφοῖν συμμέτρου μίξεως ὁμαλὴ κατὰ βραχὺ θάλψις ἐν τοῖς πεπονθόσι μορίοις αὐξανομένη χωρὶς ἀτμῶν πολλῶν ἐκθερμαίνει τε τὰ κατεψυγμένα καὶ διαφορεῖ τὰ ἐμπεφραγμένα. διέρχεται γὰρ ὅσα πρότερον ἔν τισιν ἐσφίγγησαν διὰ πάχος, αὐτά τε λεπτυνόμενα καὶ χεόμενα τῶν τε περιεχόντων αὐτὰ σωμάτων ἀραιοτέρων ἀποτελουμένων, ἅπερ ἐπὶ τῶν θερμαινόντων ὁμαλῶς γίνεσθαι φιλεῖ. καὶ οἱ πταρμοὶ δὲ, καὶ γὰρ τούτους ἐφεξῆς ἔγραψεν, ἐναργῶς φαίνονται κεφαλαλγίας ἰώμενοι, τὰς ἐπὶ πλήθει φυσώδει πνεύματος γινομένας ταυτὶ μὲν οὖν ἅπαντα μέχρι τῶν πταρμῶν ἐπιδέδεικταί μοι τοῦ προτεθέντος ἐξ

at omnes refrigeratae, ut ita dicam, hecticam quandam temperaturam adeptae non dolent. Quibus enim, inquit, naturae mutantur atque corrumpuntur, dolores excitantur, non permutatis jam atque corruptis. Ego profecto vinum ſine cibo epotum laeſurum eſſe arbitrabar et experientia idem teſtata firmiorem ſententiam meam reddidit, cyceon autem quum in ſe ipſo cibum contineat, offendere nequaquam poterit: nam ex utriusque mediocri miſtione aequabilis paulatim calefacti, ſi in partibus affectis augeſcens ſine multis vaporibus et refrigerata caleſacit et inculcata diſſipat. Quaecunque enim prius aliquibus in locis ob craſſitudinem inhaeſerant, eos attenuata et fuſa permeant, continentibus etiam ipſa corporibus rarioribus laxioribusque affectis, quae ab aequabiliter caleſacientibus fieri ſolent. Sternutationes quoque; nam et hos deinceps ſcripſit, dolores capitis ex multo flatuoſo ſpiritu ortos perſpicue removere cernuntur. Haec igitur omnia uſque ad ſternutationes cum eo, quod ab initio propoſitum fuit,

Ed. Chart. IX. [548.] Ed. Baſ. V. (522. 523.)

ἀρχῶν ἔχεσθαι, κακῶς ὑπὸ τῶν ἐξηγησαμένων εἰς πλείους λόγους τεμνόμενα. ἐπὶ δὲ τὴν ἑξῆς λέξιν μεταβῶμεν, ἀπέχεσθαι δοκοῦσαν ἔτι τε καὶ μᾶλλον ἁπασῶν τῶν ἔμπροσθεν ἥπερ ἀλλήλων ἐκεῖναι. δύναται δ', ὡς ἐγώ φημι, καὶ αὐτὴ περὶ μὲν ὀδυνῶν εἰρῆσθαι καθάπερ ἐκεῖναι, διαφέρειν δ' αὐτῶν τῇ κακίᾳ. γίνονται γάρ τινες ὀδύναι κακοήθεις ὑπὸ τῶν κακούργων εἴτ' οὖν φαρμάκων ἃ θηλητήρια καλοῦσιν, εἴτε θηρίων ἰοβόλων, εἴτε καὶ χυμῶν τινων ἐκ διαίτης μοχθηρᾶς ἢ λοιμώδους ἀέρος ἐν τῷ σώματι γεννηθέντων. ἐπὶ τούτων οὖν φημὶ λελέχθαι ταῦτα τὰ βοηθήματα, γάλα, σκόροδα, οἶνος ἀπεζεσμένος (523) ὄξος, ἅλες. γάλα μὲν ἐπὶ τῶν κατὰ διάβρωσιν ἀναιρούντων· ἐπικράσεως γὰρ δεῖται· σκόροδον δ' ἐπὶ τῶν κατὰ σφοδρὰν ψύξιν, οἶνος δ' ἐπὶ τῶν κατὰ μετρίαν. προσκειμένου δὲ αὐτῷ τοῦ ἀπεζεσμένου δυνατόν ἐστιν ἀκούειν τὸν ἱκανῶς θερμὸν, ἐγχωρεῖ δὲ καὶ τὸν οὕτως ἀφεψημένον, ὡς γίνεσθαι τὸ καλούμενον σίραιον. ἐπικρατικὸν γάρ τοι καὶ τοῦτ' ἔστι καὶ δριμυτή-

cohaerere a me oſtenſum eſt et male ab interpretibus in plures ſermones ſuiſſe diviſa. Ad ſequentem igitur partem tranſeamus, quae plus etiam ab omnibus prioribus, quam illae inter ſe diſtare videtur. Poteſt autem et ipſa, ut ego ſentio, de doloribus, ſicut et illae, fuiſſe prolata, ſed ab illis differre malitia. Exoriuntur enim dolores quidam maligni a maleficis ſeu medicamentis, quae deleteria, id eſt mortifera vocant, ſeu feris venenum ictu fundentibus, ſive ſuccis aliquibus ex improbo victu aut peſtilenti coelo in corpore genitis. Ad hos itaque id genus remedia enumerata fuiſſe dicimus, lac, allium, vinum ferveſactum, acetum, ſalem. Lac namque venenis eroſione interficientibus adverſatur, ſiquidem attemperatione opus eſt. Allium vehementi frigore laedentibus reſiſtit, vinum mediocriter frigidis; ſed quum ipſi adjectum fuerit, *ferveſactum*, intelligere poſſumus admodum calidum. Poteſt etiam intelligi vinum ita decoctum, ut ſapa, quam vocant, facta ſit: etenim haec corrodentes acrimonias tem-

Ed. Chart. IX. [548.] Ed. Baſ. V. (523.)

των διαβρωτικόν. ὄξος δ' ἕνεκα τοῦ τέμνειν χυμοὺς κολλώδεις, ὡς ἐπὶ τῶν μυκήτων ἢ καὶ ψύξεως ἕνεκεν, ὡς ἐπὶ θαψίας. τοὺς δ' ἄλας, ὡς ἐκδαπανῆσαι δυναμένους ὅλην τὴν οὐσίαν τῶν κακούργων χυμῶν τε καὶ φαρμάκων. ἀλλ' ἐπεὶ μὴ μόνον ὠφέλειαι καὶ βλάβαι τοῖς σώμασιν ἡμῶν γίνονται κατὰ τὰς τῶν κακούργων χυμῶν τε καὶ φαρμάκων, ἀλλ' ἐπεὶ μὴ μόνον ὠφέλειαι καὶ βλάβαι τοῖς σώμασιν ἡμῶν γίνονται κατὰ τὰς τῶν ὁμιλούντων ἁπλᾶς ποιότητας, ἀλλὰ καὶ καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν, ἐμάθετε γὰρ καὶ τοῦτο δι' ἑτέρων ὑπομνημάτων, προσηκόντως ἂν εἰρημένον εἴη τὸ φυτῶν χυμοὶ ἐφ' ὧν τε δύναμιν ἔχουσιν. καὶ γὰρ καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν ἰδιότητες ἤτοι οἰκεῖαι τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἢ ἀλλότριαι κατὰ τέτταρας ὕλας εἰσὶ καθαρτικὰ φάρμακα καὶ τροφαὶ καὶ τρίτα πρὸς αὐτοῖς ἃ νῦν Ἱπποκράτης ὠνόμασε κακοῦργα καὶ τέτταρα τὰ τούτων ἰάματα. τεμνομένου δὲ τοῦ τρίτου γένους τῆς ὕλης εἵς τε τὰ δηλητήρια καλούμενα φάρμακα καὶ τοὺς ἰοὺς τῶν θηρίων, διττὴ καὶ τῶν ταῦτα θεραπευόντων ἐστὶν ἡ ὕλη. καλεῖται δὲ ἀλεξι-

perat. Acetum vero, ut glutinoſos, quales fungorum eſu creantur, ſuccos diſſecet vel etiam refrigerandi cauſa, ſicut adverſus thapſiam requiritur. Poſtremo ſalem, ut totam maleficorum humorum medicamentorumque ſubſtantiam conſumere poſſit. Ceterum quoniam utilitates et noxae non ſolum per ſimplices nos attingentium qualitates, ſed etiam per totam ſubſtantiam corporibus noſtris adveniunt, et hoc enim ex aliis commentariis didiciſtis, jure ſane optimo et illud dictum fuerit, ſtirpium humores et in quibus vim habent. Proprietates namque ex tota ſubſtantia progenitae aut corporibus noſtris congruentes aut alienae, quatuor materiis continentur: aut enim purgatoriae medicinae ſunt aut alimenta aut ad haec tertio ea quae hic Hippocrates malefica nominavit aut quarto ipſorum remedia. Quum vero tertium materiae genus et in medicamenta deleteria, hoc eſt mortifera vocata et ferarum venena, diſtribuatur, duplex et iſta curantium materia eſt. Adpellantur autem Graeco vocabulo alexiphar-

Ed. Chart. IX. [548. 549.] Ed. Baſ. V. (523.)

φάρμακα μέν, ὅσα τοῖς δηλητηρίοις ἀνθίσταται, θηριακὰ δὲ ὅσα τὰς τῶν θηρίων ἴαται δήξεις. ἴσως [549] δέ τις ἀξιώσει καὶ τὴν τῶν καθαιρόντων φαρμάκων ὕλην ἐν τοῖς τῶν δηλητηρίων περιέχεσθαι, διαφθείρει γὰρ ἡμᾶς καὶ ταῦτα, πλείω τῶν συμμέτρων δοθέντα. τοῦτο δ' εἰ συγχωρήσαιμεν, ἀκόλουθον ἡμῖν ἔσται τά τ' ἀλεξιφάρμακα καὶ τὰ θηριακὰ ἐν τοῖς δηλητηρίοις συγκαταριθμεῖν, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα ἀναιρεῖν πέφυκεν, εἰ μή τις αὐτῶν βραχὺ προσενέγκοιτο παντάπασιν. ἀλλὰ δι' αὐτὸ τοῦτό μοι δοκοῦσιν ἰατροὶ θανάσιμα μὲν πολλὰ φάρμακα καλεῖν, ὧν ἀναγκαῖον ὄφελός τι κατὰ καιροὺς γίνεται, δηλητήρια δὲ τὰ μηδέποτε μηδὲν ὀνοῦντα μήτε νοσοῦντας ἀνθρώπους μήθ' ὑγιαίνοντας· οὔτε γὰρ ἀκόντιον οὔθ' ὑδράργυρος οὔτε λιθάργυρος οὔτε λαγωὸς θαλάττιος εἴσω τοῦ σώματος λαμβανόμενος παρέχει τινὰ ἡμῖν ὠφέλειαν, ὥσπερ καὶ τἄλλα πολλὰ, περὶ ὧν ἐν τοῖς κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ὅλης οὐσίας ὠφελοῦσί τε καὶ βλάπτουσιν εἴρηται.

---

maca, id eſt medicamentorum auxilia, quae mortiferis medicamentis adverſantur; theriaca vero quae ferarum morſibus medentur. Verum fortaſſe quis exiſtimavit et purgantium medicamentorum materiam inter mortifera eſſe cenſendam, nam et haec ultra modum aſſumta nos interficiunt. Id ſi conceſſerimus, conſequens erit etiam ut alexipharmaca et theriaca in mortiferis enumeremus, quandoquidem et haec nos perdere poſſint, niſi ſi quis ex ipſis omnino valde parum aſſumſerit. Verum ea de cauſa mihi plura medicamenta non vocare mortifera medici videntur, quod ipſorum temporibus quibusdam utilitas neceſſaria ſit; ea vero appellare deleteria, id eſt pernicioſa, quae nullo unquam tempore neque aegrotis hominibus neque valentibus operam ferunt, neque enim aconitum, neque argentum vivum, neque argenti ſpuma, neque marinus lepus, intra corpus accepta, ullum nobis afferunt emolumentum, quemadmodum et alia pleraque, de quibus et in illis commentariis actum eſt, ubi de juvantibus atque nocentibus per totius ſubſtantiae proprietatem diſputavimus.

Ed. Chart. IX. [549.] Ed. Baf. V. (523.)

στ'.

Ἄνθρωπος ἐκ κόπων ἐξ ὁδοῦ, ἀδυναμίη βάρος ἀνέπτυεν, ἔβηξε γὰρ ἐκ κορυφῆς, πυρετὸς ὀξὺς πρὸς χεῖρα ὑποδάκνων· δευτεραίῳ δὲ καρηβαρία, γλῶσσα ἀπεκαύθη, ῥὶς ὀνυχογραφηθεῖσα, οὐχ ἡμορῥάγησεν, ἀριστερὸς σπλὴν μέγας καὶ σκληρὸς ὠδυνᾶτο.

Τὰ μὲν γενόμενα τῷ κάμνοντι διηγήσατο, εἴτε δ' ἂν ἀπέθανεν εἴτ' ἐσώθη παρέλιπεν, ὧν χάριν ἅπαντα γράφεται τἄλλα. τί ἂν οὖν ἐγὼ παρὰ τοῦ νοσοῦντος οὕτως ἔσεσθαι προεῖπον ἴσως ἀκοῦσαι ποθεῖ τις, ᾧ τἀληθῆ ῥητέον ἐστίν. ὡς εἴ μοί τις ἔδειξεν αὐτοῦ τὰ οὖρα, σαφῶς ἂν ἀπεφηνάμην ὁποῖόν τι φρονῶ περὶ τοῦ κάμνοντος, ὅσον μὲν γὰρ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ὀλεθρίως εἶχεν. εἰ δὲ ἦν καὶ τὰ οὖρα ἄριστα, σωθήσεσθαι μὲν, ὀξέως δὲ νοσῆσαι τὸν ἄνθρωπον ἀπεφηνάμην ἄν· εἰ δὲ ἦν καὶ τὰ οὖρα μοχθηρὰ, διὰ ταχέων τεθνήξεσθαι. μέσον δὲ αὐτῶν, ὡς μήτ' ἐπαι-

VI.

Homo ex laſſitudinibus ab itinere, imbecillitas, gravitas exſpuit, tuſſiebat enim ex vertice. Febris acuta, manum ſubmordens. Secundo die caput grave, lingua exuſta fuit, nares unguibus reſciſſae, ſanguis non manavit; ſiniſter lienis magnus et durus dolore infeſtabatur.

Quaenam huic aegroto acciderint, narravit Hippocrates; mortuusne ſit an evaſerit, quorum cauſa reliqua omnia ſcripta ſunt, dicere praetermiſit. At forſan quid ego de aegro hoc futurum eſſe praedicerem quispiam audire deſideret, cui vera hunc in modum dicenda ſunt. Si quis ejus mihi urinam oſtendiſſet, clare ſane quid de eo ſentirem attuliſſem. Quantum enim ad dicta pertinet, pernicioſe aegrotabat; at ſi urina optima fuiſſet, hominem quidam evaſurum, ſed acute aegrotaturum eſſe praedixiſſem; ſin autem prava apparuiſſet urina, brevi interiturum. Si mediocris, ut neque laudanda eſſet, neque vituperanda,

Ed. Chart. IX. [549.] Ed. Baſ. V. (523.)

νεῖσθαι μήτε ψέγεσθαι πλείονα χρόνον ζήσαντα τεθνήξεσθαι. τὰ μὲν οὖν ἄλλα συμπτώματα μεταξύ πως ἐστὶν ὀλέθρου καὶ σωτηρίας, ἡ δὲ ὀνυχογραφηθεῖσα ῥὶς, εἶτα μὴ μεθεῖσα τοῦ αἵματος, οὕτω γὰρ ἔγραψε Ζεῦξις, ῥὶς ὀνυχογραφηθεῖσα, οὐχ ἡμορρόαγησεν, ὀλέθριον μὲν καὶ οὕτως, ἧττον δὲ τοῦ μηδ' ὅλως αἷμα μεθεῖναι. πρόδηλον δ' ὅτι τῆς χειρουργίας καλῶς γενομένης ὅμως οὐκ ἐρρύη τὸ αἷμα. τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐκ ἂν ἔγραψε κατὰ τὴν διήγησιν, ὀνυχογραφηθῆναι μὲν τὴν ῥῖνα, μὴ γενέσθαι δὲ τὴν αἱμορραγίαν, εἰ περὶ τὴν χειρουργίαν τοῦτο συμβεβήκει. λέγουσι δὲ τοὺς παλαιοὺς οὐ μόνον τοῖς ἰδίοις ὄνυξι τὴν ῥῖνα διαιρεῖν, ἀλλὰ καὶ σιδήρῳ τινὶ πρὸς αὐτὸ τοῦτο παρεσκευασμένῳ, καὶ ἐοίκασι, κατά γε τὸ ἐν τῷ λόγῳ τῷδε προκείμενον, ἀῤῥώστον διὰ τὴν καρηβαρίαν ἐπὶ τὴν διαίρεσιν αὐτῆς οἱ θεραπεύοντες τὸν ἄνθρωπον ἰατροὶ παραγενέσθαι· τὸ δ' ἐπὶ τοῦ σπληνὸς εἰρημένον, [550] ἀριστερὸς σπλὴν μέγας, οἱ μὲν

longiori tempori ſuperſtitem, tandem moriturum eſſe affirmaſſem. Alia porro ſymptomata media quodam modo inter perniciem atque ſalutem ſunt. Illud vero, nares autem unguibus reſciſſae, deinde non effundentes ſanguinem: ita enim ſcripſit Zeuxis, nares unguibus reſciſſae non effuderunt ſanguinem, peſſimum ſignum eſt. Quod ſi ſcriptum eſſet, quemadmodum et in pluribus exemplaribus ſcriptum reperitur, nares unguibus reſciſſae, ſanguis non manavit, pernicioſum quidem et hoc eſſet, ſed minus quam nullo modo ſanguinem emittere. Patet autem quod et manus opera rite adhibita, ſanguis tamen non emanavit; neque enim ab initio hac in parte ſcripſiſſet, unguibus quidem nares eſſe proſciſſas, neque tamen ſanguinis effluvium accidiſſe, ſi absque manus opera id evenire potuiſſet. Referunt autem veteres medicos non propriis unguibus modo, ſed etiam ferramento quodam ad id ipſum praeparato nares diſſecare ſolitos. Videturque in aegrotante, de quo nunc ſermo fit, ad ipſarum diſſectionem propter capitis gravitatem curantes hominem medici deveniſſe. Illud vero de liene dictum, ſiniſter lienis mag-

Ed. Chart. IX. [550.] Ed. Baf. V. (523.)

οὕτως προσκεῖσθαι νομίζουσιν ὡς τῷ γάλα τὸ λευκὸν ὁ ποιητὴς προσέθηκε καὶ τῷ σύες τὸ χαμαιευνάδες, οὐκ ὄντος οὔτε γάλακτός τινος, ὃ μὴ λευκόν ἐστιν, οὔτε συῶν * * * αἳ * * * μὴ χαμαιευνάδες εἰσίν. τάχα δὲ * * * ἐκούσης τῆς ῥήσεως τοῦ γέροντος οὕτως ᾗς ὀνυχογραφηθεῖσα οὐχ ἡμορῥάγησεν ἀριστερὴ ἐν ἴσῳ τῇ τῶν ἀριστερῶν μυκτήρων καὶ κατ' ἴξιν ἐστὶν οὗτος τῷ σπληνὶ, καὶ πιθανὸν ἐπὶ τούτων ὁρμῆσαι τὸν χειουργοῦντα. διαμαρτόντος δὲ πρώτου βιβλιογράφου συνέβη φυλαχθῆναι τὸ ἁμάρτημα. ἐγκειμένου δὲ τῇ ῥήσει καὶ τοῦ βήσσειν αὐτὸν ἐκ κορυφῆς ἐγένετο καὶ περὶ τούτου τοῖς ἐξηγησαμένοις τὸ βιβλίον ἀμφισβήτησις, ἐνίων μὲν ἐκ τῆς κεφαλῆς τὴν βῆχα γίνεσθαι λεγόντων, οὐχ ὡς εἴωθε πολλάκις ἐκ τοῦ θώρακός τε καὶ πνεύμονος καὶ τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ὅταν ταῦτα πρῶτον πάθῃ. τινῶν δὲ τὸ ἐκ κορυφῆς κυρίως λελέχθαι νομιζόντων, ἵνα μὴ μόνον ἐκ τῆς κεφαλῆς κατάῤῥος τις αἴτιος εἶναι τῆς βηχὸς, ἀλλὰ καὶ κεφαλῆς αὐτῆς ἐκείνου τοῦ μέρους ὃ κορυφὴν ὀνομάζομεν.

---

nus, nonnulli ita additum eſſe ſiniſter putant, ut lacti album poëta adjecit et ſuibus humi cubantes, quum nullum lac non album ſit, nulli ſues non humi cubantes * * * diſſecta non erupit ſanguis ſiniſtra, tanquam dixiſſet, ex ſiniſtra nare et ea lieni e regione oppoſita eſt. Atque veriſimile eſt medicum ad manus operam huic nari adhibendam fuiſſe permotum. Errante autem primo librario accidit, ut erratum remaneret. Praeterea, quum in propoſito ſermone illud etiam ſit, tuſſire ipſum ex vertice, de hoc etiam inter libri interpretes magna diſſenſio eſt orta, nonnullis quidem ex capite fieri tuſſim dicentibus, non, ſicut crebrius fieri conſuevit, ex pectore et pulmone et aſpera arteria, quando haec primo affecta ſunt; aliquibus autem ex vertice proprie dictum eſſe putantibus, ut non ſolum ex capite deſtillatio aliqua tuſſis cauſa ſit, ſed etiam ab ipſius capitis parte illa, quam verticem nominamus.

Ed. Chart. IX. [550.] Ed. Baſ. V. (523.)

ζ'.

Οἱ ὑπὸ τεταρταίου ἁλισκόμενοι ὑπὸ τῆς μεγάλης νόσου οὐχ ἁλίσκονται, ἢν δ' ἁλίσκωνται πρότερον καὶ ἐπιγίνηται τεταρταῖος, παύονται.

Τὴν ἐπιληψίαν οἱ παλαιοὶ καὶ μεγάλην νόσον ἐκάλουν καὶ πάθος παιδίων, ὥσπερ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων, ἐπειδὴ κατὰ τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν πλεονάζει, τινὲς δὲ Ἡρακλείαν αὐτὴν ἐκάλεσαν, οὐχ ὡς ἐπιλήπτου τοῦ Ἡρακλέους ὄντος, ἀλλ' ἐοίκασιν οὗτοι ἐπονομάζειν ἐλλογίμοις ὀνόμασιν αὐτὴν, ὡσαύτως γε γνόντες ἐνδεικτικὸν μεγέθους ὄνομα ποιῆσαι τὴν Ἡρακλείαν. ἱερὰν δὲ νόσον ἔνιοι κατὰ ψευδῆ δόξαν ὠνόμασαν, ὡς καὶν τῷ περὶ ἱερῆς νούσου συγγράμματι δεδήλωται. γίνεται μὲν οὖν καὶ ἀπ' ἄλλων μορίων πασχόντων ἐνίοτε τὸ πάθος τοῦτο. τοῖς πλείστοις δὲ πρῶτος αὐτὸς ὁ ἐγκέφαλός ἐστιν ὁ πάσχων οὐχ ἑτέρῳ συμπάσχων. αἴτιον δὲ τοῦ νοσήματος παχὺς καὶ ψυχρὸς χυμὸς, ἀθροιζόμενος μὲν ἐν ταῖς

VII.

Quartana laborantes magno morbo non capiuntur. Si prius autem capiantur et quartana ſuperveniat, liberantur.

Comitialem veteres et magnum morbum et affectum puerilem adpellant, ut ipſe Hippocrates in libro de aquis et aëre et locis, quoniam pueritia tempore abundat. Nonnulli et Herculeum ipſum vocaverunt, non quod Hercules eo vexaretur, ſed videntur illi, ſicut alii etiam nominibus ejus ſaevitiam exprimere voluerunt, ita et nomen hoc magnitudinem ſignificans, herculeum ſcilicet effinxiſſe. Alii ſacrum morbum, falſa opinione decepti, appellaverunt, ſicut in libro de ſacro morbo explicatum eſt. Oritur ſane et ab aliis affectis partibus nonnunquam vitium hoc, ſed in plurimis primum ipſum cerebrum afficitur, non alio affecto conſentiens. Morbi autem cauſa frigidus craſſusque humor eſt in cerebri ſinibus collectus, nervo-

Ed. Chart. IX. [550. 551.] Ed. Baſ. V. (523. 524.)

κοιλίαις τοῦ ἐγκεφάλου, καταλαμβάνων δὲ καὶ τὰς ἐκφύσεις καὶ μάλιστα τὴν πρώτην ἀρχὴν τοῦ νωτιαίου. τοῦτον οὖν τὸν χυμὸν καὶ οἱ ἄλλοι μεν ὠνήσασι πυρετοὶ, μάλιστα δὲ οἱ χρόνιοι καὶ τούτων πάντων ὁ τεταρταῖος μάλιστα, καὶ αὐτοῦ τούτου πάλιν ὁ χρονιώτατός τε καὶ μετὰ ῥίγους (524) παροξυνόμενος. αὐτό τε γὰρ τὸ ῥῖγος * * * * μοχλεῖς. * * * * τοῦ ἐγκεφάλου μὲν τὴν ἀρχὴν τούτων ἐμφράττοντος χυμοῦ. ἡ δὲ τοῦ πυρετοῦ θερμασία λεπτύνουσα ἔμπροσθεν καὶ διαφορεῖν αὐτόν ἐστιν ἱκανὴ καὶ πρὸς τούτῳ τὴν κρᾶσιν ὅλην σφοδροῖς ῥίγεσι μεταβοῦσι πυρετῶν παροξυσμοῖς βάλλειν τε καὶ ἀλλοιοῦν ἐπὶ τὸ θερμότερον ὑγρὰν καὶ ψυχράν. ταύτῃ γὰρ ἐπὶ ἐνίοτε ὁ φλεγματώδης γεννᾶται χυμός. ἀλλὰ καὶ τοῖς τὸ σῶμα κατὰ ἐκκρίσεις ἔπονται διὰ μὲν τῶν ἱδρώτων, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον [551] σπασμοὺς ἢ ἐμέτων ἢ γαστρὸς ἐπαγωγῆς, ὥστε καὶ διὰ τούτων ἐκκαθαίρεται, ὃ πρὸς μὲν τοὺς ἀφορισμοὺς ἔφη, πυρετὸν ἐπὶ σπασμῶν βέλτιον γενέσθαι ἢ καὶ ἐπὶ πυρετῷ. σπασμὸς δ' ἐστὶ καὶ ἡ ἐπιληψία παντὸς τοῦ σώ-

rumque origines ac praecipue dorſi medullae primum principium occupans. Huic humori igitur et aliae quidem febres proſunt, ſed maxime diuturnae et ex his omnibus quartana potiſſimum, itemque ea ipſa quartana, quae longiſſima ſit et cum rigore invadat, ipſe namque rigor. * * * * vectes * * * * cerebri quidem initium hoc obſtruente humore, febris autem caliditas prius attenuans et ipſum diſcutere apta eſt, praeterea et totam temperaturam vehementibus rigoribus mutare et humidam eam frigidamque ad calidius ſicciusque redigere. Ab hac vero pituitoſus humor interdum procreatur in corpore, at excretiones ſequuntur convulſionem juvantes, per ſudores quidem ſaepius, aut vomitum, aut alvi ſubductionem, quare et per haec expurgatur materia juxta id quod dixit in aphoriſmis, febrem convulſioni rectius accidere quam convulſionem febri; comitialis autem eſt totius cor-

Ed. Chart. IX. [551.] Ed. Baſ. V. (524.)

ματος. ἐν δὲ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν οὕτως ἔγραψεν· ἀσφαλέστατος δὲ πάντων καὶ ῥᾳϊστος, μακρύοτατος ὁ τεταρταῖος. οὐ γὰρ μόνος αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ νοσημάτων ἑτέρων μεγάλων ῥύεται. πρόδηλον δ' ὅτι τοῖς ὑπὸ τεταρταίου πυρετοῦ φθάνουσιν ἐνοχλεῖσθαι, γενέσθαι τὴν ἐπιληψίαν ἀδύνατον. ὅπου γὰρ καὶ οὖσαν ἤδη τεταρταῖος πυρετὸς εἴωθε παύειν, πολὺ δή που μᾶλλον οὐκ ἂν ἐπιτρέπειν γενέσθαι τὴν μηδέπω πρόσθεν οὖσαν.

η'.

Ἀνθ' οἵων αἱ νοῦσοι.

Τοῦτο τοῖς προγεγραμμένοις ἐπεφώνησε, δύναμιν ἔχον τοιαύτην, ἀνθ' οἵων νούσων οἷαι νοῦσοι γίνονται καλὸν ἐπίστασθαι. προσυπακοῦσαι γὰρ δεῖ τοιοῦτον ὥσπερ γὰρ ὁ τεταρταῖος ἐπιληψίαν ἴσχει καὶ πυρετὸς ὁστισοῦν σπασμὸν ἢ καὶ κατάῤῥουν καὶ ἄσθμα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον

poris convulſio. In primo quidem de morbis popularibus ita ſcripſit de quartana: tutiſſima quidem omnium eſt et facillima, ſed longiſſima quartana; neque enim ipſa ſolum per ſe ipſa talis eſt, ſed etiam ab aliis ingentibus morbis tutum praeſtat. Id vero nulli dubium eſt, quod prius quartana febre laborantes comitialis morbus adoriri nequit, quandoquidem jam adortum ſuperveniens quartana diſcutere conſuevit; quocirca multo ſane magis ipſum nondum factum fieri non permittit.

VIII.

Pro quibus qui morbi.

Hoc ſupra poſitis congruit, hanc ſententiam intuens. Pro quibus morbis qui morbi oriantur ſcire bonum eſt; id vero ſubaudire opus eſt. Quemadmodum enim quartanam comitialem ſanat et febris quaeque convulſionem vel etiam deſtillationem et ſuſpirium, eodem pacto ocu-

Ed. Chart. IX. [551.] Ed. Baſ. V. (524.)

ὀφθαλμίαν μὲν διαῤῥοια, λειεντερίαν δὲ ὀξυρεγμία καὶ πλευρῖτις περιπνευμονίαν, λήθαργον φρενῖτις. ἔμπαλιν δὲ οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ φρενῖτις μὲν εἰς λήθαργον, πλευρῖτις δὲ εἰς περιπνευμονίαν μεταπίπτει. καὶ μὴν καὶ μελαγχολίαν αἱμορῥοῒς ὤφθη πολλάκις ἀρχομένην γε κωλύουσα καὶ ἤδη γεγενημένην ἰασαμένη καὶ σπλῆνα σκιῤῥούμενον, ἀλλὰ καὶ οἱ κιρσοὶ τὰ αὐτὰ τοιαῦτα θεραπεύουσι, ποδάγρας τε καὶ ἀρθρίτιδας.

lorum phlegmonem, alvi profluvium, laevitatem inteſtinorum, acida eructatio et lateris phlegmone pulmonariam, veternum phrenitis; contra vero non utiliter phrenitis in veternum, phlegmone lateris in pulmonariam ſe convertunt. Quin etiam atram bilem haemorrhois plerumque incipientem prohibuiſſe et jam affectam removiſſe, nec non et duratum lienem ſanaviſſe, conſpecta eſt. At varices quoque hos ipſos morbos, podagras propterea et articularios dolores diſcutiunt.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟΥΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

Ed. Chart. IX. [1.] Ed. Baſ. V. (219.)

α'.

[1] (220) Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα καὶ τοὺς παρέοντας καὶ τὰ ἔξωθεν.

HIPPOCRATIS APHORISMI ET GALENI IN EOS COMMENTARII.

I.

Vita brevis, ars longa, occaſio praeceps, experientia periculoſa, judicium difficile. At medicum non ſolum ſe ipſum quae deceant obeuntem, ſed et aegrotum et adſtantes et externa praeſto eſſe oportet.

Ed. Chart. IX. [1. 2.] Ed. Baſ. V. (219.)

Ὅτι μὲν οὖν οὗτος ὁ λόγος, εἴθ' εἷς ἀφορισμός ἐστιν εἴτε δύο, προοίμιον ὑπάρχει τοῦ παντὸς συγγράμματος ὡμολόγηται σχεδὸν ἅπασι τοῖς ἐξηγησαμένοις αὐτόν. τί δὲ βουλόμενος ὁ Ἱπποκράτης ἐχρήσατο τοιούτῳ προοιμίῳ τῶν ἀπορωτάτων ἐστί. τάχα δ' ἂν [2] *εὕροιμεν αὐτὸ, τὰ κατὰ μέρος ἅπαντα τοῦ λόγου προδιασκεψάμενοι. τὸν μὲν βίον ὅτι τῇ τέχνῃ παραβάλλων ἔφη βραχὺν ἅπασι σχεδὸν τοῖς ἐξηγησαμένοις τὸ βιβλίον πρόδηλον· τὴν τέχνην δ' αὐτὴν διὰ τοῦτο ὑπολαμβάνω ἡγεῖσθαι μακρὰν, ὅτι τόν τε καιρὸν ὀλίγου δεῖν ἁπασῶν τῶν κατὰ μέρος ἐνεργειῶν ὀλιγοχρόνιον ἔχει καὶ κατὰ τοῦτο δύσληπτον, ὡς μακρᾶς δεῖσθαι τριβῆς, τὸν διαγνωσόμενον αὐτήν. ὀργάνοιν τε δυοῖν ὄντοιν ὑφ' οἷν εὑρίσκεται τὰ κατὰ τὰς τέχνας τὸ μὲν ἕτερον, ἡ πεῖρα, σφαλερόν ἐστι, τὸ δ' ἕτερον, ἡ ἐκ λόγου κρίσις, οὐκ εὐπετὲς, ἀλλ' εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν δυκολωτάτων. ὁ μὲν οὖν καιρός ἐστιν ὀξὺς διὰ τὸ τῆς ὕλης ῥευστὸν, ἣν ἡ τέχνη μεταχειρίζεται· εὐμετάβλητον γὰρ ἡμῶν τὸ σῶμα καὶ ῥᾳδίως ἀλλοιούμενον οὐχ ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων μόνον,*

Hanc orationem ſive unus ſit aphoriſmus ſive duo, prooemium eſſe totius operis ab omnibus prope ipſius interpretibus conceſſum eſt. Quid vero ſibi Hippocrates tali uſus prooemio velit dictu difficillimum eſt. Fortaſſis autem id ipſum inveniemus, ſi ſingulas orationis partes conſideraverimus. Quod itaque *vitam brevem* dixerit artis comparatione, omnibus fere libri explicatoribus manifeſtum eſt; artem vero ipſam hac ratione *longam* ducere conjicio, tum quod omnium fere operationum particularium occaſionem habeat momentaneam, ob idque captu difficilem, ut diuturna indigeat exercitatione ipſius dignotionem adepturus, tum quia, quum duo ſint inſtrumenta ad res artium inveniendas neceſſaria, experientia ac ex ratione judicium, alterum quidem periculoſum exiſtit, alterum vero perarduum, imo ſi quid aliud maximam fortitur difficultatem. Eſt igitur *occaſio praeceps*, ob materiae, circa quam ars verſatur, fluxum. Corpus enim noſtrum mutationibus eſt obnoxium, neque a cauſis externis

Ed. Chart. IX. [2.] Ed. Baſ. V. (219. 220.)

ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑαυτοῦ. σφαλερὰ δὲ ἡ πεῖρα, διὰ τὸ τῆς ὕλης ἀξίωμα, οὐ γὰρ δὴ διὰ τὸ μεταβάλλειν ἑτοίμως, ἐν γὰρ τῷ τοῦ καιροῦ βραχυχρονίῳ περιέχεται τοῦτο. τὴν κρίσιν δέ, εἰ μὲν, ὡς ἐγὼ φημι, τὸν λόγον ἀκούει τις, εὔδηλον δή που τὸ χαλεπώτατον αὐτοῦ μέχρι τήμερον ἔτ' ἀμφισβητούμενον· εἰ δ', ὡς ἔνιοι τῶν ἐμπειρικῶν ὑπονοοῦσι, τὴν τῶν ἀποβαινόντων ἐκ πείρας ἐπίκρισιν καὶ οὕτως εὔδηλον τὸ δυσκατόρθωτον αὐτῆς. ἀλλ' ὅτι γε δογματικός ἐστιν ὁ γράψας τὸ βιβλίον ἐν ὅλῳ τῷ συγγράμματι δειχθήσεται. τὸ μὲν οὖν πρότερον αὐτοῦ μέρος τοῦ προοιμίου, κατὰ τοῦτ' τελευτᾷ· τὸ δὲ δεύτερον οὐχ ὡς ἀποφαινόμενος, ἀλλ' ὡς συμβουλεύων γράφει. δεῖ δ' οὐ μόνον ἑαυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν (220) νοσέοντα καὶ τοὺς παρέοντας καὶ τὰ ἔξωθεν· δυνάμει τοῦτο λέγων, ὡς εἰ μέλλεις ἐξετάζειν τε καὶ βασανίζειν τῶν ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ γεγραμμένων τὴν ἀλήθειαν, οὐ μόνον αὐτόν σε χρὴ τὸν ἰατρὸν ἅπαντα πράττειν προσηκόντως, ἀλλ' καὶ τὸν νοσέοντα

dumtaxat, verum etiam ab internis, aut per ſe, facile alteratur. *Periculoſa* vero *experientia*, propter materiae dignitatem, non enim certe ob facilem ejus mutationem. Haec namque in momentanea occaſionis volubilitate continetur. Iudicium vero ſi quis, ut ego affero, pro ratione accipiat, conſtat ipſam eſſe difficillimam, quum ad hunc usque diem ea concertetur. Si vero quemadmodum empiricorum nonnulli augurantur, *per judicium intelligat* eorum quae experientia prodeunt dignotionem, ſic quoque conſtat ejus integrae adeptionem difficilem. Verum qui hunc ſcripſit librum, eum dogmaticum eſſe toto in opere demonſtrabitur. Atque ita prior prooemii pars huc usque terminatur. Secundam autem ſcribit non ut pronunciet, ſed ut conſulat. *At non ſolum ſe ipſum quae deceat obeuntem ſed et aegrotum et aſtantes et externa praeſto eſſe oportet.* Hujus pronunciati haec vis eſt. Quod ſi quae hoc in libro ſcribuntur, eorum veritatem exploraturus ſis ac diligenter examinaturus, non modo te ipſum medicum

Ed. Chart. IX. [2.] Ed. Baſ. V. (220.)

καὶ τοὺς ὑπηρετοῦντας αὐτῷ καὶ πρὸς τούτοις ἔτι, τὰ ἔξωθεν, ἀμέμπτως ἔχειν ἅπαντα. γενήσεται τοίνυν ὁ μὲν πρότερος λόγος, ἓν τόδε τὸ κεφάλαιον ἔχων, ὁ βίος βραχύς, ἡ δὲ τέχνη μακρά. τὰ γὰρ ἐξῆς ἅπαντα τοῦ μακρὰν εἶναι τὴν τέχνην ἀποδείξειν ἔχει. μετὰ δὲ τοῦτον καὶ ὁ δεύτερος οἷον συμβουλὴν ἢ συνθήκην τινὰ πρὸς τοὺς ἀναγνωσομένους τε καὶ κρινοῦντας αὐτοῦ τὸ σύγγραμμα φέρων. τί δή ποτ' οὖν αὐτῷ βούλεται τὸ προγράψαι ἐν ἀρχῇ τοῦ βιβλίου τὸ, βραχὺν εἶναι τὸν βίον, ὡς πρὸς τὸ τῆς τέχνης μέγεθος; ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἡμῖν τοῦτο προὔκειτο. ἔνιοι μὲν οὖν βούλονται προτροπῆς ἕνεκεν τῶν ἀσκησόντων ἀξιολόγως τὴν τέχνην, ἔνιοι δ' ἀποτροπῆς, ἔνιοι δ' οἷον ἀποπείρας τινὸς καὶ διακρίσεως, τῶν τε ἀσκησόντων ἀξιολόγως τὴν τέχνην καὶ τῶν μή. ἔτι δὲ τὴν αἰτίαν ἀποδιδόναι φασὶν αὐτὸν ἐν τῷδε, τοῦ δεῖν γράφειν συγγράμματα, τινὲς δὲ τοῦ ἀφοριστικά. τινὲς δὲ οἴονται τοῦ στοχαστικοῦ τῆς τέχνης ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ τὰς αἰτίας αὐτὸν εἰρηκέναι, ἄλλοι δὲ παρ' ὅσας αἰ-

omnia decenter agere oportet, ſed et aegrotum ejusque miniſtros, ac praeterea externa citra penuriam comparari univerſa. Prior itaque ſententia hoc unum caput complectitur: *vita brevis, ars longa.* Nam quae cetera ſequuntur, artem longam eſſe demonſtrant. Atque huic ſuccedens ſecunda ſententia, tanquam conſilium aut pactum quoddam tum librum lecturis tum de eo judicium laturis adfert. Sed quid tandem ſibi vult dum ſtatim initio libri hoc ſcribit, brevem eſſe vitam, ſi cum artis magnitudine conferatur? Nam id nobis ab exordio erat propoſitum. Nonnulli quidem arbitrantur exhortationis gratia artem praeclare profeſſuris, nonnulli vero dehortationis, *id pronuntiaſſe.* Quidam autem ad explorationem ac dijudicationem tum eorum qui gnaviter tum eorum qui ſecus in arte eſſent verſaturi. Quidam etiamnum proferunt ipſum cauſam tradidiſſe, ob quam oportuit commentarios ſcribere; quidam addunt aphoriſticos. Quidam autem hoc ſermone augurantur ipſum conjectatricis artis cauſas pro-

Ed. Chart. IX. [2. 3.] Ed. Baſ. V. (220.)

τίας, ἀποτυγχάνουσιν οἱ ἰατροί. οὗτοι μὲν οὖν, ἵν' ἀπὸ τῶν ὑστάτων πρῶτον ἄρξωμαι, παντάπασί μοι δοκοῦσιν οὐδὲν πρὸς ἔπος ἀποφαίνεσθαι. τί γὰρ ἂν εἴη σοφὸν ἢ τῆς [3] Ἱπποκράτους ἄξιον γνώμης, ἀρχόμενον εὐθὺς τοῦ συγγράμματος, ἢ ὅτι στοχαστικὴ τίς ἐστιν ἡ τέχνη διδάσκειν ἢ ὅτι γε τοῦ τέλους ἁμαρτάνομεν, ἤτοι δι' ἡμᾶς αὐτοὺς ἢ διὰ τὸ τῆς τέχνης αὐτῆς μέγεθος; ἀλλὰ καὶ τό· δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑαυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα καὶ τοὺς παρέοντας καὶ τὰ ἔξωθεν, τοὐναντίον ἅπαν ἐνδείκνυται. πρέπει γὰρ ταῦτα πάντα γράφειν τῷ πάντα ἐπαγγελλομένῳ, τὰ κατὰ τὸ βιβλίον ὑπάρχειν ἀληθῆ μᾶλλον ἢ ὅστις ὁμολογεῖ διὰ πολλὰς αἰτίας ἁμαρτάνειν τοῦ τέλους. οὐ γὰρ ἂν εἶπε δεῖ δέ· ἀλλὰ μετὰ τὸ γράψαι, ὁ βίος βραχύς, ἡ δὲ τέχνη μακρά, ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερά, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή, προσέθηκεν ἂν καὶ ὁ ἰατρὸς δὲ καὶ αὐτὸς ἁμαρτάνει καὶ οἱ ὑπηρετοῦντες αὐτοῖς. οὐ μὴν οὐδ' ὅσοι φασὶν ἀποτρέπειν αὐτὸν, ἐξ ὧν τὸν μὲν

tuliſſe; alii denique a quot cauſis medici ſuo fine fruſtrentur. Hi igitur mihi, ut a poſtremis primum exordiar, nihil prorſus orationi conſonum dicere videntur. Quid enim eſſet doctrinae aut Hippocratis ſententia dignum, ſtatim per operis initia docere, vel quod ars quaedam conjectatrix ſit ars medica, vel quod ejus fruſtremur fine aut nobis ipſis aut artis magnitudine? Sed et haec verba: *at non ſolum medicum ſe ipſum quae deceant obeuntem, ſed et aegrotum et adſtantes et externa praeſto eſſe oportet*, contrarium omnino indicant. Haec enim omnia ſcribere magis eum decet, qui profiteatur omnia, quae hoc libro continentur, eſſe vera quam qui multas ob cauſas fateatur propoſitum finem non aſſequi. Non enim dixiſſet: *at non ſolum medicum oportet;* ſed poſt illa verba: *vita brevis, ars longa, occaſio praeceps, experientia periculoſa, judicium difficile*, haec ſubjunxiſſet. Sed et medicus ipſe delinquit et aegri et eorum miniſtri. At ſane neque illi, qui dicunt ipſum *candidatos* dehortari, ex

Ed. Chart. IX. [3.] Ed. Baſ. V. (220.)

βίον εἶπε βραχὺν, τὴν δὲ τέχνην μακρὰν, οὐδ' οὗτοί μοι δοκοῦσι προσηκόντως λέγειν. ἐσχάτης γὰρ ἠλιθιότητος, ἅμα τε γράφειν συγγράμματα καταλείποντα τοῖς μετ' αὐτὸν ἀνθρώποις ὡς δή τι χρήσιμον, ἅμα τε κατὰ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς ἀποτρέπειν, οὐκ ἀπὸ τῆς τοῦδε τοῦ συγγράμματος ἀναγνώσεως ἢ μαθήσεως τῶν γεγραμμένων, ἀλλὰ καὶ τῆς ὅλης τέχνης ἣν ἐπαγγέλλεται διδάσκειν. ὅσοι δὲ προτρέπειν φασὶν αὐτὸν ἐπὶ τὸ φιλοπόνως ἀναλαμβάνειν τὴν τέχνην, μὴ γὰρ ἂν ἄλλως αὐτὴν δυνηθῆναι γνωσθῆναι πᾶσαν, ἐν βραχεῖ χρόνῳ, μακρὰν οὖσαν, εἰ καὶ ἀληθές τι λέγουσιν, ἀλλ' οὐκ ἄξιόν γέ μοι δοκοῦσι τὸ προοίμιον ἀποφαίνειν, οὔτε τῆς γνώμης ταὐδρὸς οὔτε τῶν κατὰ βιβλίον εἰρημένων, ὥσπερ οὐδ' οἱ πειρασικὸν εἶναι τῶν προσερχομένων τῇ τέχνῃ τὸν λόγον ὑπειληφότες. ἔστι μὲν γὰρ ἀληθὲς, ὥσπερ εἴρηται καὶ Πλάτωνι, τὸ πεῖραν οὕτω μάλιστα γίνεσθαι τῆς προαιρέσεως τῶν ἀναληψομένων ἡντιναοῦν τέχνην, εἰ μεγάλην τε καὶ χαλεπὴν αὐτοῖς εἶναι τὴν διδασκαλίαν ἐπιδεικνύοιμεν, ἀλλ' οὔτε διὰ βιβλίου τὸ τοιοῦτον,

quibus dicit vitam quidem eſſe brevem, artem vero longam decenter loqui mihi videntur. Nam extremae eſſet dementiae et ſimul opera poſteris hominibus tanquam quid profuturum relinquere et ſimul initio ſtatim non ſolum ab operis lectione et eorum quae in eo ſcripta ſunt, doctrina dehortari, verum etiam ab arte univerſa, quam diſcendam eſſe denunciat. Qui vero proferunt ipſum ad artem amico labore capeſſendam exhortari, non enim aliter eam univerſam poſſe brevi tempore, quum ſit longa, cognoſci, ii etſi quid veri dicunt, non tamen mihi videntur prooemium, neque viri ſententia dignum neque iis quae hoc in libro ſcribuntur, ſatis congruens oſtendere, quemadmodum nec qui hunc ſermonem, candidatorum ad artem accedentium exploratorem eſſe arbitrati ſunt. Nam etſi verum eſt, quemadmodum a Platone eſt dictum, hac maxime via periculum eorum animi fieri, qui quamcunque artem percepturi ſint, ſi magnam atque arduam illis eſſe doctrinam oſtenderimus; neque tamen id per librum, ſed

Ed. Chart. IX. [3.] Ed. Bas. V. (220.)

ἀλλ' ἐν ταῖς συνουσίας γίνεται, οὔτε πρέπον μοι δοκεῖ εἶναι ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι. χρὴ γὰρ τὸ προοίμιον οἰκεῖον εἶναι τῶν κατὰ τὸ βιβλίον εἰρησομένων, εἰ μὴ ἄρα πρώτους ἁπάντων ἀναγινώσκεσθαι βούλεται τοὺς ἀφορισμοὺς καὶ διὰ τούτου κοινὸν ὅλης τῆς τέχνης ἐν τῷ προοιμίῳ τοῦ συγγράμματος ἐποιήσατο τὸν λόγον ἐνδεικνύμενος διὰ τούτου, μὴ πάντων τῶν βουληθέντων εἶναι μάθημα τὴν ἰατρικὴν μακρὰν οὖσαν τέχνην, ἀλλὰ τῶν καὶ χρόνον ἱκανὸν ἐχόντων ἐν ᾧ μαθήσονται καὶ φύσιν ἐπιτηδείαν. εἰ δ' ὅλως πιθανὸν εἶναι δόξειε τὸ κοινὸν ἁπάσης τῆς τέχνης αὐτὸν πεποιῆσθαι τὸ προοίμιον, οὐδ' ἐκείνους ἄν τις μέμψοιτο τοὺς φάσκοντας αἰτίαν ἀποδίδοσθαι τοῦ συγγράφειν. ἐποιήσατο δὲ ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον ἁπασῶν τῶν ἀναγνώσεων προοίμιον κοινὸν, ὡς ἐν τῇ κατ' ἐκεῖνο τὸ βιβλίον ἐξηγήσει δείκνυται. ὅσοι τοίνυν ἢ τοῦ τρόπου τῆς διδασκαλίας ἢ ὅλως τῆς χρείας τῶν συγγραμμάτων αἰτίαν ἀποδίδοσθαι κατὰ τὸ προοίμιόν φασιν, οὗτοί μοι δοκοῦσιν ἄμεινόν τι τῶν ἄλλων γινώσκειν. τό τε γὰρ ἀφοριστικὸν εἶδος τῆς δι-

multis colloquiis agitur, neque mihi praesenti commentationi congruere videtur, prooemium si quidem oportet iis quae in libro scribenda sunt consentaneum esse. Nisi fortasse decernat Hippocrates omnium primos legi aphorismos, ob idque in operis prooemio communem fecerit universae artis sermonem, quo ostendat non omnes posse pro arbitrio artem medicam, quod longa sit, edisscere, sed illos dumtaxat et quibus abunde tempus ad discendum suppetat et natura sit idonea. Quod si probabile prorsus esse appareat, hanc totius artis communem ipsum fecisse praefationem, nemo illos reprehendet, qui ajunt Hippocratem operis scribendi causam reddidisse. Fecit autem et in libro qui de medici officina inscribitur, omnium lectionum commune prooemium, quemadmodum in illius libri explicatione demonstratum est. Quicunque igitur aut generis doctrinae aut in universum usus operum causam in prooemio explicari proferunt, hi quid rectius ceteris sentire videntur. Nam et genus doctrinae aphoristicum,

Ed. Chart. IX. [3. 4.] Ed. Baſ. V. (220.)

δασκαλίας, ὅπερ ἐστὶ τὸ διὰ βραχυτάτων ἅπαντα τὰ τοῦ πράγματος ἰδία περιορίζειν, χρησιμώτατον τῷ βουλομένῳ μακρὰν τέχνην διδάξαι ἐν [4] χρόνῳ βραχεῖ· τό τε ὅλως διὰ τοῦτο συγγράφειν, ὅτι ὁ βίος βραχύς ἐστιν, ὡς πρὸς τὸ τῆς τέχνης μέγεθος εὐλογώτατον. οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἱκανός ἐστι συστήσασθαί τε ἅμα καὶ τελειῶσαι τὴν τέχνην, ἀλλ' ἀγαπητὸν εἰ πολλοῖς ἔτεσι τὰ τῶν ἔμπροσθεν οἱ μετέπειτα παραλαμβάνοντες καί τι προστιθέντες αὐτοὶ συντελέσαιμέν ποτε αὐτήν. ἤτοι γὰρ διὰ θάτερον τούτων ἢ δι' ἄμφω δοκεῖ μοι τοιούτῳ τινὶ κεχρῆσθαι τῷ προοίμιῳ, ὡς εἰ καὶ οὕτως ἔγραψεν· ἐπειδὴ τὸ τῆς τέχνης μέγεθος ὑπὲρ τὸν βίον ἐστὶ τὸν ἀνθρώπειον ὡς ἀδύνατον εἶναι, κἂν πάνυ τις εἴη φιλόπονος, ἄρξασθαί τε ἅμα καὶ τοῦ τέλους τοῦ κατ' αὐτὴν ἐφικέσθαι. διὰ τοῦτ' ἄριστόν ἐστιν, ὅσα τις ἔγνω τοῖς μετέπειτα καταλιπεῖν ἐν συγγράμμασιν, ἀκριβῶς τε ἅμα καὶ ταχέως καὶ σαφῶς ἅπασαν τὴν τῶν διδασκομένων πραγμάτων φύσιν ἑρμηνεύοντα. τοῦ μέντοι τὴν τέχνην εἶναι μακρὰν ἀπόδειξίς ἐστι τὰ ἐπιφερόμενα ταῦτα, ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς, ἡ

quod omnes rei proprietates pauciſſimis verbis circumſcribit, eſt utiliſſimum deſideranti brevi tempore longam artem docere et ob id omnino conſcribere quod vita ſit brevis, prout ad artis amplitudinem conferatur, rationi maxime conſentaneum. Nemo enim noſtrum poteſt artem ſimul et conſtituere et abſolvere. Verum ſatis eſt ſi quae multorum annorum ſpatio majores invenere, iis acceptis aliquid addant poſteri nosque ipſi aliquando ipſam artem profecerimus. Nam vel propter horum alterum vel utrumque mihi videtur quodam tali uſus eſſe prooemio, ac ſi ita ſcripſiſſet. Quandoquidem artis amplitudo vitam humanam exſuperat, adeo ut ab homine quantumvis ſedulo ac laboris amico nequeat et inchoari et ad finem usque perduci; propterea optimum eſt quaecunque quis noverit, ea literis mandata poſteritati relinquere, quae rerum docendarum naturam omnem et accurate et breviter et dilucide interpretentur. Artem ſane longam eſſe haec verba ſubſequentia demonſtrant: *occaſio praeceps*, *experientia*

Ed. Chart. IX. [4.] Ed. Baſ. V. (220.)

δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. ὡς εἰ καὶ οὕτως ἔλεγεν, ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τεχνὴ μακρὰ, ὅτι ὁ καιρὸς καὶ ἡ πεῖρα σφαλερὴ καὶ ἡ κρίσις χαλεπή. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ τέχνη μακρὰ, διότι καὶ ὁ τῶν πραττομένων καιρὸς ἐν αὐτῇ ὀξύτατός ἐστι, τουτέστι στενότατός τε καὶ ὀλιγοχρονιώτατος καὶ πρὸς τούτοις τῶν ὀργάνων τῶν εὑρισκόντων τὰ βοηθήματα δυοῖν ὄντοιν, λόγου καὶ πείρας, ἐπισφαλὴς μὲν ἡ πεῖρα, χαλεπὸς δ' ὁ λόγος, τουτέστιν οὐ ῥᾴδιον δυνάμενος γνωσθῆναι θατέρῳ. ὅτι δ' ἀληθές ἐστιν ἕκαστον τῶν εἰρημένων, οὐ χαλεπὸν ἐπιδεῖξαι διὰ βραχέων. ὁ μὲν γὰρ καιρὸς ὀξὺς διὰ τὴν τῆς τέχνης ὕλην, λέγω δὲ τὸ σῶμα ῥέον ἀεὶ καὶ μεταβαλλόμενον ἐν ἀκαριαίῳ χρόνῳ. ἐπισφαλὴς δὲ ἡ πεῖρα καὶ αὐτὴ διὰ τὴν ὕλην. οὐ γὰρ πλίνθοι καὶ πηλὸς καὶ ξύλα καὶ λίθοι καὶ κέραμος καὶ σκύτη, καθάπερ ἄλλων τεχνῶν ἡ ὕλη τῆς ἰατρικῆς ἐστὶν, ἐν οἷς ἄλυπον τὸ πειρᾶσθαι πολυειδῶς καὶ γυμνάζεσθαι παρὰ τὴν ὕλην ἀσκοῦντα καὶ μελετῶντα τὰ θεωρήματα, καθάπερ ἐν ξύλοις μὲν οἱ τέκτονες, ἐν δέρμασι δ' οἱ σκυτοτόμοι. ξύλα

periculoſa, judicium difficile. Ac ſi ita dixerit: *vita brevis, ars longa*, quod occaſio praeceps et experientia periculoſa et judicium difficile. Propterea enim etiam ars longa, quoniam occaſio agendorum in ipſa eſt maxime praeceps, hoc eſt anguſtiſſima et pauciſſimi temporis. Ad haec quoque quum duo ſint remediorum inveniendorum inſtrumenta, ratio et experientia; experientia quidem periculoſa eſt, ratio vero difficilis, hoc eſt quae cuicunque innoteſcere minime poteſt. Vera autem eſſe ſingula quae dicuntur paucis oſtendere non arduum eſt. Occaſio namque praeceps eſt propter artis materiam; dico vero corpus quod continenter fluit et exili tempore mutatur. At experientia periculoſa eſt ipſaque talis materiae ratione. Non enim lateres, lutum, ligna, lapides, tegulae, coria, medicinae ut ceterarum artium materia ſunt, in quibus citra laeſionem multis modis eum experiri et exerceri decet, qui circa materiam verſetur et artis theoremata meditetur, quod in lignis quidem lignarii fabri, in coriis

Ed. Chart. IX. [4.] Ed. Baſ. V. (220. 221.)

μὲν γὰρ καὶ σκύτος διαφθεῖραι κακῶς μεταχειριζόμενον οὐδεὶς κίνδυνος· ἐπ' ἀνθρωπείου δὲ σώματος πειρᾶσθαι τῶν ἀπειράστων οὐκ ἀσφαλὲς, εἰς ὄλεθρον ὅλου τοῦ ζώου τῆς κακῆς πείρας τελευτώσης. καὶ μὴν καὶ ἡ κρίσις, ὁ λόγος δ' ἂν ἡ κρίσις εἴη, τῷ κρίνεσθαι (221) παρ' αὐτοῦ τὰ ποιητέα, χαλεπὸς καὶ δυσθήρατός ἐστιν ὅ γε ἀληθὴς, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ πλῆθος τῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν τέχνην αἱρέσεων. οὐ γὰρ ἂν εἴπερ οἷόν τ' ἦν ῥᾳδίως εὑρεθῆναι τὸ ἀληθὲς, εἰς τοσοῦτον ἦκον ἀντιλογίας ἀλλήλοις οἱ ζητήσαντες αὐτὸ, τοιοῦτοί τε καὶ τοσοῦτοι γενόμενοι. τοῖς δ' ἐμπειρικοῖς οὐχ ὁ λόγος εἰρῆσθαι δοκεῖ κρίσις, ἀλλ' ἡ τῶν διὰ τῆς πείρας εὑρισκομένων βοηθημάτων ἐπίκρισις. ὄντως γὰρ καὶ τοῦτο χαλεπὸν καὶ δυσθήρατον, ὅταν πολλῶν ἰαμάτων τῷ κάμνοντι γεγενημένων ἕν τι ἐξ αὐτῶν αἰτιᾶται τῆς ὠφελείας ἢ βλάβης. εἰ γὰρ οὕτως ἔτυχε κοιμηθέντος καλῶς αὐτοῦ καὶ καταιωνηθέντος ἐφεξῆς καὶ καταπλασθέντος ἐπὶ τούτῳ, κἄπειτα κλυσθέντος ἢ αὐτομάτως τῆς γαστρὸς ἐνδούσης, εἶτα καὶ τραφέντος τοιάσδε τινὰς τροφὰς, κἀπὶ

vero coriarii moliuntur. Ligna ſiquidem et corium male tractantem corrumpere nullum periculum eſt, at in corpore humano inexperta experiri periculo non vacat, quum prava experientia ad totius animantis jacturam procumbat. Quin etiam et judicium, exſtiterit autem ratio ipſa judicium, quod per eam facienda judicentur, arduum et captu difficile eſt; vera autem illa ratio, quod ſectarum multitudo in arte medica declarat. Non enim ſi veritas eſſet inventu facilis, tot ac tanti viri in ea quaerenda occupati in tam pugnantes ſibi invicem ſententias deveniſſent. Verum empiricis non videtur ratio dici judicium, ſed eorum quae per experientiam inventa ſunt auxiliorum delectus. Nam revera haec res et difficilis et inventu ardua exiſtit, quum multis remediis aegrotanti adhibitis quoddam unum ex ipſis utilitatis aut laeſionis cauſa ſit. Si namque ita ſors tulerit, ipſum recte dormiiſſe, deinde fotu perfuſum fuiſſe, poſtea emplaſtrum admotum, deinde clyſterem injectum vel ſpontaneam dejectionem habuiſſe;

Ed. Chart. IX. [4. 5.] Ed. Baſ. V. (221.)

τούτοις ἅπασιν ὠφε- [5] ληθέντος ἢ βλαβέντος οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν διὰ τί τῶν γεγενημένων συνέβη τὸν ἄῤῥωστον ὠφεληθῆναι ἢ βλαβῆναι. διὰ ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἡ κρίσις χαλεπή. συγκεφαλαιωσόμεθα γοῦν ἤδη τὸν λόγον. ἡ μὲν τέχνη μακρὰ γίνεται, ἑνὸς ἀνθρώπου παραμετρουμένη βίῳ. χρήσιμον δὲ τὸ καταλιπεῖν συγγράμματα καὶ μάλιστα τὰ σύντομά τε καὶ ἀφοριστικά· εἴς τε γὰρ αὐτὴν τὴν πρώτην μάθησιν καὶ εἰς τὴν ὧν ἔφαθέ τις ὠφεληθῆναι μνήμην καὶ εἰς τὴν ὧν ἐπελάθετό τις μετὰ ταῦτα ἀνάμνησιν ὁ τοιοῦτος τρόπος τῆς διδασκαλίας ἐπιτήδειος. ὁμολογεῖ δὲ τούτοις καὶ τὸ ἐπιφερόμενον. ὡς γὰρ ὑπὲρ τοῦ συγγράμματος αὐτοῦ καὶ τῶν κατ' αὐτὸ λεχθησομένων προοιμίου γεγονότος εἰκότως ἐπιφέρων ἐρεῖ· δεῖ δ' οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα καὶ τοὺς παρέοντας καὶ τὰ ἔξωθεν. εἰ μέλλοι τις κρῖναι, φησὶ, ποτὲ τὰ κατὰ τὸ βιβλίον εἰς ὅσον ἀληθείας ἥκει, οὐ μόνον ἑαυτὸν παρεκτέον ἐστὶ, τὰ δέοντα ποιέοντα καὶ μηδὲν τῶν

deinde tales cibos aſſumſiſſe et poſt haec omnia opem vel noxam percepiſſe, non facile dictu eſt, quaenam rerum geſtarum aegrotum juviſſe aut laeſiſſe contigerit. His igitur de cauſis omnibus judicium difficile. Jam itaque orationem ſummatim proferamus. Ars quidem longa eſt, ſi eam unius hominis vita metiamur. Quare operae pretium eſt poſteris opera relinquere praeſertim et conciſa et aphoriſtica. Nam ejusmodi doctrinae genus et ad ipſam primam diſciplinam et ad eorum quae quis didicerit memoriam juvandam et eorum quae aliquis oblitus poſtea fuerit, recordationem idoneum eſt. Adſtipulatur autem his quod ſubſequitur. Quum enim operi ipſi atque iis quae in eo dicentur praefationem praetexuiſſet conſentaneam, orationi clauſulam addidit his verbis: *at non ſolum medicum ſe ipſum quae deceat obeuntem, ſed et aegrotum et adſtantem et externa praeſto eſſe oportet.* Si quis, inquit, aliquando dijudicaturus eſt quae hoc in libro ſcribuntur quantum ſortiantur veritatis, is non ſolum ſe ipſum prae-

Ed. Chart. IX. [5.] Ed. Baf. V. (221.)

χρησίμων τῷ νοσοῦντι παραλείποντα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον εὐπειθῆ τε ἅμα καὶ μηδὲν ἰδίᾳ χαριζόμενον ἡδονῇ πεφυκέναι, καὶ μέντοι καὶ τοὺς ὑπηρετοῦντας ἐπιτηδείους καὶ δὴ καὶ τὰ ἔξωθεν ἅπαντα συμπαρεσκευασμένα. καὶ γὰρ διὰ ἐκεῖνα πολλάκις ἤτοι τὴν πρόγνωσιν ἢ τὴν θεραπείαν ἢ ἄμφω συνέβη διακοπῆναι, τὰ δ' ἔξωθέν ἐστι, τά τε κατὰ τὰς οἰκήσεις ἐπιτηδείους οὔσας ἢ καὶ ἐνοχλουμένας ἢ οὐκ ἐνοχλουμένας, καὶ ἔτι τὰ προσαγγελλόμενα καὶ πραττόμενα θυμὸν ἢ λύπην, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐργαζόμενα τῷ νοσοῦντι καὶ προσέτι τὰ νύκτωρ αὐτῷ τὸν ὕπνον διακόπτοντα μυρία ἐπὶ μυρίοις ὄντα. εἰ οὖν, φησὶν, ἅπαντα ταῦτα καλῶς καὶ ἀμέμπτως ἔχει τῶν κατὰ τοῦτο τὸ βιβλίον αὐτῷ γεγραμμένων, οὐδὲν εὑρεθήσεται ψεῖδος.

β'.

Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι κα-

ſtare oportet quae deceat obeuntem, nihilque quod aegro profuturum ſit praetermittere; immo et ipſum aegrum ſimul medico obſequi nec quidquam propriae voluptati indulgere; miniſtros etiam idoneos aſſidere oportet; ad haec et externa omnia probe comparata. Etenim propter illa plerumque vel praenotionem vel curationem vel utramque interrumpi contingit. Externa autem ſunt habitationes idoneae vel turbarum plenae vel turba vacantes; praeterea quae nuntiantur et aguntur, iram aut moerorem aut aliquem ejusmodi alium affectum aegrotanti parturientia, ad haec et alia quae noctu ipſi ſomnum abrumpunt, quae prope infinita ſunt. Si igitur, inquit, haec omnia probe et citra errorem ſe habuerint, nihil eorum quae hoc in libro ſcribuntur falſum eſſe comperietur.

II.

In alvi perturbationibus et vomitionibus quae ſponte oboriuntur, ſi qualia purgari oporteat purgentur, confert

Ed. Chart. IX. [5. 6.] Ed. Baſ. V. (221.)

θαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. οὕτω δὲ καὶ ἡ κενεαγγείη ἢν μὲν οἵην δεῖ γίγνεσθαι, γίγνηται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, ἢν δὲ μὴ τοὐναντίον. ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώρην καὶ ὥρην καὶ ἡλικίην καὶ νούσους ἐν ᾗσι δεῖ ἢ οὔ.

Οὐ περὶ ποσότητος αὐτῷ τῶν κενουμένων ἐστὶν ὁ λόγος, ὥς τινες ᾠήθησαν, ἀλλὰ περὶ τῆς [6] ποιότητος μόνης, ὡς δηλοῖ σαφῶς ἑκάτερον τῶν ὀνομάτων, τό τε οἷα καὶ τὸ οἵη. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν αὐτομάτως γινομένων κενώσεων προσεῖπεν ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν· ἐπὶ δὲ τῶν ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ, ἢν μὲν οἷα δεῖ γίγνεσθαι, γίγνηται. καίτοι δυνάμενος εἰπεῖν, ἢν μὲν ὅσα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρηται, καὶ πάλιν εἰ ἢν μὲν ὅσα δεῖ γίγνεσθαι γίγνηται. δηλοῦται δὲ τοῦτο καὶ διὰ τοῦ καθαίρεσθαι ῥήματος. οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν ἢν μὲν οἷα δεῖ κενοῦσθαι, ἀλλὰ ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρε-

---

et facile ferunt; ſin minus, contra. Sic et vaſorum vacuatio, ſi qualem fieri oportet fiat, et confert et facile ferunt; ſin minus, contra. Itaque inſpicere oportet et regionem et anni tempeſtatem et aetatem et morbos, quibus vacuari aut non vacuari oporteat.

Non de eorum quae vacuantur quantitate ipſi ſermo eſt, ut nonnulli arbitrati ſunt, ſed de ſola qualitate, quod dilucide prodit utcunque vocabulum, qualia et qualis. Nam in iis quae ſponte fiunt vacuationibus dixit. Si qualia oportet purgari purgentur, confert et facile ferunt. In iis vero quae a medico, ſi qualis fieri debeat fiat vaſorum vacuatio, licet potuiſſet dicere, ſi quanta purgari oporteat purgentur et rurſus, ſi quanta fieri debeat vaſorum fiat vacuatio. Idem vero oſtenditur et per verbum purgari. Non enim ſimpliciter dixit, ſi qualia oporteat vacuari; ſed ſi qualia oporteat purgari. Eſt autem pur-

Ed. Chart. IX. [6.] Ed. Baſ. V. (221.)

σθαι ἔφη. καθάρσις δὲ ἐστιν ἡ τῶν λυπούντων κατὰ ποιότητα κένωσις. ἔν γε δὴ τούτοις ἁμαρτάνουσιν οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγητῶν, οὐ συνιέντες οὔτε τῶν φωνῶν οὔτε τῆς γνώμης τἀνδρός. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπειδὰν τὸ τῆς κενεαγγείας ὄνομα τινὲς μὲν ἐπὶ τῆς ἀσιτίας, τινὲς δὲ ἐπὶ τῆς φλεβοτομίας ἀκούωσιν. ὁ γὰρ Ἱπποκράτης ἅπασαν κένωσιν ὀνομάζει κενεαγγείαν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ἐπειδὴ κενὰ τὰ ἀγγεῖα συμβαίνει γίνεσθαι κατὰ πάσας τὰς κενώσεις. ὁ μὲν δὴ λόγος αὐτῷ νῦν ἐστι περὶ ποιότητος τῶν κενουμένων. ὥσπερ δὲ παρακελεύεται διὰ παντὸς ὅσα καλῶς ὑπὸ τῆς φύσεως γίγνεται ταῦτα μιμεῖσθαι τὸν ἰατρὸν, οὕτω καὶ νῦν ἐποίησε τῶν περὶ τῶν αὐτομάτων κενώσεων προτάξας λόγον, ἐν αἷς ὅταν μὲν οἷα δεῖ κενῶνται, τουτέστι τὰ λυποῦντα ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν. εἰ δὲ ἄλλων τινῶν ἡ κένωσις γένηται καὶ μὴ τῶν λυπούντων, τὸ ἐναντίον οὔτε συμφέρει καὶ δυσφοροῦσιν οἱ κάμνοντες. οὕτως οὖν εἰ καὶ ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ κένωσίς τις ἐπιτηδεύοιτο, τῶν λυπούντων αὕτη γιγνέσθω, καθάπερ καὶ ἐν ἄλλοις παρακε-

gatio humorum qualitate moleſtorum vacuatio. In his ſane plurimi aberrant interpretes, qui neque verba, neque hominis mentem aſſequuntur. Tum vero magis peccant, quum nonnulli depletionis vaſorum nomen pro inedia, alii pro venae ſectione accipiant. Hippocrates ſi quidem omnem vacuationem vaſorum depletionem ab eventu nominat, quoniam in omnibus vacuationibus vaſa depleri contingit. Itaque nunc ipſi ſermo eſt de qualitate eorum quae vacuantur. Quemadmodum autem ſemper adhortatur, quae probe a natura fiunt, ea medicum imitari, ſic et nunc agit a ſpontaneis vacuationibus ſuam exorſus orationem, in quibus ſi qualia oportet, hoc eſt quae infeſtant, vacuentur, et confert et leniter ferunt. Quodſi aliorum quorundam fiat evacuatio et non eorum quae moleſtant, contrarium obvenit, neque confert et graviter ferunt aegrotantes. Ita ſane ſi quam medicus moliatur humorum vacuationem, eorum quae moleſtant ipſa eſto, quemadmodum et aliis in locis humorem noxium imperat,

Ed. Chart. IX. [6.] Ed. Baſ. V. (221.)

λεύεται τὸν λυποῦντα συμβουλεύων κενοῦν χυμὸν καὶ μὴ ἄλλον τινὰ πρὸ αὐτοῦ. φλέγματος μὲν οὖν πλεονάζοντος τοῦτο κενωτέον ἂν εἴη παντὶ τρόπῳ. χολῆς δὲ ξανθῆς εἴτε μελαίνης ἐνοχλούσης ἀφεκτέον μὲν τοῦ φλέγματος, τὴν λυποῦσαν δὲ χολὴν κενωτέον. οὕτω δὲ κἂν αἱματικὸν ᾖ τὸ πλεονάζον, αἵματος τὸ ποιητέον τὴν κένωσιν καὶ δὴ καὶ εἰ ὀρρὸς αἵματος ἐκείνου. τεκμαίρεσθαι δὲ δεῖ τὸν πλεονάζοντα χυμὸν τῇ χρόᾳ, πλὴν εἴ τινες ὑποχωρήσαιεν εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος. τὸ γὰρ χρῶμα τῶν χυμῶν ἐοικὸς ἀνθέων ὁκόσων μὴ ἄμπωτίς ἐστιν. ἐπὶ τούτων οὖν μάλιστα τῶν ὑπονοστησάντων καὶ μὴ κεχυμένων ὁμαλῶς εἰς ὅλον τὸ σῶμα, προσεπιβλέπειν δεῖ ὥρην καὶ χώρην καὶ ἡλικίην καὶ νούσους ἐν ἧσι δεῖ ἢ οὔ· τουτέστιν ἐν αἷς προσῆκεν ἢ μὴ τοιοῦδέ τινος ἢ τοιοῦδε χυμοῦ ποιεῖσθαι τὴν κένωσιν. ἔχει μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς ἕκαστος τῶν πλεοναζόντων ἐν τῷ σώματι χυμῶν ἴδια γνωρίσματα, περὶ ὧν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τελείαν διάγνωσιν ἐπιβλέπειν χρὴ καὶ τὴν ἐνεστῶσαν ὥραν τοῦ ἔτους καὶ τὸ χω-

κάμνοντος ἡλικίας καὶ φύσεως ἐπιτηδευμάτων τε καὶ ἐθῶν καὶ τῆς χώρας, ἐν ᾗ νοσεῖ, καὶ τῆς τοῦ περιέχοντος ἐπιδημούσης κράσεως οἷόν τέ ἐστι λαβεῖν. ἐκ μὲν δὴ τούτων εὔδηλον ὅτι τήν τε κατάστασιν τοῦ νοσήματος καὶ τοὺς παροξυσμοὺς γνωσόμεθα, τὴν μὲν κατάστασιν, εἰ κάτοξυ εἴη τὸ νόσημα ἢ χρόνιον, ὅπερ καὶ εἰς τὴν τῆς ἀκμῆς πρόγνωσιν ἀναγκαῖόν ἐστι, τοὺς δὲ παροξυσμοὺς, εἰ διὰ τρίτης ἢ διὰ τετάρτης ἢ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἤ τινι τῆς ἡμέρας ἢ τῆς νυκτὸς εἰσβάλλουσιν ὥρᾳ. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἀφορισμοῦ γεγραμμένον ἐφεξῆς ἴδωμεν, εἰ τῶν αὐτῶν τούτων ὧν εἰρήκαμεν ἐπίδειξιν ποιεῖται. λέγει μὲν γὰρ ὁ Ἱπποκράτης οὕτω. καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται. εὔδηλον δ' ὅτι ἐπιδόσεις τῶν περιόδων τὰς αὐξήσεις λέγει τῶν κατ' αὐτὰς παροξυσμῶν, αἵτινες ὅτι τόν τε χρόνον τῆς αὐξήσεως τοῦ νοσήματος ἐπιδείκνυνται καὶ τὴν προθεσμίαν τῆς μελλούσης ἀκμῆς. ἐνθάδε ἂν μάλιστα μάθοις, ἐπίδοσις δευτέρου

et de aegrotantis aetate atque natura, vitae inſtitutis, conſuetudinibus et regione, ubi aegrotat et praeſenti aëris ambientis temperatione ſumere poſſumus. Ex his igitur conſtat quod et morbi conſtitutionem et acceſſiones cognoſcemus; conſtitutionem quidem, ſi morbus fuerit peracutus aut diuturnus, quod etiam ad vigoris providentiam neceſſarium eſt, acceſſiones vero, an tertio aut quarto die aut ſingulis diebus aut qua diei aut noctis hora ſint invaſurae. Quod autem ad aphoriſmi finem ſcriptum eſt, deinceps examinemus, an eorum ipſorum quae diximus faciat declarationem. Ita namque pronuntiavit Hippocrates: *ac ſuccedentes invicem periodorum reciprocationes, ſive quotidie, ſive alternis diebus, ſive etiam per majora intervalla fiant.* Conſtat autem ipſum per periodorum reciprocationes, acceſſionum quae in ipſis eveniunt incrementa intelligere, quae tum incrementa morbi tempus tum futuri vigoris praefinitum diem oſtendunt. Hinc autem praecipue didiceris, ſecundae acceſſionis ad priorem

Ed. Chart. IX. [18. 19.] Ed. Baſ. V. (226.)

παροξυσμοῦ πρὸς τὸν πρότερον ἐν τρισὶ τούτοις ὁρᾶται, τῇ ὥρᾳ τῇ παροξυντικῇ, τῷ μήκει τοῦ παροξυσμοῦ καὶ τῷ μεγέθει. διοίσει δ' οὐδὲν, οὐδ' εἰ σφοδρότητα λέγοις. ἄμφω γὰρ συνήθη τοῖς ἰατροῖς ἐστι τὰ ὀνόματα καὶ κατὰ τοῦ αὐτοῦ πράγματος ἐπιφέρουσιν αὐτὰ πολλάκις, ἐνίοτε μὲν μείζονα φάσκοντες τὸν πυρετὸν γεγονέναι τοῦ πρόσθεν, ἐνίοτε δὲ σφοδρότερον. ἐνδέχεται δὲ τὸν σφοδρότερον τοῦτον πυρετὸν ἤτοι [19] τὰς ἴσας τῷ πρόσθεν ὥρας κατασχεῖν ἢ ἐλάσσους ἢ πλείους, ὅπερ οὐ μέγεθος ἢ σφοδρότης, ἀλλὰ μῆκος ἔσται παροξυσμοῦ. παροξυσμὸν δὲ ἀκούειν σε χρὴ νῦν τὸ χεῖρον μόριον τῆς ὅλης περιόδου τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς ἄχρι τῆς ἀκμῆς, ὥσπερ γε τὸ ὑπόλοιπον τὸ τῆς παρακμῆς ἄμεινον. ἐπειδὰν οὖν ὁ παροξυσμὸς εἴτε διὰ τρίτης ἢ διὰ τετάρτης, εἴτε καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινόμενος προλαμβάνῃ τὴν ἀναλογίαν καὶ προλαβὼν ἐπὶ πλείονα χρόνον ἐκταθῇ, μετὰ τοῦ καὶ σφοδρότερον γενέσθαι, σαφὴς μὲν ἡ αὔξησις τοῦ νοσήματος, εἰς ὁπόσον δὲ αὔξεται τὸ

incrementum his in tribus conſpici, hora qua incepit acceſſio, longitudine acceſſionis et magnitudine. Nihil autem differt, ſi in vehementia dixeris: ambo namque nomina uſitata ſunt medicis, qui et pro re eadem ipſa multoties afferunt; quum majorem interdum febrem praecedente, interdum vehementiorem exſtitiſſe dicunt. Conceſſum eſt autem hanc febrem vehementiorem aut aequales horas cum praecedente obtinere aut pauciores aut plures, quae longitudo erit paroxyſmi, non magnitudo ſeu vehementia. Per acceſſionem autem te nunc deteriorem univerſi circuitus partem intelligere oportet, quae a primo inſultu uſque ad vigorem extenditur, quemadmodum inde declinationem, reliquam periodi partem meliorem. Quum itaque paroxyſmus ſive tertio, ſive quarto quoque die, ſive quotidie fiat, proportionem anticipaverit, eaque anticipitata in longius tempus productus multoque vehementior factus fuerit, tum manifeſtum erit morbi incrementum, qui quantum increverit, quae ſingula retuli-

Ed. Chart. IX. [19.] Ed. Baſ. V. (226.)

καθ' ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἐνδείξεται. ὁ μὲν γὰρ πλείονά τε χρόνον προλαμβάνων καὶ πλείονα παροξύνων καὶ πολλῷ σφοδρότερον ἀξιόλογον μὲν ἐνδείξεται τὴν αὔξησιν, ταχεῖάν τε τοῦ νοσήματος τὴν κίνησιν, ἐγγὺς δὲ τὴν ἀκμήν. οὐ γὰρ ἐνδέχεται μεγάλας προσθήκας λαμβανόντων τῶν παροξυσμῶν μὴ οὐχ ὑπόγυον ἔσεσθαι τὴν ἀκμήν, ὁ δ' ἐναντίος παροξυσμὸς ὁ μικρὰς δηλονότι τὰς προσθήκας ποιούμενος ἑκάστου τῶν εἰρημένων, ὅσον ἐπὶ τούτῳ τὴν ἀκμὴν ἐπιδείξεται πορρώτερον γενήσεσθαι. τοῦτο οὖν αὐτὸ διὰ τῆς τῶν περιόδων ἐπιδόσεως μαθησόμεθα τοῦ στοχάσασθαι μετὰ πόσον ἔσται χρόνον ἡ ἀκμὴ τοῦ νοσήματος, ἔτι τε τὴν ἀκριβῆ προθεσμίαν τῆς εἰσβολῆς τοῦ παροξυσμοῦ. χρήσιμον δὲ τὸ μὲν πρότερον εἰς τὸ καταστήσασθαι τὴν ἰδέαν τῆς καθόλου διαίτης, τὸ δὲ δεύτερον εἰς τοὺς κατὰ μέρος καιροὺς τῶν τροφῶν, ὧν ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ προὔκειτο διδάξαι τοὺς σκοπούς. ὅτι δὲ περίοδον καλεῖ τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὁμοίαν ἐπάνοδον εὔδηλον δή που παντί. ἀλλὰ καὶ τοῖσιν

mus, indicabunt. Qui namque paroxyſmus majori tempore anticipaverit ac diutius exacerbando duraverit multaque vehementius vexaverit, effatu dignum incrementum et celerem morbi motum eſſe et in proximo vigorem futurum demonſtrabit. Non enim probabile eſt magna incrementa ſuſcipientibus paroxyſmis proximum minime fore incrementum. Contrarius autem paroxyſmus, qui nimirum parva faciat incrementa, eorum quae diximus, quantum ad hoc attinet, longius abſore vigorem oſtendet. Hoc igitur ipſum ex circuituum incremento diſcemus, conjecturam nimirum facere, quanto poſt tempore morbi ſit futurus vigor, ac praeterea certam et praefinitam invaſionis paroxyſmi horam tenebimus. Conducit autem prima quidem cognitio ad univerſam victus rationis ideam conſtituendam; ſecunda vero ad ſingula ciborum exhibendorum tempora, quorum indicationes docere ab initio ipſi erat propoſitum. Quod autem periodum vocet eodem ſimilem reditum cuivis ſane innoteſcit. Sed et ex poſtea ſubappa-

Ed. Chart. IX. [19.] Ed. Baf. V. (227.)

ἐπιφαινομένοισίν φησι τεκμαίρεσθαι χρῆναι, περί τε τοῦ παροξυσμοῦ καὶ τῆς καταστάσεως ὅλου τοῦ νοσήματος. εἴτε δὲ συμπτώματα καλεῖν εἴτε σημεῖα βούλοιτο ταῦτα τὰ ἐπιφαινόμενα διήνεγκεν οὐδέν. ἀλλ' ἐκεῖνο γινώσκειν ὑπὲρ ἁπάντων τῶν συμπτωμάτων τε καὶ σημείων ἄμεινον ὡς τὰ μὲν αὐτῶν ἐστι παθογνωμονικὰ, τὰ δὲ συνεδρεύοντα, τὰ δὲ κρίσιμα, τὰ δὲ πέψεως, ἔνια δὲ ἀπεψίας, καὶ τὰ μὲν σωτηρίας, ἄλλα δὲ ὀλέθρου δηλωτικά. τὰ μὲν οὖν παθογνωμονικὰ συνεισβάλλει τῷ νοσήματι, τὰ δὲ συνεδρεύοντα ποτὲ μὲν συνεισβάλλει, ποτὲ δ' ἐπιγίνεται, ποτὲ οὐδ' ὅλως γίνεται· οὐ γὰρ ἀχώριστά ἐστι τοῦ νοσήματος, οὐδὲ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ συνίστησιν, ἀλλὰ τὰς οἰκείας ἐργάζεται διαφοράς. τὰ δὲ ὑφ' Ἱπποκράτους ὀνομαζόμενα κρίσιμα συμπτώματα τῇ μὲν ἀκριβῶς πρώτῃ τῶν νοσημάτων ἀρχῇ συνεισβάλλειν οὐ πέφυκε, ταῖς δ' ἄλλαις δύο πέφυκε, περὶ ὧν ὀλίγον ὕστερον ἐρῶ. πολλάκις δὲ οὐδ' ἐν ταύταις, ἀλλ' ἐν ταῖς ἀναβάσεσιν ἢ ἀκμαῖς τῶν νοσημάτων ἐπιφαίνεται.

rentibus ait conjecturandum eſſe tum de paroxyſmo tum de totius morbi conſtitutione. Sive autem aliquis ſymptomata, ſive ſigna velit haec mox ſubapparentia vocare, nihil intererit. Sed illud de omnibus tum ſymptomatis tum ſignis ſtatuere praeſtiterit, eorum nonnulla quidem eſſe pathognomnoica i. e. affectus indicantia; quaedam vero aſſidentia, alia decretoria, alia coctionis, nonnulla cruditatis, illa et ſalutis, haec denique perniciei indicativa. Enimvero pathognomonica quidem una cum morbo invadunt; aſſidentia vero interdum ſimul cum morbo invadunt, interdum ſuperveniunt, nonnunquam omnino etiam abſunt: non enim a morbo ſunt inſeparabilia, neque ejus eſſentiam conſtituunt, ſed proprias efficiunt differentias. Quae vero ab Hippocrate criſima et a Latinis decretoria ſymptomata nominantur, plane quidem primo morborum initio ſimul invadere minime ſolent, ſed cum duobus aliis conſueverunt, de quibus paululum poſtea dicam. Saepe vero non in his, ſed morborum incrementis

Ed. Chart. IX. [19. 20.] Ed. Baſ. V. (226.)

τὰ δὲ τῆς πέψεως σημεῖα συνεισβάλλει μὲν οὐδὲ ταῦτα οὐδέποτε τῇ πρώτῃ τοῦ νοσήματος ἀρχῇ, περιορίζει δὲ τὴν ὡς μέρος ἀρχὴν ὅλης τῆς νόσου. τὰ δὲ τῆς ἀπεψίας συνεισβάλλει μὲν τῇ πρώτῃ τοῦ νοσήματος ἀρχῇ καὶ μετὰ ταῦθ' ὕστερόν ἐστιν ὅτε γίνεται, καθάπερ γε καὶ τὰ τοῦ θανάτου. καὶ γὰρ καὶ τούτων ἡ γένεσις ἐξ ὑστέρου τῆς [20] τοῦ νοσήματος ἀρχῆς. νοσήματος δὲ ἀρχὴν, ὡς ἐδιδάξαμεν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ὑπομνήμασι, τήν τε πρώτην εἰσβολὴν ἁπλάτη προσαγορεύομεν καὶ τὴν ὡς μέρος ὅλου τοῦ νοσήματος ὅταν εἰς ἀρχὴν, ἀνάβασίν τε καὶ ἀκμὴν καὶ παρακμὴν τέμνηται καὶ τὴν ἄχρι τῆς τρίτης ἡμέρας ἐκτεινομένην. ἐδιδάξαμεν δὲ καὶ τὰς τῶν εἰρημένων ἁπάντων συμπτωμάτων δυνάμεις ἐν ἐκείνῃ τῇ πραγματείᾳ, μετὰ τοῦ καὶ τὰς ἀναγκαίας εἰς τοῦτο τῶν Ἱπποκράτους ἐξηγήσασθαι ῥήσεων, ἀλλὰ καὶ νῦν ὡς ἐν ἐπιτομῇ λεχθήσεται καὶ περὶ αὐτῶν. ὅστις δ' ἂν ἐθέλῃ περὶ ταῦτα τὴν ὅλην τέχνην Ἱπποκράτους ἐκμαθεῖν, ἐπ' ἐκείνην ἀφικνείσθω τὴν πραγματείαν. τοῖς οὖν ἐπιφαινομένοις τεκμαίρεσθαι συμβουλεύει περὶ τῆς

aut vigoribus deinceps ſubapparent. Signa vero coctionis ſimul quidem et haec nunquam primo morbi principio adoriuntur, ſed illud principium, quod pars eſt totius morbi, terminant. Signa vero cruditatis cum primo morbi principio invadunt ac interdum poſtea tandem apparent, quemadmodum et mortis ſigna. Etenim et horum ortus morbi principium ſubſequitur; morbi autem principium, ut in commentariis de criſibus docuimus, tum primum ejus inſultum illatabilem appellamus, tum illud quod tanquam totius morbi pars eſt, quum in principium, incrementum, ſtatum et declinationem dividitur; tum illud quod ad tertium uſque diem extenditur. Sed et eodem in opere omnium ſymptomatum qualitates docuimus, cum interpretatione ad id neceſſariarum Hippocratis dictionum adjecta, verum nunc quoque tanquam pro compendio de ipſis dicetur. Quicunque vero de his totam Hippocratis artem perdiſcere velit, is ad illam ſe conferat tractationem. Conſulit igitur ex ſubapparentibus de univerſo morbi

Ed. Chart. IX. [20.] Ed. Baſ. V. (226. 227.)

ὅλης καταστάσεως τοῦ νοσήματος, εἴτ' ἐξ αὐτῶν ἓν νόσημά τι προχειρισάμενος, φησὶν, οἷον ἐν πλευριτικοῖσιν πτύελον αὐτίκα ἢν ἐπιφαίνηται, ἀρχομένου μὲν βραχύνει, ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. μάθοις δ' ἂν ὃ διδάσκει σαφῶς, εἴ σοι παραγράψαιμι τὰ ἐκ τοῦ τρίτου τῶν ἐπιδημίων ἐπὶ Ἀναξίωνος εἰρημένα τοῦ πλευριτικοῦ, καὶ τοῦτον δὲ αὐτὸν ἐξηγησάμην τὸν ἄῤῥωστον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ κρίσεων. ἔχει δὲ Ἱπποκράτους ἡ ῥῆσις ὧδε· (227) ἐν Ἀβδήροισιν Ἀναξίωνα ὃς κατέκειτο περὶ τὰς θρηικίας πύλας, πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε, πλευροῦ δεξιοῦ ὀδύνη συνεχὴς, βὴξ ξηρὰ οὐδ' ἔπτυε τὰς πρώτας ἡμέρας, διψώδης, ἄγρυπνος, οὖρα δὲ εὔχροα πολλὰ λεπτά. ἕκτῃ παράληρος· εἰς δὲ τὰ θερμάσματα οὐδὲν ἐνεδίδου. ἑβδόμῃ ἐπιπόνως, ὅ τε γὰρ πυρετὸς ἐπέτεινεν, οἵ τε πόνοι οὐ ξυνεδίδοσαν, αἵ τε βῆχες ἠνώχλεον, δύσπνοός τε ἦν. ὀγδόῃ ἀγκῶνα ἔταμον, ἐῤῥύη πολὺ οἷον ἔδει, ξυνέδωκαν οἱ πόνοι, αἱ μέντοι βῆχες ξηραὶ παρείποντο. ἐνδεκάτῃ ξυνέδωκαν οἱ πυρετοὶ, σμικρὰ

ſtatu conjecturam inire, deinde uno quodam morbo in medium adducto, exempli gratia in pleuriticis, inquit, ſi per initia ſputum ſtatim appareat, morbum breviat; ſi vero poſterius ſuperveniat, producit. Perſpicue vero quod docet didiceris, ſi tibi ex tertio epidemiorum huc transtulerim, quae de Anaxione pleuritico prodidit Hippocrates, quem aegrotum in primo etiam de criſibus mea interpretatione illuſtravi. Sic autem habet Hippocratis dictio. *Abderis Anaxionem, qui ad portas Thracias decumbebat, febris acuta invaſit, lateris dextri dolor aſſiduus, tuſſis ſicca, neque primis diebus exſcreabat; ſiticuloſus, inſomnis; urinae probe erant coloratae, copioſae, tenues. Sexto die deliravit; ad fotus autem calentes nihil remiſit. Septimo die gravius habuit: tum enim febris intendebatur, nec dolores remittebant et tuſſes infeſtabant difficileque ſpirabat. Octavo ſecta in cubito vena, copioſus ſanguis, qualem decebat, effluxit; dolores quidem remiſerunt, tuſſes tamen aridae comitabantur. Undecimo remi-*

Ed. Chart. IX. [20.] Ed. Baſ. V. (227.)

περὶ κεφαλὴν ἵδρωσεν. αἱ βῆχες καὶ τὰ ἀπὸ πνεύμονος ὑγρά. ἑπτακαιδεκάτῃ ἤρξατο σμικρὰ πέπονα πτύειν. εἰκοστῇ ἵδρωσεν, ἀπύρετος ἐγένετο. μετὰ δὲ κρίσιν ἐκουφίσθη. διψώδης τε ἦν καὶ τῶν ἀπὸ πνεύμονος οὐ χρησταὶ αἱ καθάρσιες. εἰκοστῇ καὶ ἑβδόμῃ ὁ πυρετὸς ὑπέστρεψεν, ἔβησσεν, ἀνῆγε πέπονα πολλά. οὔροις δ' ὑπόστασις πολλὴ λευκή, ἄδιψος ἐγένετο, εὔπνους ὑπνοῖ. τριακοστῇ τε τετάρτῃ ἵδρωσε δι' ὅλου, ἀπύρετος ἐκρίθη πάντῃ. οὗτος οὖν ὁ Ἀναξίων ἐξ ἀρχῆς μὲν ἦν πλευριτικὸς, οὐ μὴν ἐξ ἀρχῆς ἀπέπτυεν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ὀγδόην ἡμέραν ἔτι αἱ βῆχες αὐτῷ ξηραὶ παρείποντο, ὡς φησιν Ἱπποκράτης. ὅθεν εἰκότως καὶ ἡ τοῦ νοσήματος ὅλου λύσις εἰς τὴν λδ' ἐξετάθη, καίτοι τῶν γε πλευριτικῶν ὡς τὰ πολλὰ τὴν ιδ' ὅρον ἐχόντων τῆς κρίσεως, εἰ δὲ καὶ μὴ ταύτην, ἀλλὰ πάντως γε τὴν εἰκοστήν. εἰ δὲ πρὸ τῆς γ' ἡμέρας ἔπτυσεν, ἤτοι περὶ τὴν ζ' ἢ τὸν θ' ἢ πάντως γε τὴν ια' ἐκρίθη, κἂν εἰ κατ' αὐτήν γε τὴν τρίτην ἤρξατο πτύειν, οὐκ ἂν ἐξωτέρω τῆς ιδ' προὔβη. συμβαίνει

ferunt febres; parum circa caput ſudavit; tuſſes et quae a pulmone educebantur humida. Decimo ſeptimo coepit pauca et concocta exſpuere; levatus eſt. Vigeſimo ſudavit, febris expers factus. Poſt criſin levatus eſt, ac ſiticuloſus erat, nec probae a pulmone expurgationes. Septimo et vigeſimo rediit febris, tuſſivit, concocta multa eduxit, urinis adfuit multum ſedimentum album; ſitis ceſſavit; facile ſpiravit, ſomnum cepit. Trigeſimo quarto oborto per univerſum corpus ſudore, prorſus ſolutus febre judicatus eſt. Hic igitur Anaxion ab initio quidem pleuriticus erat, non tamen ab initio exſpuebat, ſed etiamnum octavo die tuſſes ſiccae contingebant, ut ait Hippocrates. Quare decenti ratione etiam totius morbi ſolutio in trigeſimum quartum diem producta eſt, quum tamen ut plurimum pleuritis terminum criſeos habeat decimum quartum, quod ſi non hunc, ſaltem omnino viceſimum. Quod ſi ante tertium diem exſpuiſſet vel circa ſeptimum aut nonum aut ſaltem undecimum diem criſis contigiſſet; etiamſi ipſo die tertio ſpuere coepiſſet, non ultra decimum

Ed. Chart. IX. [20. 21.] Ed. Baſ. V. (227.)

γὰρ ἐπὶ τῶν φλεγμονῶν ἁπασῶν, ὅσαι μὴ καλύπτονται σκεπάσματι πυκνῷ, καθάπερ αἱ κατὰ τὸ ἐκτὸς δέρμα, διϊδροῦσθαί τινας ἰχῶρας, ἐν ἀρχῇ [21] μὲν λεπτοὺς, ἐς ὕστερον δὲ, εἰ πέττοιντο καὶ πρὸς τὸ βέλτιον ἔρχοιντο, παχυτέρους καὶ τούτων αὐτῶν τῶν παχυτέρων τοὺς μὲν ἧττον, τοὺς δὲ μᾶλλον πεπέφθαι. ταῦτα καὶπὶ τῶν κατὰ τὸ στόμα φλεγμονῶν ἁπασῶν ἔστι θεάσασθαι καὶπὶ τῶν ὀφθαλμῶν. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ καθ' ἓν ὁτιοῦν ἄλλο μόριον, ὅταν ἅμα τοῦ δέρματος ὅλου διαιρέσει, φλεγμαίνει τι τῶν ἔνδον. καὶ γὰρ ἐκ τῶν τοιούτων ἑλκῶν ἰχῶρες ἀποῤῥέουσιν οἵους εἶπον. ὅταν οὖν ποτε φλεγμονή τις ᾖ μετὰ τοσαύτης στεγνώσεως, ὡς μηδὲν ἔξω ἀποχεῖν, ἀνάγκη δύσπεπτόν τε καὶ χρονίαν γενέσθαι ἐκείνην. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον κἀν ταῖς πλευρίτισιν, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο τὸ νόσημα φλεγμονή τις ὑπάρχει τῷ γένει, προσέχειν δεῖ τοῖς τῆς πέψιως σημείοις. ἀπεπτοιάτη μὲν γὰρ ἐφ' ἧς ὅλως οὐδὲν πτύεται δευτέραν δ' ἔχει τάξιν ἐφ' ἧς ἰχῶρες λεπτοὶ, τρίτην δ' ἐφ' ἧς πα-

quartum diem proceſſiſſet. Accidit enim omnibus inflammationibus, quae denſo operimento non teguntur, ut quae externam cutem obſident, quosdam exſudari ichores, initio tenues, poſtea ſi coquantur et ad melius proficiant, craſſiores et ex his ipſis craſſioribus quosdam magis, quosdam minus concoqui. Atque haec in omnibus oris et oculorum inflammationibus licet intueri, neque minus in quacunque alia parte, quando pars aliqua interior ſimul cum cutis diviſione patitur inflammationem. Etenim ex hujusmodi ulceribus ichores tales profluunt quales protuli. Si quando igitur aliqua fuerit inflammatio cum tanta meatuum coarctatione, ut nihil foras effundatur, illam tum coctu difficilem tum diuturnam fore neceſſe eſt. Hac igitur ratione et in pleuritide, quandoquidem et hic morbus phlegmonum quoddam genus eſt, ſigna coctionis animadvertenda ſunt. Crudiſſima namque eſt, in qua nihil omnino exſpuitur, ſecundum cruditatis ordinem obtinet, in qua ichores tenues; tertium in qua craſſiores, et quar-

Ed. Chart. IX. [21.] Ed. Baſ. V. (227.)

χύτεροι καὶ τετάρτην ἐφ' ἧς εἰς τέλος ἐπέφθησαν. ἀλλ' οὗτοι μὲν εἰ περὶ τρίτην ἢ δ' ἡμέραν ἐπιφανεῖεν, οὐκ ἐγχωρεῖ τῆς ἑβδόμης ἐξωτέρω προβῆναι τὸ νόσημα. τῶν δ' ἄλλων ἕκαστον κατὰ τὸ τῆς πέψεως μέτρον ἀναγκαῖον ἀκολουθῆσαι τὸν χρόνον. ὥσπερ οὖν τελείας ἐστὶ γνώρισμα τὸ πτύελον πέψεως, ὅταν ᾖ λευκόν τε καὶ λεῖον καὶ ὁμαλὸν, τῇ τε συστάσει μήθ' ὑπέρυγρον μήθ' ὑπέρπαχυ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀπεψίαν ἐνδείκνυται παντελῆ τὸ μηδ' ὅλως πτυόμενον. εἰ δὲ πτύοιτο μὲν, ἀλλὰ καὶ λεπτὸν εἴη ἔτι, πέψεως ἀμυδρᾶς ἐστι σημεῖον. εἰ δὲ ἄκρατον εἴη ἢ ξανθὸν ἢ πυῤῥὸν, οὐκ ἀγαθόν. εἰ δὲ καὶ πελιδνὸν ἢ ἰῶδες ἢ μέλαν, ὀλεθριώτατον. διηρημένων οὖν ἡμῖν τῶν τε τῆς πέψεως καὶ τῆς ἀπεψίας σημείων, ἔτι τε τρίτον ἐπ' αὐτοῖς τῶν ὀλεθρίων, ἰστέον ὅτι τὰ μὲν τῆς πέψεως σημεῖα διὰ παντός ἐστιν ἀγαθὰ, λύσιν τοῦ νοσήματος ἐνδεικνύμενα ταχεῖαν, ὥσπερ γε καὶ τὸ τῶν ὀλεθρίων σημείων γένος, ὡς ἐν τάχει τὴν ἀπώλειαν ἔσεσθαι τοῦ κάμνοντος προδηλοῖ.

tum in qua perfecte cocti apparuerint. At hi ſi circa tertium aut quartum ſubapparuerint, non contingit morbum ultra ſeptimum diem progredi. In aliis vero morbis ſingulis, pro coctionis modo temporis menſuram conſequi neceſſe eſt. Quemadmodum igitur ſputum perfectae coctionis ſignum eſt, quum album, laeve et aequale, neque conſiſtentia nimis humidum, neque nimis craſſum fuerit, eodem modo integram cruditatem prodit, quod omnino non exſpuitur. Quod ſi exſpuatur quidem, ſed adhuc tenue ſit, imperfectae coctionis ſignum eſt. At ſi impermixtum fuerit vel flavum vel rufum, haud bonum Quod ſi lividum fuerit aut aeruginoſum aut atrum, pernicioſiſſimum exiſtit. Quum itaque nobis diſtincta ſint tum coctionis tum cruditatis ſigna ac praeterea tertium exitialium genus, ſciendum eſt coctionis ſigna ſemper eſſe bona, ut quae morbi ſolutionem fore celerem oſtendant, quemadmodum et exitialium ſignorum genus aegrotantis jacturam citam praenunciare. At cruditatis ſigna diutur-

Ed. Chart. IX. [21.] Ed. Baf. V. (227.)

τὰ δὲ τῆς ἀπεψίας σημεῖα χρόνιον μὲν ἐξ ἀνάγκης προσημαίνει τὸ νόσημα, τεθνήξεσθαι δὲ ἢ σωθήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ὅσον μὲν ἐφ' ἑαυτοῖς, οὐ δηλοῖ. προλογιζομένῳ δέ σοι τὴν ῥώμην τῆς δυνάμεως καὶ ταῦθ' ὑπάρχει προγινώσκειν. ἄλλο δὲ γένος ἔστι σημείων, τῶν κρισίμων ὑπ' αὐτοῦ προσαγορευομένων. ἰδρῶτες δ' ἐστὶ ταῦτα, αἱμορραγίαι τε καὶ ῥῖγος καὶ γαστὴρ καταῤῥήξασα πολλὰ καί τις ἔμετος τοιοῦτος καὶ ἄλγημα κεφαλῆς ἐξαιφνίδιον ἢ δύσπνοια παράλογός τε καὶ σφοδρὰ ἢ καρδιωγμὸς ἢ τις ὑποχονδρίου σύντασις ἀνώδυνος, ἀγρυπνία τε σφοδρὰ καὶ παραφροσύνη καὶ νὺξ ἀλόγως δύσφορος καὶ παροξυσμὸς προληπτικὸς, ἀλλὰ καὶ δάκρυον ἀκούσιον ἐν ἀπαθέσιν ὀφθαλμοῖς ἄνευ λύπης, ἔρευθός τε καὶ τὸ κάτω χεῖλος σειόμενον, ἐνηλιωμένα καὶ σκοτεινὰ, ὀρφνώδη τε προφαινόμενα τῶν ὀφθαλμῶν ἢ μαρμαρυγαί τινες ἢ μῆλον ἢ ῥὶς ἐξαίφνης ἐρυθρὰ γενόμενα καὶ παρωτίδες ἢ ὅλως ἀποστήματος εἰς ἄρθρον τινὸς γένεσις. ταῦτά τε οὖν σύμπαντα καὶ πρὸς τούτοις ἄλλα πολλὰ τοι-

num quidem ex neceſſitate morbum portendunt, ſed, quantum ipſis ineſt, neque moriturum, neque evaſurum hominem declarant. Tibi vero prius robur virium expendenti etiam iſta licet praecognoſcere. Aliud eſt ſignorum genus, quae decretoria ab ipſo nominantur. Haec autem ſunt ſudores, haemorrhagiae, rigores, copioſum alvi profluvium ac ſimilis vomitus et repentinus capitis dolor aut ſpirandi difficultas inopinata ac vehemens aut cardiogmus aut quaedam indolens in hypochondriis contenſio, vigiliae vehementes et delirium, nox praeter rationem moleſta, paroxyſmus anticipans, imo et lacrymae involuntariae in oculis minime affectis, citra moleſtiam defluentes, rubor faciei et labrum inferius agitatum, lucida aut obſcura et tenebricoſa ante oculos obverſantia aut lucis micationes quaedam aut genae aut nares repente rubeſcentes, parotides aut denique cujusdam abſceſſus in articulum decumbentis generatio. Haec igitur univerſa et praeter haec alia multa hujuscemodi quae ſecundum

Ed. Chart. IX. [21. 22.] Ed. Baſ. V. (227.)

αὗτα, κατὰ μὲν τὴν αὐτῶν ἰδίαν οὐσίαν ὀνομαζόμενα συμπτώματα, καθότι δὲ μεταβολὴν ὀξύρροπον δηλοῖ, κρίσι-
[22] μα σημεῖα προσαγορευόμενα, διττὴν παρέξει σοι τὴν πρόγνωσιν. εἰ μὲν ἐπὶ πεπεμμένῳ τῷ νοσήματι γίγνοιτο, σωτηρίαν ὑπόγυον, εἰ δὲ ἐπὶ ἀπέπτῳ, κρίσιν οὐκ ἀγαθὴν, ἤτοι γε εἰς ὄλεθρον ἄξουσαν ἢ εἰς χρόνου μῆκος. ὅτι δὲ ἄλλη μέν ἐστιν ἡ φύσις ἡ τῶν κρισίμων τούτων σημείων, ἄλλη δὲ ἡ τῶν τῆς πέψεως, ἐνθένδε μάλιστα μάθοις, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημίων φησὶν Ἱπποκράτης· πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσεως καὶ ἀσφάλειαν ὑγιεινὴν σημαίνουσιν. ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα καὶ εἰς κακὰς ἀποστάσεις τρεπόμενα, ἀκρισίας ἢ πόνους ἢ χρόνους ἢ θανάτους ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. οὕτω μὲν ἐπήνεσε καθόλου τὴν τοῦ νοσήματος πέψιν. ἐν δὲ τῷ προγνωστικῷ κατὰ μέρος ὧδέ πως ἅμα τῷ διδάσκειν αὐτῆς τὰ γνωρίσματα. οὖρον δὲ ἄριστον, ὅταν ᾖ λευκὴ ἡ ὑπόστασις καὶ λείη καὶ ὁμαλὴ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἕς τ' ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος, σημαίνει τε γὰρ ἀσφάλειαν

propriam eorum ſubſtantiam ſymptomata nominantur; quatenus vero ſubitam mutationem ſignificant ſigna decretoria appellata, duplicem tibi praecognitionem praeſtabunt. Si morbo quidem concocto ſupervenerint, propinquam ſalutem denuntiant; ſi vero crudo, improbam criſin, quae aut in perniciem aut temporis longitudinem actura ſit. Quod vero alia ſit horum decretoriorum ſignorum natura, alia vero ipſorum coctionis ſignorum, ex iis maxime didiceris, quae primo epidemion pronuntiat Hippocrates: *Coctiones criſis celeritatem ſecuramque ſanitatem ſignificant. Cruda vero et incocta et quae in malos abſceſſus vertuntur, judicationum vacuitatem aut dolores aut diuturnitatem aut mortem aut eorundem reverſiones.* Ita quidem hic in univerſum morbi coctionem laudavit. In prognoſtico vero particulatim ſignis ipſius ſimul traditis hoc modo: *urina autem optima eſt, quum ſedimentum album, laeve et aequale fuerit per omne tempus, donec morbus criſi ſit ſolutus. Tum enim ſalutis ſecuritatem,*

Ed. Chart. IX. [22.] Ed. Baf. V. (227.)

ὑγιεινὴν καὶ τὸ νόσημα ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι. οὕτως πάλιν ἐπήνεσεν οὖρον ἐνδεικνύμενον πέψιν ἐν τῷ φλεβώδει γένει. αὖθις δ' ἐν τῷ λέγειν· διαχώρημα δὲ ἄριστόν ἐστι τὸ μαλθακόν τε καὶ ξυνεστηκὸς καὶ κατὰ τὴν ὥρην ἥνπερ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρει, τὰ γνωρίσματα τῶν κατὰ γαστέρα πέψεων ἐπαινεῖ τε ἅμα καὶ διδάσκει. οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς πέψιν ἐπαινῶν τε ἅμα καὶ διδάσκων εἶπε. πτύελον δὲ χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἀλγήμασι τοῖς περὶ τὸν πνεύμονά τε καὶ τὰς πλευρὰς, ταχέως τε ἀποπτύεσθαι καὶ εὐπετῶς, συμμεμιγμένον τε φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν ἰσχυρῶς, τῷ πτυέλῳ. τὰ μὲν τῆς πέψεως σημεῖα διὰ παντὸς ἀγαθὰ, τὰ δὲ τῆς κρίσεως οὐκ ἔτι. φησὶν οὖν οὕτως τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα. καὶ μέντοι κἀν τῷ λέγειν τὰ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον μὴ αὐτίκα ἐπιφαίνεσθαι, τὴν αὐτὴν ἐνδείκνυται γνώμην. τὰ γὰρ τῆς πέψεως σημεῖα, καθ' ὃν ἂν ἐπιφαίνεσθαι χρόνον ἀγαθά. διὰ παντὸς γάρ ἐστι τὸ γένος αὐτῶν ὅλον χρηστόν.

tum morbum paucioris fore temporis ſignificat. Sic etiamnum laudavit urinam quae venoſi generis coctionem indicat. Rurſum autem quum ſic loquitur: *At alvi excrementum optimum eſt, quod tum molle tum compactum eſt et qua hora bene valenti dejiciebatur excretum.* Coctionum ventris ſimul indicia tum laudat tum docet. Et vero quum partium reſpirationi inſervientium coctionem collaudaret ac doceret, ſic loquutus eſt: *Sputum in omnibus pulmonis et coſtarum doloribus celeriter ac facile exſpui oportet, ac flavum admodum ſputo commixtum apparere.* Coctionis quidem ſigna ſemper bona ſunt; criſeos vero ſigna non item. Sic ergo inquit: *Signa decretoria quae non decernunt, partim lethalia ſunt, partim indicatu difficilia.* Enimvero quum ait: *quae in melius decernunt ſigna, ea non ſtatim apparere*; eandem ſententiam indicat: nam coctionis ſigna quocunque tempore apparuerint, bona ſunt; ſemper enim totum ipſorum genus bonum exiſtit. Non ergo iſta pugnant cum eo quod nunc dictum

Ed. Chart. IX. [22.] Ed. Baſ. V. (227. 228.)

οὔκουν μάχεται τῷ νῦν εἰρημένῳ τῷ ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον αὐτίκα ἢν ἐπιφαίνηται. τὰ μὲν γὰρ κρίσιμά ποτε γίνεται κακὰ, πέψεως δὲ σημεῖον οὐδὲν οὐδέποτε μοχθηρὸν, ἀλλ' ἀεὶ πάντα χρηστὰ καὶ τοσούτῳ θᾶττον ὑγιασθήσεσθαι δηλοῖ τὸν ἄνθρω- (228) πον, ὅσῳπερ ἂν ἐπιφαίνηται θᾶττον. ἀρκεῖ τοσαῦτα πρός γε παρόν, ὡς ἐν ἐπιτομῇ λελέχθαι. τὴν δ' ὅλην ὑπὲρ αὐτῶν γνώμην τοῦ παλαιοῦ διὰ τῆς περὶ κρίσεων ἐδήλωσα πραγματείας. ἵνα δέ μοι τέλειος ὁ κατὰ τὴν διαίρεσιν, ὃν ἀρτίως εἶπον, ὑπάρχῃ λόγος ὅπως τῶν εἰρημένων διαφέρει τά τε παθογνωμονικὰ καὶ τὰ συνεδρεύοντα καλούμενα δίειμι, προχειρισάμενος ὡς ἐν παραδείγματι, πάθος ἓν αὐτὸ δὴ τοῦτο πρὸς Ἱπποκράτους ὠνομασμένον. ἐπὶ τοίνυν τῆς πλευρίτιδος ὁ μὲν ὀξὺς πυρετὸς ἅμα τῇ δυσπνοίᾳ καὶ τῇ βηχὶ καὶ τῷ κατὰ τὴν πλευρὰν ἀλγήματι νυγμαιώδει, παθογνωμονικὰ σημεῖά εἰσι. τὸ δ' ἤτοι πρὸς ὑποχόνδριον ἢ πρὸς τὴν κλεῖν ἐξήκειν τὴν ὀδύνην, συνεδρεύοντα, καθάπερ γε καὶ τοῦτο ῥᾷον ἐπὶ τοῦ πεπονθότος

eſt, *in pleuriticis, ſi ſputum ſtatim appareat.* Nam ſigna decretoria nonnunquam mala ſunt; ſignum vero coctionis nullum unquam pravum fuit, ſed omnia ſemper optima tantoque celerius hominem convaliturum declarant, quanto celerius apparuerint. Haec ad praeſentem aphoriſmum tanquam compendio dixiſſe ſufficiunt. Totam vero de iſtis ſenis mentem in opere de criſibus aperuimus. Quo vero de ſignorum diviſione ſermo quem modo propoſui, abſolutus exiſtat, quomodo a ſuperioribus differant, tum pathognomonica, tum quae aſſidentia vocantur, libet commemorare, unico exempli gratia in medium adducto morbo, hoc ſane ipſum qui ab Hippocrate nominatus eſt. Igitur in pleuritide acuta quidem febris una cum ſpirandi difficultate tuſſique et lateris dolore punctorio ſigna ſunt pathognomonica. Dolorem autem aut ad hypochondrium aut ad claviculam procedere quemadmodum et facilius in latus affectum, quam in latus alterum ſanum ferre decubitum, ſigna ſunt aſſidentia. At de aſſiſtentibus quidem

Ed. Chart. IX. [22. 23.] Ed. Baſ. V. (228.)

ἢ θατέρου κατακλίνεσθαι πλευροῦ. γέγραπται δὲ καὶ Πραξαγόρᾳ τῷ Νικάνδρου, [23] δύο μὲν τῶν συνεδρευόντων βιβλία, τῶν δ' ἐπιγενομένων ἓν ἕτερον, ὡς εἰ καὶ ἐπιφαινομένων ,ἐπεγέγραπτο. ταῦτα οὖν τὰ ἐπιφαινόμενα, φησὶν ὁ Ἱπποκράτης, εὔκριτά τε καὶ δύσκριτα καὶ βραχέα καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα ἐπιφαινόμενα δηλοῦν. ἐμνημόνευσε δὲ οὐ μόνον πτυέλων, ἀλλὰ καὶ οὔρων καὶ διαχωρημάτων καὶ ἱδρώτων, ἐν παραδείγματι δηλονότι τῶν ἐν τῷ προγνωστικῷ γεγραμμένων ἀναμιμνήσκων ἡμᾶς, ἃ νῦν ἐνταῦθα μεταφέρειν περιττόν. ἔν τε γὰρ τοῖς περὶ κρίσεων εἴρηται κἀν τοῖς εἰς τὸ προγνωστικὸν ὑπομνήμασιν, ἐν οἷς ἔτι καὶ μᾶλλον ὑπὲρ αὐτῶν ἐξηγησάμεθα τὴν γνώμην τοῦ παλαιοῦ.

ιγ'.

Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια πάντων δὲ μάλιστα παιδία. τούτων δὲ αὐτέων, ἅπερ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα.

ſignis duos libros ſcripſit Praxagoras, Nicandri filius; de ſupervenientibus vero ſignis unum alium, ac ſi de ſubapparentibus inſcriberetur. Haec igitur ſubapparentia, inquit Hippocrates, tum morbos judicatu faciles aut difficiles, tum breves aut longos quum apparuerint declarant. Meminit autem non ſolum ſputorum, ſed et urinarum et dejectionum et ſudorum, qui nimirum in prognoſtico conſcripta nobis exemplo ſubjicit, quae huc transferre foret ſupervacaneum: nam de his cum in libro de criſibus diximus, tum in commentariis in prognoſticum, in quibus etiamnum magis ſenis ſententiam explanavimus.

XIII.

Senes primum facillime jejunium ferunt, deinde conſtantes, minus adoleſcentes, minime omnium pueri, atque inter hos ipſos qui ad actiones omnino ceteris promtius feruntur.

Ed. Chart. IX. [23.] Ed. Baſ. V. (228.)

Καὶ ἡ τῶν ἡλικιῶν διαφορὰ συμβάλλεταί τι πρὸς τὰ διαιτήματα. γέροντες μὲν γὰρ εὐφόρως ἀσιτοῦσι, παῖδες δὲ δυσφόρως. ἔστι δὲ τὸ μὲν εὐφόρως κατά τε τὸ μὴ ὀρέγεσθαι καὶ μὴ βλάπτεσθαι, τὸ δὲ δυσφόρως κατὰ τὰ ἐναντία. καὶ γὰρ ὀρέγονται καὶ βλάπτονται μᾶλλον οἱ παῖδες ἐν ταῖς μακραῖς ἀσιτίαις. αἱ δὲ μεταξὺ ἡλικίαι τῆς τε τῶν παίδων καὶ τῆς τῶν γερόντων ἐφ' ὅσον ἂν ἐγγυτέρω τῆς ἑτέρας αὐτῶν ἥκωσιν, ἐπὶ τοσοῦτον ἢ μᾶλλον ἢ ἧττον ἀνιῶνται καὶ βλάπτονται κατὰ τὰς μακρὰς ἀσιτίας. τούτου δὲ τοῦ ἀφορισμοῦ τὴν αἰτίαν αὐτὸς ἐν τῷ ἑφεξῆς διδάσκει, οὗ ἡ ἀρχὴ, τὰ αὐξανόμενα σώματα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ὥστε κἂν εἰ συνάπτειν τις αὐτὸν βούλοιτο καὶ μετὰ τοῦ γὰρ ἐκφέρειν συνδέσμου, γένοιτ' ἂν ὁ λόγος εἷς τε ἅμα καὶ σαφὴς, οὕτως ἔχων, γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια καὶ μάλιστα πάντων παιδία. τὰ γὰρ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. καθεστηκότας δὲ λέγει

Aetatum quoque diſcrimen ad victus rationem inſtituendam aliquid confert. Senes ſiquidem inediam facile ferunt, pueri vero difficile. Haec autem inediae ferendae facilitas ſpectatur, quod ſenes neque appetant, neque inde oblaedantur. Difficultas autem in contrariis exiſtit. Etenim pueri magis appetunt ac longis inediis magis oblaeduntur. Qui vero mediam inter ſenes et pueros aetatem agunt, quanto proprius ad alterutram ipſarum aetatum accedunt, tanto ex longis inediis aut minus aut magis moleſtantur laedunturque. Hujus autem aphoriſmi cauſam in ſequenti docet, cujus eſt initium: *Quae creſcunt corpora, calidum innatum habent plurimum.* Quare et ſi quis ipſum priori copulare velit et cum *enim* conjunctione efferre, una eademque fiet ac manifeſta hoc modo ſe habens oratio: *Senes facillime jejunium ferunt, deinde conſtantes, minus adoleſcentes; minime omnium pueri. Qui namque creſcunt, innati calidi plurimum ſortiuntur.* Aetate vero conſtantes eos appellat, qui nimirum inter ju-

Ed. Chart. IX. [23. 24.] Ed. Baſ. V. (228.)

δηλονότι τοὺς τὴν μέσην ἔχοντας ἡλικίαν, ἀκμῆς τε καὶ γήρως, ὡς παύεσθαι μὲν ἤδη τὰ τῆς ἀκμῆς, μηδέπω δὲ μηδεμίαν αἴσθησιν σαφῆ γήρως ἔχειν. οὕτω δὲ καὶ Θουκυδίδης εἶπε τοὺς ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ. μεταξὺ δὲ ταύτης τε καὶ τῆς τῶν μειρακίων ἡλικίας ἑτέρα τίς ἐστιν ὥσπερ καὶ τῇ τάξει μέση τούτων, οὕτω καὶ κατὰ τὴν εὐφορίαν τε καὶ δυσφορίαν, ὡς μήτ' εὐφόρως ἡμᾶς δύνασθαι φέρειν τὴν ἀσιτίαν, καθάπερ οἱ καθεστηκότες καὶ γέροντες, μήτε δυσφόρως, ὡς τὰ μειράκιά τε καὶ οἱ παῖδες. ἀλλ' οὐκ [24] ἐμνημόνευσεν αὐτῆς ὁ Ἱπποκράτης, ὡς νοεῖσθαι δυναμένης ἐξ ὧν εἶπεν. ἐν γὰρ τῷ φάναι, τούτων δὲ αὐτέων ἃ ἂν τύχῃ, αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα, τὰς φυσικὰς ἐνεφάνισε διαφοράς. ὅσα γὰρ τῶν παιδίων τὸ θερμὸν τὸ ἔμφυτον ἔχει πολύ, ταῦτα καὶ προθυμότερα τῶν ἄλλων ἐστὶ περὶ τὰς τῶν σιτίων προσφορὰς καὶ κρατεῖν μᾶλλον αὐτῶν δύνανται καὶ μὴ λαμβάνοντα μᾶλλον βλάπτεται. τοιοῦτος μὲν ὁ Ἱπποκράτους λόγος· δεῖται μέντοι καὶ βραχείας τινὸς ἔτι προσθήκης εἰς τὸ τέλειον. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἐν ἀρχῇ τῆς γεροντικῆς ἡλικίας ὀρθῶς εἴρηται τὸ γέ-

venes ac ſenes mediam aetatem ſubeunt, ut aut jam ab aetate quidem vigente decedant, necdum tamen ullum manifeſtum ſenectutis ſenſum conſequantur. Sic autem et Thucydides conſtantes appellavit qui conſtantem aetatem agerent. Verum inter hanc et adoleſcentium aetatem alia quaedam intercedit aetas, quae ut ordine, ſic inediae quoque ferendae facilitate ac difficultate media eſt, ita ut per eam aetatem neque nos facile inediam ferre poſſimus, quemadmodum aetate conſtantes ac ſenes, neque difficile, ut adoleſcentes et pueri. Verum ejus aetatis non meminit Hippocrates, quae ex pronunciatis poſſit intelligi. Quum enim diceret: *atque inter hos ipſos qui ad actiones omnino ceteris promtius feruntur*, naturarum differentias manifeſtavit. Talis quidem eſt Hippocratis oratio, quae quo ſit perfectior, conciſa tamen etiamnum additione quadam indiget. De iis etenim quae in ſenilis aetatis princi-

Ed. Chart. IX. [24.] Ed. Baſ. V. (228.)

ροντες εὐφορώτατα νησιείην φέρουσιν· ἐπὶ δὲ τῶν ἐσχατον ἡκόντων γῆρας οὐκ ἔτι ὀρθῶς, ὅτι μηδὲ φέρουσιν ἐκεῖνοι τὰς μακρὰς ἀσιτίας. ἢ τοίνυν προσθετέον ἐστὶ τῷ ἀφορισμῷ βραχύ τε καὶ κατὰ τόνδε τὸν τρόπον αὐτὸν λεκτέον, γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, πλὴν τῶν ἐσχατογήρων, δεύτερον οἱ καθεστηκότες. ἢ τὴν νηστείην ὄνομα μεταθετέον εἰς ὀλιγοσιτίην, καὶ οὕτως ῥητέον. γέροντες εὐφορώτερον ὀλιγοσιτίην φέρουσιν, δεύτερον οἱ καθεστηκότες. εὑρεθήσονται γὰρ καὶ οἱ ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ, εἰ καὶ μὴ φέροντες τὴν μακρὰν ἀσιτίαν, ὀλιγοσιτίας γοῦν δέομενοι. παραπλήσιον γάρ τοι πάσχουσι τοῖς ἀποσβεννυμένοις λύχνοις, οἳ καὶ συνεχεστέρας μὲν δέονται χορηγίας, ἀθρόας δὲ ἅμα καὶ πολλῆς οὐ δέονται. καὶ δὴ καὶ προσήκει τοῖς τοιούτοις διδόναι τὸ σύμπαν πλῆθος ὀλίγον, μερίζοντας δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ ὀλίγον εἰς πλείω μέρη καὶ μὴ μίαν ἀσιτίαν ἐπιφέρειν μακρὰν αὐτοῖς.

---

pio ſunt recte quidem dictum eſt, *ſenes facillime jejunium ferunt*; de iis vero qui ad extremam ſenectutem pervenerunt non item recte, quod hi longas inedias ferre nequeant. Aut igitur aphoriſmo quiddam exiguum addendum eſt, ipſumque hoc modo pronunciandum: *Senes facillime jejunium ferunt*, exceptis *primum* extremo ſenio confectis, deinde aetate conſtantibus, aut vocabulum jejunium in ciborum paucitatem commutandum eſt, atque ita dicendum: *ſenes ciborum paucitatem facilius ferunt;* ſecundo loco qui conſtantem aetatem agunt. Etenim qui extremam agunt ſenectutem, etiamſi longam inediam non ſerant, paucis tamen cibis comperientur indigere. Ipſi namque quiddam patiuntur ſimile, quod lucernis quae exſtinguntur accidit, quae etſi crebram olei ſuppeditationem deſiderant, copioſam tamen ac confertam non poſtulant. Sic ſane et ſenio confectis conducit tum univerſam ciborum copiam paulatim exhibere, tum eam ipſam in plures portiones paucitate partiri, non unam ipſis longam inediam imperare.

Ed. Chart. IX. [24. 25.] Ed. Baſ. V. (228.)

ιδ'.

Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν· πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς, εἰ δὲ μὴ, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμὸν, διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται, ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυνται. διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσι οὐχ ὁμοίως ὀξέες, ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

Εἴρηται ἡμῖν κἀν τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασιν ἐπὶ πλέον ὅπως οἱ ἀκμάζοντες ἐνίοις μὲν τῶν ἰατρῶν, ἐνίοις δὲ οἱ παῖδες ἔδοξαν εἶναι θερμότεροι. [25] ἔχουσι γὰρ οἱ μὲν θριμύτερον τὸ θερμὸν, οἱ δὲ πλέον. ἀνάγκη δὲ καὶ νῦν εἰπεῖν, ὅσον εἰς τὰ παρόντα χρήσιμον, ἐν ὀλίγοις ὡς οἷόν τε μακροὺς περιλαμβάνοντας λόγους. τὸ τοίνυν ὄνομα τουτὶ τὸ θερμὸν ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τὴν ποιότητα φέρομεν, ἧς ἴδιον ὄνομα θερμότης ἐστίν. ἐνίοτε δὲ παρωνύμως ἀπὸ τῆς ποιότητος, ὅλον τὸ σῶμα θερμὸν προσαγορεύομεν καί ἐστιν ἡ

XIV.

Qui creſcunt, calidum innatum copioſiſſimum habent, itaque copioſiſſimo indigent alimento; alioqui corpus abſumitur. Senibus autem paucus calor eſt, propterea ſane pauciſſimis egent fomitibus: a copioſis namque exſtinguitur. Eandem ob cauſam neque ſenibus febres peraeque acutae oboriuntur, frigidum enim eorum corpus.

Qua ratione juventutis vigorem adepti ceteris calidiores nonnullis medicis viſi ſint et qua quibusdam pueri plenius in commentariis de temperamentis dictum eſt. Illi enim acriorem, hi copioſiorem calorem obtinent. Nunc vero etiam neceſſarium eſt dicere, quod ad praeſentem aphoriſmum conducit, longos ſermones, quoad fieri queat, paucis complectentes. Hoc igitur vocabulum, *calidum*, interdum pro qualitate cujus proprium nomen calor eſt, accipimus; interdum vero ab ea qualitate denominantes, totum corpus calidum appellamus. Atque haec loquendi

Ed. Chart. IX. [25.] Ed. Baſ. V. (228. 229.)

χρῆσις ἤδε πολλὴ κατὰ τὸν βίον ἅπαντα καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐδήλωσεν ἐν τῷ περὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ γράμματι. τῆς γὰρ τῶν σωμάτων οὐσίας δεχομένης ἐν μέρει τὰς ἐναντίας ταύτας ποιότητας, θερμότητά τε καὶ ψυχρότητα καὶ ξηρότητα καὶ ὑγρότητα, κατὰ μὲν τὴν δεδιγμένην οὐσίαν, ὅταν ὀνομάζωμεν θερμὸν, τὸ σῶμα λέγομεν, ὀλίγον τε ἢ πολὺ φαμὲν ὑπάρχειν τὸ θερμὸν, τῷ ποσῷ τῆς οὐσίας προσέχοντες τὸν νοῦν, καὶ τοῦτο ποιοῦμεν διττῶς. ἕνα μὲν γὰρ τρόπον ἐπὶ τῶν (229) ἀμίκτων οὐσιῶν, ἕτερον δ' ἐπὶ τῶν μεμιγμένων. ἐπὶ μὲν τῶν ἀμίκτων, ὡς ἂν εἰ καὶ δυοῖν ἐχόντοιν ὕδωρ ὁμοίως θερμὸν ἐν δεξαμεναῖς ἀνίσοις περιεχόμενον, τὸν μὲν ἕτερον πλέον ἔχειν λέγομεν τὸ θερμὸν, ᾧ μείζων ἡ δεξαμενὴ, τὸν ἕτερον ἔλαττον. ἐπὶ δὲ τῶν μεμιγμένων ὡς ἂν ἴσων μὲν ἀλλήλαις οὐσῶν, ἀνίσῳ δὲ μέτρῳ κεκραμένων, ἐξ ὕδατός τε καὶ οἴνου τὴν μὲν ἑτέραν αὐτῶν τὸν οἶνον ἔχειν πλείονα, τὴν δ' ἑτέραν τὸ ὕδωρ φαμέν. ὅσπερ τρόπος ἐστὶ, κἂν ἀνίσους ὑποθώμεθα τὰς δεξαμενὰς εἶναι κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν

conſuetudo cum in omni vita tum apud priſcos vulgaris fuit, ut Theophraſtus in libro qui de calido et frigido inſcribitur declaravit. Quum enim corporum ſubſtantia haſce contrarias qualitates, calorem, frigus, humorem, ſiccitatem viciſſim recipiat, quum ſecundum ſubſtantiam, quae calorem recepit, calidum nominamus, corpus dicimus, multumque aut paucum dicimus eſſe calidum quantitati ſubſtantiae animum advertentes, idque duobus facimus modis: uno quidem in ſubſtantiis non mixtis, altero vero in mixtis. In non mixtis quidem, ut quum duo habeant aquam aequaliter calidam duobus in labris inaequalibus contentam, alterum cui majus eſt labrum plus calidi, alterum minus habere diceremus. In mixtis vero, ut ſi paribus inter ſe labris, ſed inaequali menſura, ex vino et aqua fiat permixtio, alterum ipſorum plus vini, alterum plus aquae continere diceremus. Qui modus etiam exiſtit, ſi inaequalia labra ſupponamus eadem eſſe pro-

Ed. Chart. IX. [25.] Ed. Baſ. V. (229.)

κεκραμένας. ἐνίοτε δὲ οὐ πρὸς τὸ πλῆθος ἀναφέροντες τῆς οὐσίας τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὴν ποιότητα μόνην, τῷ μέν τινι πλέον εἶναι φαμὲν, τῷ δ' ἧττον τὸ θερμὸν, ὡς καὶ δυοῖν δεξαμεναῖν ἴσαιν ἀκριβῶς τὸ μέγεθος, τῆς μὲν θερμοτέρας πλέον εἶναι τὸ θερμὸν λέγομεν, τῆς δὲ ψυχροτέρας ἧττον, οὐκέτι κυρίως ἐνταῦθα τὸ πλέον ἐπιφέροντες. ἄμεινον γὰρ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον καὶ σφοδρότερον καὶ ἀμυδρότερον καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα ταῖς ποιότησιν ἀναφέρειν ὀνόματα, τὸ δ' ὀλίγον καὶ πολὺ κατὰ τοῦ ποσοῦ μόνον τῆς οὐσίας φυλάττειν. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐνταῦθα μόνον αἱ τοιαῦται καταχρήσεις εἰσὶ τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλα πάμπολλα τῶν κατὰ τὸν βίον, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ κατὰ τὴν ἰατρικὴν αὐτήν. ἁπάσας γοῦν τὰς νόσους ὀνομάζουσι μεγάλας τε καὶ μικρὰς, καίτοι γε οὐκ οὔσας οὐσίας, πυρετὸν μέγαν, πυρετὸν μικρὸν, ἀποπληξίαν μεγάλην, ἀποπληξίαν μικρὰν, ὡσαύτως δὲ πλευρῖτιν καὶ φρενῖτιν καὶ περιπνευμονίαν, ἁπάσας τε τὰς ἄλλας. προσέχειν οὖν χρὴ ταῖς ὁμωνυμίαις καὶ σκοπεῖσθαι τί ποθ' ἡ σύμπασα λέξις ἑκά-

portione temperata. Nonnunquam vero non ad ſubſtantiae copiam, ſed ad ſolam qualitatem orationem referentes, illi quidem plus calidi, huic vero minus eſſe dicimus, ut ſi ex duobus labris magnitudine omnino paribus, calidius quidem plus calidi, frigidius vero minus obtinere dixerimus, nequaquam hic vocabulum *plus* uſurpemus. Praeſtat enim et magis et minus et vehementius et remiſſius et quaecunque ſunt ejusmodi vocabula qualitatibus accepta referre, paucum vero et multum in ſola ſubſtantiae quantitate ſervare. Enimvero non hic dumtaxat, ſed cum in aliis permultis, quae dicuntur in vita, tum maxime in arte medendi, hujusmodi nominum ſunt abuſus. Omnes ſiquidem morbos magnos aut parvos nominant, quamvis ſubſtantiae non ſint, febrem magnam, febrem parvam; apoplexiam magnam, apoplexiam parvam; ſic et pleuritidem et phrenitidem et peripneumoniam et ceteros omnes morbos *magnos aut parvos* appellitant. Advertendae igitur ſunt aequivocationes et conſiderandum quid paſſim ſibi

Ed. Chart. IX. [25. 26.] Ed. Baſ. V. (229.)

στοιε βούλεται τοῦ λέγοντος. εἰ γὰρ ἐκείνου καθ' ἑτέρου σημαινομένου τοὔνομα φέροντος ἡμεῖς καθ' ἕτερόν τι δεξάμενοι τὸν λόγον εὐθύνομεν, οὐ τὸν εἰρηκότα δή που κατά γε τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν ἐξελέγξομεν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν ὑπόληψιν, ὥσπερ ἀμέλει κἀνταῦθα ποιοῦσιν ἔνιοι τῶν πρὸς Ἱπποκράτους σπευδόντων ἀντιλέγειν. ἐπὶ γὰρ τὴν ποιότητα μεταφέροντες τοὔνομα τοῦ θερμοῦ, πειρῶνται δεικνύναι σφοδροτέραν ὑπάρχουσαν αὐτὴν τοῖς ἀκμάζουσιν. ἀλλ' Ἱπποκράτης οὐκ ἐπὶ ταύτην, ἀλλ' ἐπὶ τὴν οὐσίαν ἀναφέρει τοὔνομα κατὰ τὸν ἐνεστῶτα λόγον. ἡ γὰρ οὐσία τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ ἀερώδης καὶ ὑδατώδης ὑπάρχει, ὡς ἐκ τοῦ σπέρματος ἔνεστι τεκμήρα- [26] σθαι, παντάπασι μὲν ὀλίγης γεώδους οὐσίας μετέχοντος, τὸ πλεῖστον δ' ἐν αὐτῷ περιέχοντος ἀέρος θερμοῦ τε καὶ ὑγροῦ, ὡς κἀν τοῖς περὶ σπέρματος ὑπομνήμασι δεδήλωται. καὶ μὴν καὶ ἡ ἑτέρα τῆς γενέσεως ἡμῶν ἀρχή, τὸ καταμήνιον, ὑγρὸν δήπου τὴν φύσιν ἐστίν. ὅταν οὖν ἐπὶ τὸ γεωδέστερον μεταβάλλῃ τὸ σῶμα τοῦ ζώου, μεταβάλλει δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐξα-

velit univerſa loquentis oratio. Is namque ſi alio ſignificato nomen quoddam protulerit, nos vero alio accipiamus, orationem redarguimus, non jam illum qui protulit reipſa, ſed noſtram potius exiſtimationem prodimus, quod hoc loco nonnulli moliuntur, qui ſtudent Hippocrati contradicere. Hi enim ad qualitatem calidi nomen transferunt ipſamque aetate florentibus vehementiorem ineſſe demonſtrare nituntur. Verum Hippocrates non ad qualitatem, ſed ad ſubſtantiam praeſenti orationem id nomen refert. Nam innati caloris ſubſtantia aërea eſt et aquea, ut ex ſemine licet conjectari, quod paucam omnino terrenam ſubſtantiam participat, plurimum autem aëris calidi humidique in ſe ipſo continet, quemadmodum in noſtris de ſemine commentariis declaratum eſt. Jam vero et alterum noſtrae generationis principium ſanguis menſtruus, humidum natura eſt. Quum igitur in terreum magis immutatur animalis corpus, immutatur autem quotidiano

Ed. Chart. IX. [26.] Ed. Baſ. V. (229.)

νόμενον, τηνικαῦτα κἂν πάνυ σφόδρα θερμὸν ᾖ καὶ πυρῶδες, ἀλλὰ τήν γε οὐσίαν τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ ὀλιγίστην ἔχει, ἐπεὶ οὕτως ἂν καὶ τοὺς πυρέττοντας εἴπομεν πλεῖστον ἔχειν τὸ ἔμφυτον θερμὸν, οἵτινες οὐχ ὅπως πλέον, ἀλλ' οὐδὲ τῷ πρόσθεν ἴσον ἔχουσιν. εὔκρατος μὲν οὖν ἐστιν ἡ οὐσία τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ, πυρώδης δὲ ἡ τοῦ ἐπικτήτου. καὶ δὴ καὶ αἱ δι' ὅλου τοῦ σώματος ἡμῶν ἀπόῤῥοιαι ἔποντται καπνώδεις μὲν καὶ λιγνυώδεις καὶ ξηραὶ καὶ δριμεῖαι τῷ ἐπικτήτῳ θερμῷ, ἀτμώδεις δὲ καὶ ἡδεῖαι καὶ εὔκρατοι τῷ κατὰ φύσιν, καίτοι διὰ τῆς ἀφῆς ἔνεστι διαγινώσκειν ταῦτα. τὸ μὲν γὰρ τῶν ὑγιαινόντων θερμὸν ἀτμῶδές ἐστι καὶ ἡδὺ καὶ οἰκεῖον τῇ ἀφῇ, μηδὲν ἀνιαρὸν, μηδὲ ταχὺ, μηδὲ δακνῶδες ἔχον. τὸ δὲ τῶν πυρεττόντων καὶ μάλιστα τοὺς ἐκτικοὺς πυρετοὺς ἢ τοὺς ἐπὶ σήψει χυμῶν δριμὺ καὶ ἀηδὲς καὶ δάκνον καὶ διαβιβρῶσκον ἡμῶν τὴν ἀφήν. ἀκριβοῦται δὲ ἡ ὑγιεινὴ ποιότης αὐτοῦ ἐν τοῖς παισὶν, ὡς τῶν γε ἀκμαζόντων τοὺς πλείστους ἔστιν εὑρεῖν δακνῶδες ἤδη τὸ θερμὸν ἔχοντας καὶ οὐκ ἐθ' ὑγρὸν οὐδὲ ἀτμῶδες οὐδὲ

incremento, tum licet admodum vehementer calidum et igneum exiſtat, innati tamen calidi ſubſtantiam habet pauciſſimam; alioqui febricitantes diceremus plurimum habere nativum calorem, qui nedum plus, ſed nec priori aequalem habent. Probe namque temperata eſt caloris nativi ſubſtantia, ignea autem adventitii. Quin et effluvia quae ex univerſo fiunt noſtro corpore ſumida quidem fuliginoſa, arida et acria adventitium; vaporoſa vero ſuavia ac temperata nativum ac ſecundum naturam calorem conſequuntur. Haecque tibi tactu licet dignoſcere: ſanorum enim calor vaporoſus eſt, blandus et tactui familiaris, nihil moleſtum, nihil aſperum, nihil mordax prae ſe ferens; contra febricitantium calor, praeſertimque hecticis febribus aut ex humorum ortis putredine, acris eſt, inſuavis ac mordax noſtrumque exedens tactum. Salubris vero caloris nativi qualitas in pueris exquiſita habetur, ut aetate florentes quam plurimos invenire contingit, qui nativum calorem mordacem habent, non autem amplius

Ed. Chart. IX. [26.] Ed. Baſ. V. (229.)

ἀερῶδες. καὶ οὐδὲν θαυμαστόν· ὁμοίαν γὰρ εἶναι τὴν ἀπόῤῥοιαν δεῖ τῇ ὑποκειμένῃ οὐσίᾳ· ἡνίκα μὲν ὑγρὰ καὶ ἀερώδης ἐστὶν ἡ οὐσία, καὶ τὸ ἀποῤῥέον αὐτῆς ἀτμῶδές ἐστι καὶ ἡδύ· ἡνίκα δὲ γεώδης καὶ ξηρά, τηνικαῦτα καὶ τὸ ἀποῤῥέον καπνῶδες γίνεται καὶ λιγνυῶδες καὶ δριμύ, ὥσπερ γε κἀπὶ τῶν ἐκτὸς αἱ μὲν ἐξ ὕδατος ἀναθυμιάσεις γλυκέος τε καὶ θερμοῦ χρησταὶ καὶ ἀτμώδεις εἰσὶν, αἱ δὲ ἔκ τινος τῶν στερεῶν σωμάτων καιομένου καπνώδεις τε καὶ δριμεῖαι. διττῶν οὖν οὐσιῶν οὐσῶν, καὶ τῆς μὲν ἡδεῖαν ἐχούσης θερμότητα, τῆς δὲ ἀνιαρὰν, τὴν μὲν ἑτέραν πλείστην ἔχει τὰ παιδία, τὴν δ' ἑτέραν οἱ ἀκμάζοντες ὡς πρὸς τὴν ὅλην τοῦ σώματος ἀναλογίαν δηλονότι. ἵνα δὲ καὶ φυσικώτερον ἔτι τὸν λόγον ἀναγαγὼν ἐπὶ τὰ στοιχεῖα τὸ πᾶν διέξειμι, τεττάρων ὄντων στοιχείων ἐξ ὧν τὰ πάντα σώματα κέκραται, τὸ μὲν τῶν παιδίων ἥκιστα μετέχει τοῦ γεώδους, πλεῖστον ἐν ἑαυτῷ κεκτημένον τό τ' ἀερῶδες καὶ ὑδατῶδες. τὸ δὲ τῶν ἀκμαζόντων ἔμπαλιν ὑπὸ ξηρότητος ἐπικρατεῖται

humidum, neque vaporoſum, neque aëreum. Nihilque mirum; effluvium namque ſubjectae ſubſtantiae ſimile ſit oportet, ut quum humida atque aërea ſubſtantia exſiſtit, tum ex ea quod effluit, vaporoſum eſt atque ſuave; quum vero terrea atque arida, tum et quod effluit, fumeum, fuliginoſum eſt et acre, quemadmodum externis in rebus conſpicitur. Nam aquae dulcis et calentis halitus optimi ſunt et vaporoſi; ſolidi vero cujusdam corporis incenſi fumoſi ſunt et acres. Quum itaque duae ſint ſubſtantiae ac illi quidem ſuavis ſit calor, huic vero moleſtus; alteram plurimam habent pueri, alteram aetate florentes, pro totius nimirum corporis proportione. Sed quo phyſice magis etiamnum altius orationem repetam, rem totam ad elementa traducam. Quum quatuor ſint elementa ex quibus omnia corpora temperata ſunt, puerorum quidem corpus in ſe terrenae ſubſtantiae minimum continet, aëreae vero et aquoſae plurimum. Contra vero aetate florentium corpus terrea ſiccitate praevaleſcit, ſed aquea ipſi et aërea

Ed. Chart. IX. [26. 27.] Ed. Baſ. V. (229.)

γεώδους. ἐνδεῖ δ' ἡ ὑδατώδης αὐτοῦ καὶ ἀερώδης οὐσία, ὥστ' εἰ καὶ τὸ τέταρτον τὸ στοιχεῖον ἴσον πῦρ ἐν ἀμφοῖν θείημεν, ὡς ὁμοίως αὐτὰ λέγειν εἶναι θερμά, ἀλλ' οὐ παραπλησίαν γε τὴν θερμὴν οὐσίαν ἐν ἀμφοτέροις αὐτοῖς ὑπάρχειν ἐροῦμεν, τῆς μὲν τῶν παίδων ὑγρᾶς οὔσης, τῆς δὲ τῶν ἀκμαζόντων ξηρᾶς. ἡ μὲν γὰρ ὑγρὰ κατὰ τὸ ἔμφυτον θερμὸν μάλιστα, ἐξ ὑγροῦ γὰρ ἡ γένεσις ἡμῖν, ἡ δὲ ξηρὰ κατὰ τὸ ἐπίκτητον. οὕτως οὖν οἱ μὲν ἄρτι γεγενημένοι παῖδες, οὐσίας θερμῆς ὑδατώδους τε καὶ ἀερώδους πλείστης μετέχοντες, πλεῖστον ἂν ἔχειν λέγονται τὸ ἔμφυτον θερμὸν, οἱ δ' ἀκμάζοντές τε καὶ παρακμάζοντες, εἰς ὅσον αὖται μὲν ἐνδέουσι, [27] περιττεύει δὲ ἡ γεώδης εἰς τοσοῦτον καὶ τὴν οὐσίαν ἔχουσιν ἐλάττονα τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ. ὅτι δ' ἀπορρεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι τῆς ὑγρᾶς καὶ ἀερώδους οὐσίας πλέον ἢπερ τῆς γεώδους, κἂν ὁμοίως ἀμφότεραι θερμαὶ τυγχάνωσιν οὖσαι κατὰ τὴν ποιότητα, πρόδηλον παντί. θεάσασθαι γοῦν σοι τοῦτο κἀπὶ τῶν ἐκτὸς ἐναργῶς ὑπάρχει. τῶν γὰρ εἰς τὴν ὁμοίαν ἡκόντων θερ-

deeſt ſubſtantia. Quare ſi ignem quartum in utrisque elementum pari portione poſuerimus, ita ut ipſa corpora ſimiliter calida eſſe dicantur, non tamen ſimilem ſubſtantiam calidam utrisque ineſſe dixerimus, quum puerorum quidem ſubſtantia humida, juvenum vero ſicca ſit. Humida namque pro caloris nativi ratione potiſſimum eſt, nam ex humido noſter ortus conſtat, ſicca vero per adventitium calorem. Quare recens nati pueri ſubſtantiam calidam, aqueam et aëream plurimum participantes, innati calidi plurimum habere dicuntur. Qui vero aetate tum vigent tum declinant, quanto ipſae deficiant, terreſtris vero exuberat, tanto pauciorem habent nativi caloris ſubſtantiam. Quod vero plus aquae et aëreae ſubſtantiae, quam terrenae defluere, etiamſi ambae ſint peraeque calidae, ſecundum qualitatem cuique innoteſcit. Hoc quoque externis in rebus manifeſte licet intueri. Nam ex corporibus ſimili calore praeditis par aequalisque materia

Ed. Chart. IX. [27.] Ed. Baſ. V. (229. 230.)

μότητα σωμάτων οὐκ ἴσον ἀπορρεῖν φαίνεται, ἀλλὰ τῶν μὲν ξηρῶν ἐλάχιστον, τῶν δ' ὑγρῶν πλεῖστον. αὐτίκα γοῦν ὕδατος μὲν καὶ ἐλαίου θερμῶν μετρίως γενομένων πλεῖστον ἀπορρεῖ καὶ διαφορεῖται, σιδήρου δὲ καὶ χαλκοῦ καὶ λίθων ἐλάχιστον, ὥστε καὶ εἰ καταθεῖναι βουληθείης εἰς ἥλιον θερμότατον ὕδωρ, εἰ οὕτως ἔτυχε, καὶ σίδηρον ἴσα τῷ σταθμῷ ποιήσας, εἶτα διελθούσης ὅλης τῆς ἡμέρας ἄμφω στῆσαι, τὸ μὲν ὕδωρ εὑρήσεις ἔλαττον ἑαυτοῦ παραπολὺ γεγενημένον, τὸν δὲ σίδηρον ἴσον. οὕτως δὲ καὶ ἔλαιον εἰ θέλεις [παραβάλλειν χαλκῷ καὶ σιδήρῳ καὶ λίθῳ, τὸ μὲν ἐκδαπανώμενον εὑρήσεις, τὰ δ' ὑπομένοντα κατὰ τὸν ὄγκον τῆς οὐσίας. ἐντεῦθεν δὲ μεταβαίνων ἐπὶ κηρόν τε καὶ πίτταν, ἄσφαλτόν τε καὶ ῥητίνην, ὅσα τ' ἄλλα πλείστης ὑγρᾶς οὐσίας μετέχει, θεάσῃ καὶ ταῦτα ἐν ἡλίῳ θερμῷ πολὺ πλέον δαπανώμενα καὶ ἀπορρέοντα ἢ περ τοῦ (230) λίθου τε καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου καὶ τῶν ἄλλων τῶν οὕτω ξηρῶν. ὥστ' εἴπερ ἡ χρεία τῆς τροφῆς ἀναπλήρωσίς ἐστι τῶν ἀπορρεόντων ἐκ τοῦ σώματος, ἀπορρεῖ δὲ τῶν ὑγροτέρων τε

effluere videtur, ſed ex ſiccis minima, ex humidis plurima. Exempli gratia ex aqua et oleo modice calefactis materiae plurimum defluit atque diſcutitur; ex ferro autem, aëre et lapidibus minimum, proindeque ſi ad ſolem calidiſſimum aquam, ſi ita fors tulerit, et ferrum aequo pondere volueris exponere, ac deinde transacto die toto utrumque perpendas, aquam profecto ſe ipſa multo pauciorem factam, ferrum vero ſibi par comperies. Ita quoque ſi oleum aëri, ferro et lapidi comparare velis, illud quidem abſumi, haec vero eadem ſubſtantiae mole permanere deprehendes. Hinc autem ſi ad ceram, picem, bitumen et reſinam emigres et quaecunque cetera humidam ſubſtantiam plurimam ſortiuntur, tum haec ſole ſub ardenti multo uberius abſumi ac effluere, lapidem quam aes et ferrum et cetera hoc modo ſicca corpora conſpicies. Quare ſi uſus alimenti ſit eorum quae e corpore effluxerint inſtauratio, ex humidioribus vero et aëreae ſubſtan-

Ed. Chart. IX. [27.] Ed. Baf. V. (230.)

καὶ ἀερωδεστέρων πλέον, ἀναγκαῖον καὶ τροφῆς πλείονος δεῖσθαι τὰ τοιαῦτα. τὸ δὲ τῶν παίδων σῶμα τοιοῦτόν ἐστιν, ὑγρᾶς καὶ ἀερώδους οὐσίας πλέον μετέχον, οὐχ ὡς τοῦ τῶν ἀκμαζόντων καὶ παρακμαζόντων καὶ γερόντων, ξηρᾶς καὶ γεώδους. ὁ τοίνυν Ἱπποκράτης ἐπειδὴ προὔκειτο κατὰ τόδε τὸ βιβλίον αὐτῷ σύντομόν τε καὶ ἀφοριστικὴν ποιεῖσθαι τὴν διδασκαλίαν, οὐχ οὕτως διῆλθεν τὸν λόγον ὡς ἐγὼ νῦν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ φάναι τὰ αὐξανόμενα, κἂν ἴσον ἐν αὐτοῖς ἔχῃ θερμῆς οὐσίας καὶ πυρώδους τοῖς ἀκμάζουσιν, ἀλλὰ τῆς γε ὑδατώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας πλέον ἔχει τὰ αὐξανόμενα, πλεῖστον εἶπεν ἔχειν τὸ ἔμφυτον θερμόν, ἅμα μὲν ἀναμιμνήσκων ἡμᾶς τῆς οὐσίας αὐτῶν, ἅμα δὲ τὸ προκείμενον ἀποδεικνύς. ἐπειδὴ γὰρ ὑγρὰν καὶ θερμὴν ἔχει τὴν οὐσίαν τὰ αὐξανόμενα, διὰ τοῦτο πλεῖστον ἀπορρεῖν αὐτῶν ἀναγκαῖόν ἐστι, πλείστης τε δεῖται τροφῆς. εἰ δὲ μή, τὸ σῶμα ἀναλίσκεσθαί φησιν εὐλόγως. ἔνθα γὰρ τὸ μὲν ἀπορρέον πλεῖστον, τὸ δ' ἐπιῤῥέον ὀλίγον, ἐνταῦθα ἀναγκαῖον δια-

tiae plus habentibus liberalius id effluat, ejusmodi quoque corpora copiosiore egeant alimento necesse est. At ejusmodi puerorum corpus uberioris humidae et aëreae substantiae est particeps, non ut juvenum, declinantium atque senum siccae terrenaeque. Quum igitur Hippocrati propositum esset aphoristicam hoc libro et compendiosam doctrinam adstruere, non quomodo feci sententiam explicavit, sed pro eo quod dicere poterat, *qui crescunt*, parem licet cum juvenibus substantiam habeant calidam et igneam, ut aquosae certe et aëreae substantiae plus habere fatendum, ita is dixit, *qui crescunt*, *calidi innati* habent plurimum, eadem opera nobis in memoriam eorum substantiam redigens et propositum demonstrans. Nam quia humidam et calidam habent substantiam qui adolescunt, propterea ex ipsis plurimum effluere plurimoque indigere alimento necesse est, alioqui corpus, inquit, absumitur probaque ratione. Ubi enim quod effluat plurimum est, quod vero influat, paucum, hic subjectam corrumpi sub-

Ed. Chart. IX. [27. 28.] Ed. Baſ. V. (230.)

φθείρεσθαι τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν. γέρουσι δ' ὀλίγον τὸ θερμὸν, τούτοις μέν γε κατ' ἄμφω τὰ σημαινόμενα τῆς πρυσηγορίας ὀλίγον ὑπάρχει τὸ θερμὸν, εἴτ' ἐπὶ τὴν ποιότητά τις ἀναφέρει τὸν λόγον εἴτ' ἐπὶ τὴν οὐσίαν. καὶ γὰρ καὶ ἡ ποιότης ἀμυδρὰ καὶ ἡ οὐσία ἐλαχίστη, εἴπερ τι μεμνήμεθα τῶν προειρημένων. διὰ τοῦτ' ἄρα, φησὶν, ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται· ὑπεκκαύματα τὰς τροφὰς ὠνόμασεν, ἑπόμενος τῷ ἑαυτοῦ δόγματι καὶ σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἐνδοξοτάτων φιλοσόφων, οἵτινες τῶν συντιθέντων στοιχείων τὰ ζῶα τὸ θερμὸν αἰτιώτατον ἐνόμιζον εἶναι τῆς ζωῆς. ὥσπερ γὰρ αἱ λυχνιαῖοι φλόγες, καίτοι τροφὴν ἔχουσαι τοὔλαιον, ὅμως ἐὰν ἀθρόως τις ἐπιχέῃ, σβέννυνται μᾶλλον ἢ τρέφονται, κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τὸ ἐν τοῖς γέρουσι θερμὸν ὑπέκκαυμα μὲν ἔχει τὰς [28] τροφὰς, εἰ δὲ πολλαῖς καὶ ἀθρόαις ἐπισωρεύσεσι καταπνίγοιτο, σβεσθῆναι κίνδυνος αὐτὸ, καθάπερ εἰ καὶ σμικρῷ σπινθῆρι πυρὸς, πλῆθος ἐπισωρεύσαις ξύλων. καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖς γέρουσιν οὐχ ὁμοίως ὀξέες, τὸ δ' ἐπιφερόμενον τεκμή-

ſtantiam neceſſe eſt. Senibus vero paucum ineſt calidum, his ſane ex utraque appellationis ſignificatione paucum ineſt calidum, ſive quis ad qualitatem orationem referat, ſive ad ſubſtantiam. Nam et qualitas imbecilla et ſubſtantia minima eſt, ſi cujusdam praedictorum meminerimus, propterea, inquit, *paucis indigent fomitibus.* Nam ſomites cibos nominavit ſuam ſequutus ac prope omnium celeberrimorum philoſophorum ſententiam, qui inter elementa animantes conſtituentia calorem primarium auctorem eſſe arbitrantur. Quemadmodum enim lucernarum flammae, quamvis oleum pro pabulo habeant, ſi quis tamen id confertim affundat, exſtinguuntur potius quam aluntur, eodem ſane modo et in ſenibus calidum pro fomite quidem habet cibos, ſed ſi copioſis confertisque eorum cumulis opprimatur, ne ipſum exſtinguatur periculum eſt, peraeque ac ſi exili ignis ſcintillae ingentem lignorum ſtruem aggeras. Quod autem ſubſequitur: *eandemque ob cauſam neque ſenibus peraeque febres acutae oboriuntur*, certum

Ed. Chart. IX. [28.] Ed. Baſ. V. (230.)

ριον οὕτως ἐστὶν καὶ αὐτὸ τοῖ ψυχρὸν εἶναι τὸ τῶν γερόντων σῶμα καὶ ὅτι μάλιστα τροπῇ τῆς ἐμφύτου θερμότητος ἐπὶ τὸ πυρῶδες ὁ πυρετὸς γίνεται. ἀλλά τοι τηλικαύτην τροπὴν συμβῆναι τοῖς γέρουσιν, ὡς εἰς ἴσον ἀφικέσθαι τῇ τῶν νεωτέρων, οὐ πάνυ τι δυνατόν, τὸ μὲν γὰρ πολὺ θερμὸν ἑτοίμως ἐπὶ μήκιστον αἴρεται, τὸ δ' ὀλίγον οὐ ῥᾳδίως, ἀλλὰ μεγίστης δεῖται τῆς βιαζομενης αἰτίας αὐτό. διὰ τοῦτο οὖν οὔτε πυρέττουσιν οἱ γέροντες, ὁμοίως τοῖς νέοις ὀξεῖς πυρετοὺς ὡς τὰ πολλὰ καὶ εἴ που σπανίως γένοιτό τις ὁποῖος ἐν νέῳ, πάντως οὗτος εἰς ὄλεθρον τοῦ κάμνοντος τελευτᾷ. ἐνδείκνυται γὰρ ἐξαίσιόν τι μέγεθος τῆς ἐργαζομένης αὐτὸν αἰτίας. ταῦτα ἀρκεῖ τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν εἰς νόησίν τε καὶ πίστιν ὧν Ἱπποκράτης ἔγραψεν· ὅσοι δὲ οὐκ ὀρθῶς ἐνεκάλεσαν αὐτῷ, καθάπερ καὶ Λύκος, ἓν ὅλον πρὸς ἐκείνους ὑπ' ἐμοῦ γέγραπται βιβλίον ἀπολογούμενον ὑπὲρ ὧν ἐπηρεάζουσιν τὸν ἀφορισμόν. ἐπιγέγραπται δὲ τὸ βιβλίον πρὸς Λύκον, ὅτι μηδὲν ἡμάρτηται κατὰ

profecto eſt indicium, tum quod frigidum ſit ſenum corpus tum quod nativi caloris maxime in igneum facta mutatione febris accendatur. Verum tantam evenire ſenibus caloris converſionem, ut ad aequales juniorum gradus accedat, vix prorſus fieri poteſt. Copioſus namque calor prompte in immenſum attollitur, paucum vero non facile, ſed maximam ad hoc quae cogat cauſam deſiderat. Quamobrem neque ſenes ut plurimum peraeque ac juvenes acuta febre febricitant, etſi quando ſeni, quod rarum eſt, qualis juveni, oboriatur febris, haec prorſus in aegrotantis perniciem finitur. Immenſam enim quandam cauſae febrem efficientis magnitudinem prodit. Haec ſecundum naturam ſe habentibus ad eorum quae ſcripſit Hippocrates tum intelligentiam tum fidem ſufficiunt. Qui vero ipſum improbe reprehenderunt, qualis fuit Lycus, adverſus eos unus a nobis liber ſcriptus eſt integer, qui ea diluit, quibus ipſi aphoriſmum oppugnant. Liber autem inſcriptus eſt adverſus Lycum, quod nihil erratum ſit in

Ed. Chart. IX. [28.] Ed. Baſ. V. (230.)

τὸν ἀφορισμὸν οὗ ἡ ἀρχὴ, τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. ἐδόθη δέ μοι τὸ τοῦ Λύκου βιβλίον ἤδη γεγραμμένων τῶν ὑπ' ἐμοῦ ὑπομνημάτων. ὅθεν αὐτὸς μὲν τούτοις ἐνέθηκα τήνδε τὴν ῥῆσιν οὐκ οὖσαν ἐν τοῖς προεκδοθεῖσιν· ἰδίᾳ δὲ καθ' ἕτερον βιβλίον ἀπελογησάμην ὑπὲρ ὧν ἐνεκάλεσεν Ἱπποκράτει.

ιε'.

Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖον ἔχουσι, τροφῆς οὖν πλείονος δέονται. σημεῖον αἱ ἡλικίαι καὶ ἀθληταί.

Αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος συντελοῦσιν εἰς τὴν δίαιταν οὐκ ὀλίγον. ἐν μὲν γὰρ τῷ χειμῶνι καὶ ὀρέγονται πλειόνων οἱ

aphoriſmo cujus exordium eſt: *Qui creſcunt, calidum innatum habent plurimum.* Datus autem mihi eſt liber Lyci, ſcriptis jam a me hiſce commentariis, unde his ipſe haec verba ſubjunxi, quae in commentariis prius editis non exiſtunt. Separatim autem alio in libro quae Hippocrati Lycus objecerat ea refutavi.

XV.

Ventres hieme ac vere natura calidiſſimi ſunt ſomnique longiſſimi. Per eas igitur anni tempeſtates copioſiora cibaria exhibenda. Etenim nativum calorem copioſiorem ſortiuntur, proindeque copioſiore alimento indigent, quorum aetates et athletae ſigna ſunt.

Tempeſtates anni ad victus rationem inſtituendam non parum conferunt. Hieme ſiquidem uberiores cibos homi-

Ed. Chart. IX. [28. 29.] Ed. Baſ. V. (230.)

ἄνθρωποι καὶ πέπτουσι ῥᾷον αὐτὰ, κατὰ δὲ τὸ θέρος ἔμπαλιν. τὴν δὲ αἰτίαν αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης εἶπεν ἀποφηνάμενος, τὰς κοιλίας χειμῶνος καὶ ἦρος θερμοτάτας εἶναι. [29] τί δέ ἐστιν αὐτὸ τὸ φύσει καὶ ὅτι οὐ μάτην αὐτῷ προσέθηκεν ἐν τῷδε τῷ ἀφορισμῷ ὀλίγον ὕστερον ἐξηγήσατο, φάμενος, καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πολὺ πλείστης οὖν τροφῆς δεῖται. αἱ γοῦν κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τῷ φυσικῷ θερμῷ θερμόταται, οὗ τὴν οὐσίαν ἔμπροσθεν ἐδήλωσα διὰ τί δὲ τοῦ χειμῶνος αὐξάνεται τοῦτο καὶ Ἀριστοτέλης εἶπεν, ὑποφεύγει γὰρ διὰ τὸ περιϊστάμενον ἔξωθεν κρύος, ὥσπερ αὖ πάλιν ἐν τῷ θέρει πρὸς τὸ συγγενὲς ἀποτείνεται. καὶ οὕτω συμβαίνει διαφορεῖσθαι μὲν αὐτοῦ καὶ σκεδάννυσθαι τὴν οὐσίαν ἐν τῷ θέρει, συνέχεσθαι δὲ καὶ σφίγγεσθαι καὶ εἰς βάθος ὑποχωρεῖν ἐν τῷ χειμῶνι. διὰ τοῦτο οὖν καὶ αἱ πέψεις καὶ αἱ ἐξαιματώσεις καὶ αἱ θρέψεις ἀμείνους εἰσὶν ἐν ταῖσδε ταῖς ὥραις. προσέθηκε δὲ καὶ ἄλλο τι συμβεβηκὸς αὐτοῖς τὸ καὶ τοὺς ὕπνους μακροτάτους γίνεσθαι, διὰ

nes tum appetunt tum concoquunt; contra per aeſtatem. At cauſam ipſe Hippocrates profert, quum ventres hieme et vere natura calidiſſimos eſſe pronunciat. Quid autem id ſit vocabulum *natura*, quodque non temere id ipſe hoc in aphoriſmo adjecerit, paulo poſt explicavit hiſce verbis: etenim innatus calor copioſus eſt, plurimo itaque indiget alimento. Ventres itaque hieme et vere ſunt calidiſſimi, non ſimpliciter, ſed calore naturali, cujus ſubſtantiam antea declaravimus. Sed cur is calor hieme augeatur etiam Ariſtoteles explicuit, qua in profundum extrinſecus circumſtante frigore refugiat, quemadmodum contra aeſtate ad congenerem calorem externum protenditur. Atque ita contingit diſcuti quidem ac diſſipari ejus ſubſtantiam per aeſtatem; contineri vero et coërceri ac in profundum ſecedere per hiemem. Propterea igitur et coctiones et ſanguificationes et nutritionibus hiſce tempeſtatibus ſunt meliores. Addidit autem et aliud quoddam accidens, longiſſimos nimirum ſomnos fieri, ob noctium

Ed. Chart. IX. [29.] Ed. Baſ. V. (230.)

τὸ μῆκος δηλονότι τῶν νυκτῶν, οὐ σμικρὸν οὐδ' αὐτὸ συντελοῦν εἰς τὰς φυσικὰς ἐνεργείας. τὸ δ' ἐπὶ τέλει προσκείμενον σημεῖον, αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἀθληταὶ τοῦ δεῖσθαι τροφῆς, ἔνθα πλεονάζει τὸ θερμὸν ἀξιόλογον τεκμήριόν ἐστιν. οἵ τε γὰρ παῖδες διότι τὸ θερμὸν ἔχουσι πλεῖστον, διὰ τοῦτο καὶ δέονται πλειόνων καὶ περιγίνονται· οἵ τε ἀθληταὶ διότι τοῖς γυμνασίοις αὐξάνουσι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, διὰ τοῦτο καὶ τροφῶν ἀπολαύειν δύνανται πλειόνων. τὰ μὲν οὖν εἰρημένα κατὰ τὸν ἀφορισμὸν αὐτάρκως ἐξηγησάμεθα· περὶ δὲ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀληθείας εἴ τις σκοποῖτο, μὴ κατὰ πάντων ἐκτεινέτω τῶν ζώων τὸν λόγον, ἀλλ' ἀποχωριζέτω τὰ φωλεύοντα. ταυτὶ γὰρ οὐ δεῖται πλείονος τροφῆς ἐν τῷ φωλεύειν· εἴ γε καὶ μηδ' ὅλως ἐσθίοντα διαρκεῖ καὶ καθ' ὑπόθεσιν προσηνέγκατο τοσαύτην ὅσην πρὶν φωλεύειν ἐχρῆτο, κακῶς ἂν αὐτὴν ἔπεψεν. ὁποῖον γάρ τι κατὰ τὰς ψυχρολουσίας συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις, τοιοῦτον τοῖς ζώοις ἐν τῷ χειμῶνι. συμβαίνει δὲ τοῖς ἐν ψυχρῷ λουομένοις, οἷς μὲν ἀσθενές ἐστι τὸ σῶμα, ψύχεσθαί τε

videlicet longitudinem, quae res etiam non parum ad naturales functiones confert. Quod vero in fine adjicitur, *indicia ſunt aetates et athletae*, cibi indigentiae, ubi calor exuberat, praeclarum indicium eſt. Etenim pueri, quia calorem plurimum habent, propterea et pluribus indigent alimentis et plura concoquunt. Athletae quoque, quia exercitiis calorem nativum augent, ideo multis frui poſſunt alimentis. Quae igitur in aphoriſmo dicuntur, ſatis explicuimus. Si quis vero ipſorum veritatem exploret, non ad omnia animalia extendat, ſed ea excludat, quae ſubterraneis in latibulis degunt. Haec enim quamdiu ſub terra ſe recondunt, copioſiore non egent alimento; quandoquidem non omnino comedentia perdurant. Atque ex ſuppoſitione, ſi ea tanto utantur cibo, quanto, antequam reconderentur, male ipſum concoquerent. Quod enim hominibus contingit aqua frigida lotis, idem etiam animalibus accidit hieme. Contingit autem illis frigida lotis, quibus imbecillum quidem corpus eſt, tum refrige-

Ed. Chart. IX. [29.] Ed. Baſ. V. (230. 231.)

καὶ βλάπτεσθαι, οἷς δὲ ἰσχυρὸν ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα τὴν θερμασίαν εἰς τὸ βάθος ὑποφεύγουσαν ἀθροίζεσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν ἐπανέχεσθαι καὶ πολὺ πλείονα τῆς ἔμπροσθεν ὑπαρχούσης αὐτῆς. οὕτω δὲ καὶ τῶν ζώων ὅσα μέν ἐστι ψυχρότερα φύσει, νικᾶται τούτων ὑπὸ τοῦ κατὰ τὸν χειμῶνα κρύους, τὸ ἔμφυτον θερμὸν ὡς ὀλίγου δεῖν (231) αὐτὸ ἀποσβέννυσθαι καὶ διὰ τοῦτ' αὐτῶν τὰ πλεῖστα παραπλήσια νεκροῖς ἔστιν ἰδεῖ, ἀναίσθητά τε ἅμα καὶ ἀκίνητα κατὰ τοὺς φωλεοὺς κείμενα. τινὰ δὲ καὶ παντάπασιν ἐν τῷ τοιούτῳ πάθει διαφθείρεται. τὰ δὲ πολυαιμότερα καὶ θερμότερα τῶν ζώων ὅμοιόν τι πάσχει κατὰ τὸν χειμῶνα τῷ συμβαίνοντι τοῖς ἰσχυροῖς σώμασιν ἐπὶ τοῖς ψυχροτέροις λουτροῖς. ἀθροίζεται γὰρ αὐτῶν ἐν τῷ βάθει τὸ θερμὸν, οὐ μὰ Δία τῶν σαρκῶν ἀποφευγουσῶν εἰς τοῦτο καὶ καταλιπούσης ἑκάστης ἣν ἔξ ἀρχῆς εἴληφε χώραν, ἀλλὰ τοῦ πνεύματος ἅμα τῷ αἵματι. τρία δ' ἦν ταῦτα σώματα τὰ τὴν ἀρχέγονον ἡμῶν οὐσίαν συμπληροῦντα, πνεῦμα καὶ αἷμα καὶ ἡ ὀρῴδης ὑγρότης, ἐξ ἧς

rari, tum laedi; quibus vero robuſtum, quamprimum ſane calorem in altum refugere ac colligi; poſtea vero ad externam ſuperficiem remeare eumque multo quam antea ampliorem evadere. Sic et animalium omnium natura frigidiorum calor innatus ab hiberno frigore vincitur, adeo ut propemodo exſtinguatur, unde ipſorum plurima mortuis ſimilia conſpicere licet ſine ſenſu ac ſine motu in latebris jacere; quaedam etiam prorſus hoc in ipſo affectu moriuntur. Quibus vero animalibus copioſior eſt tum ſanguis tum calor, huic ſimile quiddam hieme patiuntur, quod corporibus robuſtis frigidiore balneo lotis accidit. Nam eorum calor in profundum cogitur, non, per Jovem, carnibus illuc fugientibus et unaquaque locum, quem ab initio ſortiebatur, deſerente, ſed cum ſanguine, ſpiritu. Tria autem erant haec corpora quae primigeniam noſtri ſubſtantiam compleverunt, ſpiritus, ſanguis et ſpermaticus humor, ex quo in primis quidem, ut

Ed. Chart. IX. [29. 30.] Ed. Baſ. V. (231.)

κατ' ἀρχὰς μὲν, ὡς ἐν τοῖς περὶ σπέρματος ἐδιδάξαμεν, ἡ γένεσις τοῖς σιερεοῖς τοῦ ζώου μορίοις, ὕστερον δὲ ἡ αὔξησίς τε καὶ θρέψις ἐν τούτοις προσέρχεται. ὅτι μὲν οὖν ἄμεινον ἐν τῷ χειμῶνι πέπτομεν, τοῦ αἵματος εἴσω καὶ τοῦ πνεύματος εἰς [30] τὸ βάθος ὑποκεχωρηκότων, εὔδηλον παντί. λέγει γοῦν οὐ τοῦτο μόνον ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλ' ὅτι καὶ συμφέρει πλείω λαμβάνειν. ἐν ταύτῃσι γὰρ, φησὶ, τῇσιν ὥρῃσι, τοῦτ' ἔστι χειμῶνος καὶ ἦρος, καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ μὴν εἴπερ γε ὀλίγον ἀπορρεῖ καὶ διαπνεῖται χειμῶνος εἰς τοὐκτὸς, οὐ δεῖται τὰ σώματα πολλοῦ τοῦ θρέψοντος, ἀναπλήρωσις γάρ ἐστι τοῦ κενωθέντος ἡ θρέψις. ἀνάλογον οὖν εἶναι χρὴ τὸ ποσὸν τῆς τροφῆς τῷ ποσῷ τῆς διαπνοῆς. ὅτι μὲν οὖν ἐστιν ἀληθὲς τὸ μὴ μόνον ἐν χειμῶνι πέττειν ἡμᾶς ἄμεινον, ἀλλὰ καὶ λαμβάνοντας ὀλίγα, καταψύχεσθαί τε καὶ διὰ τοῦτο βλάπτεσθαι, προσφερομένους δὲ πλείονα μηδενὶ τῶν πληθωρικῶν ἁλίσκεσθαι νοσημάτων αὐτὸ τὸ γενόμενον ἐναργῶς μαρτυρεῖ. τῆς δὲ αἰτίας ἡ ζήτησις ἐν κοινῷ προκείσθω· οὐ γὰρ δὴ

in libris de ſemine docuimus, ſolidis animantis partibus ortus eſt, poſtea vero auctio et nutritio his accedunt. Quod igitur melius hieme cibos concoquamus, intro ſanguine ac ſpiritu in profundum corporis ſecedentibus, omnibus innoteſcit. Dicit itaque non id ſolum Hippocrates, ſed etiam quod cibos copioſiores capere conferat. Hiſce namque tempeſtatibus, inquit, hoc eſt hieme et vere, copioſiora cibaria exhibenda. At certe ſi paucum effluat ac foras per hiemem exhalet, corpora copioſis non egent alimentis, nutritio ſiquidem eſt evacuati inſtauratio. Quantitas igitur alimenti perſpirationis quantitati reſpondeat oportet. Quod itaque verum ſit nos hieme non ſolum melius cibos concoquere, ſed etiam paucis aſſumtis tum perfrigerari tum propterea oblaedi, pluribus autem aſſumtis in nullos plethoricos incedere morbos, ipſe rei eventus manifeſte teſtatur. Cauſae vero inquiſitio in vulgus proponatur: non enim haec quaeſtio ſoli Hippocrati,

Ed. Chart. IX. [30.] Ed. Baſ. V. (231.)

Ἱπποκράτει γε μόνῳ μάχεται τὸ προβεβλημένον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. οὐδεὶς οὖν ἐστιν ὃς οὐ φησι διαπνεῖσθαι τὰ τῶν ζώων σώματα τῇ διὰ τῶν ἀδήλων αἰσθήσει διαπνοῇ πόρων. φανερὸν γὰρ τῷ εἰς χρείαν ἥκειν τροφῆς ὅτι κενοῦται, ὡς εἴ γε μηδὲν ἡμῶν ἀπέρρει, διὰ παντὸς δ' ἐφυλάττετο τῆς οὐσίας ὁ ἀρχαῖος ὄγκος, οὐκ ἂν οὐδὲ τροφῆς ἐδεόμεθα. σκόπει τοίνυν εἰ κἀνταῦθα τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασιν ἄπορος ὁ λόγος Ἱπποκράτει δὲ καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ μόνοις εὔπορος. οὐ γὰρ ἄλλο τι τὸ διαπλάσαν ἐξ ἀρχῆς τὸ ζῶον, ὥσπερ οὐδ' αὖθις αὐξῆσαν, ἢ μέχρι τελευτῆς τρέφον, ὅτι μὴ τὸ θερμὸν τοῦτο τὸ ἔμφυτον, ὑπὲρ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ. τοιγαροῦν τοῦτο πάντων τῶν φυσικῶν ἔργων αἴτιον ὑπάρχον, ἐπειδὴ πλεῖόν ἐστιν ἐν τῷ χειμῶνι καὶ τὰς ὀρέξεις ἐπιτείνει καὶ τὰς πέψεις αὐξάνει καὶ πλέον ἀθροίζει τὸ αἷμα καὶ παχύνει τὸ σῶμα καὶ τοῦ κενοῦν τὰ περιττώματα προνοεῖται. τὸ μὲν γὰρ πέριξ θάλπος οὐ τὰ περιττὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάνθ' ὁμοτίμως ἐκκενοῖ διαφοροῦν

ſed et ceteris omnibus reluctatur. Nullus enim eſt, qui animalium corpora, ea quae per abditos ſenſibus meatus fit, perſpiratione diſſlari ac diſſipari non fateatur. Hinc enim conſtat ad alimenti penuriam ea venire, quod evacuentur, ita ut ſi nihil noſtrum efflueret, ſed priſtina ſubſtantiae moles perpetuo ſervaretur, nulla prorſus alimenti foret neceſſitas. Verum animadverte, num hic ceteris quidem omnibus haec quaeſtio ſit inexplicabilis; Hippocrati vero ſolisque ejus ſectatoribus explicabilis. Neque enim aliud quidquam animal efformavit, ut neque rurſum adauxit aut aduſque mortem aluit, praeterquam calor nativus, de quo nunc ipſi oratio eſt. Hic igitur quum ſit omnium functionum naturalium cauſa, quia hieme copioſior, propterea cibi appetentiam vehementius excitat, coctiones auget, plus ſanguinis accumulat, craſſius corpus efficit et ut excrementa vacuentur providet. At nos undique circumſtans calor non modo ſuperfluitates, verum etiam aequaliter omnia tum quae ſimul cum ſuperfluita-

Ed. Chart. IX. [30.] Ed. Baſ. V. (231.)

ἅμα τοῖς περιττοῖς τῶν ἐν τῷ ζώῳ καὶ τὰ κατὰ φύσιν ἐν αὐτῷ περιεχόμενα κατὰ τὴν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὀνομαζομένην ἄδηλον διαπνοὴν, ἔμφυτον ἐργάζεται θερμόν. οὐ γὰρ δὴ ἄλλο τι τοῖς ζώοις ἡ φύσις ἐστὶν ἢ τοῦτο κατὰ τὸν Ἱπποκράτους λόγον. δέδεικται δ' ὑφ' ἡμῶν ἐν τοῖς περὶ φυσικῶν δυνάμεων οὐ μόνον ὀρεγομένη καὶ κατεργαζομένη καὶ προσφύουσα τοῖς μορίοις ἡ φύσις ἑκάστῳ τὴν οἰκείαν τροφὴν, ἀλλὰ καὶ διαφοροῦσα τὰ περιττώματα ταύτης καὶ ὅσῳ περ ἂν ᾖ ῥωμαλεώτερον τὸ ἔμφυτον θερμὸν, τοσοῦτο μᾶλλον ἐκφεύγει τὴν αἴσθησιν ἡ διαπνοή. καὶ διὰ τοῦτο παρὰ φύσιν εἶναι τοὺς ἱδρῶτας ὁ Διοκλῆς εἶπεν, ὅτι καλῶς ἁπάντων διοικουμένων τῶν κατὰ τὸ σῶμα, κρατουμένης τῆς τροφῆς ὑπὸ φύσεως, οὐκ ἄν ποτε αἰσθητὴ διὰ τοῦ δέρματος ὑγρότης ἐκκριθείη. ὅσα γὰρ ἐν βαλανείοις ἢ γυμναζομένοις σφοδρῶς ἢ διὰ θερινὸν θάλπος ἱδροῦσιν ἄνθρωποι, βιαίων αἰτίων εἰσὶν ἔγγονα. καλῶς οὖν ἐν τῷ χειμῶνι διοικεῖται πάντα τὰ κατὰ τὸ ζῶον, ὅταν γε μέτριος ὑπάρχῃ δηλονότι.

tibus in animali ſunt, tum quae in eo ſecundum naturam continentur, diſcutiendo evacuat ea evacuatione, quae a medicis abdita perſpiratio nominatur, quam calor nativus molitur. Non enim aliud quidquam eſt praeter hunc calorem animalium natura ex Hippocratis ſententia. Demonſtratum autem eſt a nobis in libris de facultatibus naturalibus, naturam non ſolum appetere et conficere et agglutinare ſuum cuique parti familiare ac proprium alimentum, ſed hujus quoque recrementa diſcutere, quantoque fortior exſtiterit calor inſitus, tanto magis ſenſum effugit perſpiratio, ideoque ſudores praeter naturam eſſe dicebat Diocles, quod probe omnibus in corpore diſpenſatis ac cibis a natura ſubactis et coctis, nequaquam qui ſub ſenſum cadat humor excerneretur. Sudores enim quibus homines per balnea aut vehementes exercitationes aut aeſtivos ardores manant, violentarum cauſarum ſunt effectus. Recte igitur omnia hieme in animali adminiſtrantur, quum ea nimirum moderata exiſtit. Nam im-

Ed. Chart. IX. [30. 31.] Ed. Bas. V. (231.)

τὰς γὰρ ἀμέτρους δυσκρασίας καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐν τοῖς ἐφεξῆς μέμφεται. γνωρίσματα δὲ οὐ σμικρὰ τοῦ καλῶς διοικεῖσθαι πάντα τὰ κατὰ τὸ ζῶον ἐν τῷ χειμῶνι τῶν κατὰ φύσιν ἔργων ἡ ῥώμη. πέττεται μὲν γὰρ ἐν τῇ γαστρὶ τὰ σιτία, διότι πλεῖστόν ἐστι τὸ κατὰ φύσιν [31] θερμὸν, ὕπνοις τε ἅμα μακροτέροις ἐκκαθαίρεται τὰ περιττώματα τοῦ σώματος, ὅσα μὲν ἀκριβῶς λελέπτυνται διὰ τοῦ δέρματος, ὅσα δὲ ἀτμώδη, διὰ τῆς ἐκπνοῆς, ὅσα δ' ἱκανῶς παχέα, διὰ τῶν οὔρων. ὑφίσταται γὰρ αὐτοῖς πολὺ πλέον ἢ κατὰ τὸ θέρος πρὸς τῷ καὶ τὸ πλῆθος τῶν οὔρων ὅλων ἱκανῶς αὐξάνεσθαι κατὰ τὸν χειμῶνα. καὶ μὴν καὶ τρέφεται μὲν καὶ σαρκοῦται τὰ σώματα μᾶλλον ἐν τῷ χειμῶνι καὶ πλῆθος αἵματος ἀθροίζει χρηστοῦ, τοῖς γε μὴ παντάπασι μοχθηρῶς διαιτωμένοις. εἰ γὰρ ἐννοήσεις ὡς ὀλίγαιμόν τε καὶ ἰσχνὸν τὸ σῶμα ἡμῶν παρὰ τοῦ φθινοπώρου διαδεχόμενος ὁ χειμὼν εὔχυμόν τε καὶ παχύτερον ἀπεργάζεται, γνωρίσεις, οἶμαι, τὴν ῥώμην τῆς διοικούσης ἡμᾶς δυνάμεως, ἥτις ἐστὶ τὸ ἔμφυτον θερμόν. ἀλλ' εἰ μὴ τροφῆς

moderatas intemperaturas et ipſe Hippocrates in ſequentibus damnat. Quod autem in animali hieme belle omnia adminiſtrentur, naturalium functionum robur, non levia ſunt indicia. Nam belle cibi in ventriculo concoquuntur, quoniam naturalis calor copioſiſſimus eſt et una corporis excrementa longioribus ſomnis expurgantur, tum quae exquiſite extenuata ſunt per cutim tum quae halituoſa, per exſpirationem; quae vero craſſiora ſunt, per urinas. His enim plus ineſt ſedimenti quam per aeſtatem, praeterea etiam univerſarum urinarum copia per hiemem admodum augetur. Jam vero liberalius aluntur et carnoſa magis evadunt hieme corpora bonique ſanguinis copiam accumulant, iis tamen exceptis quae pravo utuntur victu. Nam ſi conſideraveris, ut per autumnum noſtra corpora tum pauco praedita ſanguine, tum extenuata excipiens hiberna tempeſtas et bonis implet humoribus et craſſiora efficit, noveris, arbitror, nos gubernantis robur facultatis, qui calor nativus eſt. Verum niſi hic copioſo fruatur

Ed. Chart. IX. [31.] Ed. Baſ. V. (231.)

ἀπολαύσει ραψιλοῦς τοῦτο, νικηθήσεται μὲν αὐτὸ πρῶτον ὑπὸ τοῦ περιέχοντος κρύους, ἔξωθέν τε προσπίπτοντος καὶ διὰ τῆς εἰσπνοῆς ἑλκομένου, συναρρώστήσει δ' αὐτῷ καὶ πέψις σιτίων καὶ γένεσις αἵματος χρηστοῦ καὶ θρέψις τῶν τοῦ ζώου μορίων καὶ περιττωμάτων κένωσις. εἰ δ' ὅσον κρατεῖν δύναται σιτίων, ἀπολαύει τούτων ραψιλῶς, αὐτό τ' ἂν αὐξηθείη καὶ πάνθ' ὅσα προείρηται, διαπράξεται περὶ τὸ ζῶον. ὅτι δ' ἐκ τοῦ προσφέρεσθαι πλείω σιτία καὶ κατεργάζεσθαι καλῶς, οὐκ ἐν τῇ γαστρὶ μόνον, ἀλλὰ κἀν ταῖς φλεψὶ καὶ παντὶ τῷ τοῦ ζώου μορίῳ, πολὺ μὲν εὐσαρκότερον ἕκαστον ἑαυτοῦ γίνεται καὶ πολὺ εὐαιμότερον, ἱκανῶς ἐνδείκνυται καὶ τὸ διὰ τῆς πείρας ἐγνωσμένον τοῖς ἀνθρώποις, οὐκ ἐφ' ἑαυτῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑποζυγίων. πρὶν γὰρ ἄρξασθαι τὸ θέρος ἐν τοῖς τελευταίοις τοῦ ἦρος, αἵματος ἀφαιροῦσιν ἑαυτῶν τε κἀκείνων, ἀναμιμνησκόμενοι τῶν καταλαμβανόντων αὐτοὺς νοσημάτων, ὅταν ἐξαίφνης ἐπιγίνηται θέρος θερμόν. ἐκτείνει γὰρ ἐπὶ πλεῖον τοῦτο καὶ χεῖ τὸ αἷμα καὶ ὥσπερ τινὰ ζέσιν αὐτοῦ κατασκευάζει,

alimento, primum ipſe ab ambiente frigore ſuperabitur, cum ab eo qui extrinſecus ingruit, tum ab illo qui per inſpirationem attrahitur; cum ipſo vero et ciborum coctio debilitatur et boni ſanguinis generatio et partium animalis nutritio et excrementorum evacuatio. Si vero quantum eduliorum conficere et coquere poteſt, his copioſe fruatur, tum is augebitur et quae prius omnia enarrata ſunt perficiet. Quod autem ex liberalioribus cibis aſſumtis, ac probe non in ventriculo ſolum, verum etiam in venis ac omni animalis parte confectis, unumquodque multopere ſe ipſo carnoſius reddatur et copioſiore eoque probo ſcateat ſanguine, ſatis demonſtrat et quod hominibus non in ſe ſolis, ſed et veterinis animalibus experientia compertum eſt. Ipſi namque ſub veris finem, priusquam aeſtas incipiat, tum ſibi, tum illis ſanguinem detrahunt, in memoriam revocantes morbos quibus corripiatur, quum aeſtas calida repente ſucceſſerit. Haec enim latius ſanguinem extendit funditque ac tanquam ejus

Ed. Chart. IX. [31.] Ed. Baſ. V. (231. 232.)

ὡς μηκέτ' ἐν ταῖς φλεψὶ στέγεσθαι τὸ τέως σύμμετρον, ἀλλ' ἤτοι ῥηγνύειν αὐτὰς ἢ ἀναβιβρώσκειν· καὶ ὅταν ἀμετρότερον ἐφ' ἕν τε μόριον, ὅπερ ἂν ἁπάντων ἀσθενέστερον, ἦ, ῥυῇ. φλεγμονὴν ἢ ἐρυσίπελας, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐν τούτῳ νόσημα ἐργάζεται. πολὺ γὰρ πλείω τε καὶ μείζω τῶν πληθωρικῶν νοσημάτων ἐκ τῆς τῶν χυμῶν γίνεται χύσεως. ἅπαντα οὖν ταῦτα μαρτυρεῖ τοῖς ἄλλοις, ὅσα κατὰ τὸν προκείμενον ἀφορισμὸν ὁ Ἱπποκράτης ἐδίδαξε, καὶ τὸ μὴ μόνον δύνασθαι πέττειν πλείω σιτία κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην, ἀλλὰ καὶ δεῖσθαι πλειόνων. ἀνάλογον γὰρ ἀεὶ χρὴ εἶναι τὰ σιτία τῷ πλήθει τῆς ἐμφύτου θερμασίας, πλὴν εἴ ποτε, ὡς ἔφην, ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος θερμασίας ἀσθενὴς γενομένη ἡ φύσις ἀφαιρεῖν ἀναγκάζει. διὸ καὶ περὶ τοῦ ἦρος, ἀδιοριστότερον εἰπόντος Ἱπποκράτους ἐγὼ διοριοῦμαι, πρῶτον μὲν ὅτι κατὰ τὴν ἀρχὴν ὅμοιόν ἐστι μᾶλλον κράσει χειμῶνος ἢ θέρους, ἐπὶ δὲ τῆς τελευτῆς ἔμπαλιν. εἶθ' ὅτι πολλάκις (232) μὲν οἷον χειμῶνος γίνεται ψυχρὸν, ἐνίοτε

fervorem molitur, adeo ut non amplius in venis hactenus commoderatus tegatur, ſed aut ipſas rumpat aut erodat et quum immoderatius in aliquam partem, quae ceteris ſit imbecillior, fluxerit, in ea aut inflammationem aut eryſipelas aut aliquod aliud morbi genus efficiat. Nam multo et plures et graviores morbi pleuritici ex humorum fuſione procreantur. Haec igitur omnia tum ceteris adſtipulantur, quae in praeſenti aphoriſmo Hippocrates docuit, tum probant calorem non ſolum poſſe per id tempus plures cibos concoquere, verum etiam pluribus indigere. Semper enim cibaria caloris nativi copiae proportione reſpondeant oportet, niſi aliquando, ut dixi, natura ambientis aëris calore imbecilla facta cogat ſubducere. Quamobrem quum et de vere Hippocrates ſermonem indiſtinctius habuerit, ipſe diſtinguam. Ac primum veris initium hiemis ſimile magis eſſe temperamento quam aeſtatis finem contra. Deinde ſaepenumero vernam tempeſtatem qualis hiberna, frigidam exiſtere, interdum vero,

Ed. Chart. IX. [31. 32.] Ed. Baſ. V. (232.)

δὲ οἷόν περ θέρος θερμόν, ἐν μὲν οὖν τοῖς πρώτοις αὐτοῦ μέρεσι κἀπειδὰν γένηταί ποτε ψυχρόν, ὁμοίαν τῇ χειμερινῇ ποιησόμεθα τὴν δίαιταν· ἐν δὲ τοῖς ὑστέροις μέρεσιν ἐπειδὰν γένηταί ποτε θερμότερον, ὁμοίαν τῇ [32] θερινῇ, μέσου δ' ὄντος τῇ κράσει καὶ τὴν δίαιταν ἀνάλογον τῇ κράσει ποιησόμεθα. ταῦτα μὲν οὖν πάντα περὶ τῆς τῶν ὑγιαινόντων εἴρηται διαίτης· ἑξῆς δὲ περὶ τῆς τῶν νοσούντων λέγει.

ιστ'.

Ὑγραὶ πᾶσαι δίαιται τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, μάλιστα δὲ παιδίοισι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.

Ἐν μὲν τοῖς ἔμπροσθεν ἀφορισμοῖς περὶ τοῦ κατὰ τὴν δίαιταν ποσοῦ τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο, νυνὶ δὲ περὶ τοῦ ποιοῦ διεξέρχεται, πολλὰ καὶ χρήσιμα τῶν κατὰ τὴν

qualis aeſtiva eſt, calidam. Primis igitur veris partibus, ſi quando id calidum fuerit, hibernae ſimilem victu rationem inſtituemus; poſtremis vero, ſi quando calidius fuerit, aeſtivae ſimilem; ſi autem media ſit temperie, diaetam illi temperiei analogam praeſcribemus. Atque haec omnia de ſanorum diaeta dicta ſunt, deinceps autem de aegrotantium victu differit.

XVI.

Victus humidus tum febricitantibus omnibus, tum maxime pueris ceterisque ejusmodi uti victu conſuetis confert.

Superioribus aphoriſmis de victus quantitate doctrinam inſtituit; nunc vero de qualitate differit, multa ad artem conferentia breviſſima oratione docens. Primum

Ed. Chart. IX. [32.] Ed. Baſ. V. (232.)

τέχνην ἐν βραχυτάτῳ διδάσκων λόγῳ. πρῶτον μὲν ὅπως χρὴ διαιτᾶν τοὺς πυρέττοντας, εἶθ' ὅτι τὰς ἐνδείξεις τῶν ὑγιεινῶν διαιτημάτων ἐπὶ μὲν τῶν παρὰ φύσιν ἐναντίας, ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ φύσιν ὁμοίας χρὴ ποιεῖσθαι. τῷ μὲν γὰρ πυρετῷ, διότι θερμὸν καὶ ξηρὸν ὑπάρχει πάθος (ἔστι γὰρ τροπὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἐπὶ τὸ πυρῶδες) ὑγρὰν δίαιταν συμβουλεύει. ταῖς δ' ὑγροτέραις φύσεσιν, εἴτε δι' ἡλικίαν εἴτε δι' ἔθος, οὐ τὴν ἐναντίαν, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν. φυλάττεσθαι γὰρ αὐτῶν δεῖ διὰ τῶν ὑγρῶν τὴν φύσιν οὐκ ἀνασκευάζεσθαι, καθάπερ τὰ νοσήματα. ὅσοι δὲ τοὺς ἅμα πυρετοῖς ὑδέρους προχειριζόμενοι τῷ λόγῳ διαβάλλειν οἴονται τὸν ἀφορισμόν, ὡς οὐ χρὴ ἐκείνων ζώντων ὑγρᾶς, ἀλλὰ ξηρᾶς διαίτης, ἀγνοοῦσιν ἀναγκαιότατόν τε τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου κεφάλαιον, ὅπερ ἡμεῖς ἐπὶ πλέον ἐν ἐκείνῃ τῇ πραγματείᾳ διεληλύθαμεν, ὡς ἕκαστον μὲν τῶν ἁπλῶν παθῶν ἰδίας δεῖται θεραπείας, ἐπιπλεκομένων δ' ἀλλήλοις εἰς ὅσον ἂν ἐπιπλέκηται, εἰς τοσοῦτον ἔξει κοινὴν καὶ τὴν τῆς θεραπείας ἔνδειξιν, ἤτοι πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἡμῶν

quomodo victus febricitantibus ſit praeſcribendus; deinde ſalubris victus indicationes in iis quidem quae praeter naturam ſunt contrarias, in iis vero quae ſecundum naturam ſimiles ducendas eſſe. Febri namque, quia calidus ac ſiccus eſt morbus, eſt enim nativi caloris in eum converſio, humidum victum conſulit; humidioribus vero naturis, ſive aetatis, ſive conſuetudinis ratione non contrarium, ſed familiarem. Eorum enim naturam tueri oportet per humida, non quemadmodum morbos per contraria demoliri. Qui vero cum febribus hydropes pro ratione proferentes Hippocratis aphoriſmum improbare ſtudent, quod impliciti hi morbi non humidum victum, ſed ſiccum poſtulent, ii perneceſſarium methodi medendi caput ignorant, quod nos eo in opere fuſius explicuimus, unumquemque ſcilicet morbum ſimplicem propria curatione indigere; implicitos vero, quatenus inter ſe complicantur, eatenus communem etiam curationis indicationem habituros; nobis aut eum qui magis urgeat coërcentibus, non

Ed. Chart. IX. [32. 33.] Ed. Baſ. V. (232.)

ἱσταμένων, μετὰ τοῦ μηδὲ ἑτέρων παντάπασιν ἀμελεῖν ἢ ὁμοτίμως ἅπασι βοηθούντων. τὸ δὲ τῶν πυρεσσόντων ὑδρωπικῶν μεμνῆσθαι τοιοῦτόν ἐστιν οἷον καὶ τὸ τῶν αἷμα πτυόντων πλευριτικῶν. καὶ γὰρ ἐπὶ τούτων ἐναντίας μὲν δεῖται θεραπείας τὰ πάθη, αἵματος ἀναγωγὴ καὶ πλευρῖτις· ἀλλ' εἴπερ ἅμα συμβαίη τινὶ πρὸς τὸ κατεπεῖγον, ἵστασθαι μᾶλλον ἐν αὐτοῖς χρὴ, μὴ ἀμελοῦντας μηδὲ τοῦ ἑτέρου. οὕτως οὖν εἰ πυρέττει τις ἅμα καὶ ὑδρωπικὴν ἔχει διάθεσιν, εἰς ἄμφω τὰ πάθη βλέποντες ἐναντίας θεραπείας δεόμενα, πρὸς ἑκάτερον αὐτῶν τῶν παθῶν εὐμηχάνως ἱστάμεθα, καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς οὕτως ἐπιπλεκομένοις. οὔκουν τοιοῦτον οὐδὲν οὔθ' ἡμεῖς ἐροῦμεν οὔθ' ἑτέρου λέγοντος προσοισόμεθα. καὶ εἴ τι μὴ ῥητῶς ὠνόμασται κατὰ τὸν ἀφορισμὸν, ἐκ τῆς αὐτῆς ὑπάρχον τῆς εἰρημένης [33] κρίσεως καὶ τοῦθ' ἡγητέον εἰρῆσθαι δυνάμει, ἡλικίας μὲν γὰρ ἐμνημόνευσε καὶ ἔθους· σὺ δ' ἂν καὶ τῆς φυσικῆς κράσεως καὶ ὥρας καὶ χώρας εὐλόγως μνημονεύσεις, ἅπερ ἐνίοτε καὶ αὐτὸς μὲν Ἱπποκράτης προστίθησιν, ἐνίοτε δ' ἑνὸς ἢ δυοῖν μνημονεύσας τὰ λοιπὰ τῶν ἐκ τῆς αὐτῆς συστοιχίας παραλείπει. γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ τούτων ἐνδεί-

tamen omnino alterius curatione neglecta; itaque eodem modo ſi quis ſimul febricitet et hydropico affectu laboret, ad utrumque affectum contrarias curationes poſtulantem reſpicientes, utrique eorum affectuum ſolerter obſiſtimus, ut et ceteris omnibus pari modo implicitis. Non igitur tale quidquam dixerimus, neque alterum talia dicentem admiſerimus, et ſi quid nominatim in aphoriſmo pronuntiatum non eſt, quod ex eodem cum praedictis judicio prodeat, id quoque poteſtate dictum fuiſſe augurandum eſt. Aetatis enim meminit et conſuetudinis, tu vero et naturalis temperamenti et tempeſtatis anni et regionis proba ratione memineris, quae interdum et ipſe Hippocrates adjicit; interdum autem unius aut duorum mentione facta, quae cetera ſunt ejusdem naturae atque ordinis praeter-

Ed. Chart. IX. [33.] Ed. Baſ. V. (232.)

ξεις, ὥσπερ ἔμπροσθεν ἀπό τε τῆς ἡλικίας ἐῤῥέθη καὶ τοῦ νοσήματος· ὅσα μὲν ἄμεμπτα φυλαττόντων ἡμῶν αὐτὰ τοῖς ὁμοίοις τῇ κράσει διαιτήμασιν, ὅσα δὲ μεμπτὰ τοῖς ἐναντίοις ἐπανορθουμένων. εἴρηται δὲ τελεώτερον περὶ πασῶν ἐνδείξεων ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασι.

ιζ'.

Καὶ οἷσιν ἅπαξ ἢ δὶς καὶ πλείω ἢ ἐλάσσω καὶ κατὰ μέρος. δοτέον δέ τι καὶ τῇ ὥρῃ καὶ τῇ χώρῃ, τῇ ἡλικίῃ καὶ τῷ ἔθει.

Ἐπειδὴ τὸν περὶ τῆς ποσότητος καὶ ποιότητος ἐποιήσατο λόγον, ἐξῆς ἡμᾶς διδάσκει περὶ τοῦ τρόπου τῶν προσφερομένων. οὐ γὰρ ἱκανὸν αὐτὸ τοῦτο μόνον, ὅτι τῷδε πλέον ἢ ἔλαττον δοτέον γινώσκειν ἢ ὅτι ξηραινούσῃ χρη-

mittit. Sumuntur et ab his indicationes, quemadmodum ſupra et ab aetate et a morbo peti diximus, quae inculpata ſunt nobis ea victu temperamento ſimili ſervantibus; quae vero culpata ſunt, contrario emendantibus. At de omnibus indicationibus in methodi medendi libris plenius loquuti ſumus.

XVII.

Quibus etiam ſemel aut bis et copioſior aut paucior; aut per partes cibus exhibendus ſit, ſpectandum eſt. Aliquid autem anni tempeſtati, regioni, aetati et conſuetudini concedendum.

Quandoquidem de quantitate et qualitate victus ſententiam protulit, nos deinceps ejusdem exhibendi modum edocet. Non enim ſatis eſt id ipſum dumtaxat noſſe, quod huic liberalius aut parcius ſit exhibendum; aut quod

Ed. Chart. IX. [33.] Ed. Baſ. V. (232.)

στέον ἢ ὑγραινούσῃ τροφῇ, ἀλλ' εἰ καὶ ἅπαξ ἢ καὶ πλεονάκις ἑκάστης ἡμέρας ἢ νυκτὸς εὔλογόν ἐστι προσφέρειν τὰς τροφάς, ἀναγκαιότατα σκέπτεσθαι καὶ πρὸς ταῦτ' οὖν ἀπό τε τῆς ὥρας καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τοῦ ἔθους ἔνδειξιν λαμβάνειν, καθάπερ ἐπὶ τοῦ ποσοῦ καὶ τοῦ ποίου. πρῶτοι μὲν γὰρ σκοποὶ καὶ πρὸς ταῦτα, τά τε νοσήματα αὐτὰ καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος δύναμις, ἔτι τε ἡλικία καὶ ἡ ὥρα καὶ ἔθος, ὅσα τ' ἄλλα τούτοις ἀνάλογα. καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης προσέθηκεν τὸ δοτέον δέ τι καὶ τῇ ὥρῃ καὶ τῇ χώρῃ καὶ τῇ ἡλικίῃ καὶ τῷ ἔθει. σαφῶς δηλῶν διὰ τῆς, δοτέον δέ τι φωνῆς, ὡς οὔτε τὸ πᾶν οὔτε τὸ μέγιστον ἀπὸ τῶν τοιούτων λαμβάνει. τὸ γὰρ εἴτε πολλάκις εἴτ' ὀλιγάκις εἴθ' ὅλως χρὴ τρέφειν, ἀπό τε τοῦ νοσήματος καὶ τῆς δυνάμεως πρῶτον μάλιστα λαμβάνεται. μετὰ ταῦτα δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ὥρας καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῶν τοιούτων. εἰ μὲν γὰρ ἥτε δύναμις εἴη τοῦ κάμνοντος ἀσθενὴς καὶ ἡ κατὰ τὸ σῶμα διάθεσις, ἤτοι κατὰ διαφθορὰν ἢ κατ' ἔνδειαν,

victu exſiccante vel humectante utendum ſit, ſed ſemelne aut ſaepius quoque die vel nocte cibos exhibere deceat conſiderare maxime neceſſarium eſt, ac praeterea ab anni tempeſtate, tum ab aetate, tum a conſuetudine indicationem ſumere, quemadmodum in qualitate et quantitate ſumebatur. Primi namque ſcopi unde petuntur indicationes ſunt tum morbi ipſi tum aegrotantis vires; deinde etiam aetas et anni tempeſtas et conſuetudo et regio et quae his cetera proportione reſpondent, propterea-que ipſe Hippocrates illud addidit: *dandum vero aliquid tempeſtati, regioni, aetati et conſuetudini*; perſpicue declarans hac oratione, dandum vero aliquid, ſe neque totum, neque maximum ab ejusmodi rebus ſumere. Nam ſive ſaepius, ſive raro, ſive omnino alere oporteat, tum a morbo, tum a viribus primum ac praecipue ſumitur; poſtea vero ab anni tempeſtate et aetate et talibus. Nam ſi aegri vires infirmae fuerint et affectus corporis aut ex humorum corruptione aut defectu ſit ortus, paucum ali-

Ed. Chart. IX. [33. 34.] Ed. Baſ. V. (232.)

ὀλίγην τροφὴν πολλάκις τοῖς τοιούτοις δώσομεν, ὀλίγην μὲν ὅτι μὴ δύναται φέρειν εἰσάπαξ ἀθρόον πλῆθος ἄῤῥωστος δύναμις, πολλάκις δὲ ὅτι πολλῶν ἡ διάθεσις δεῖται. καὶ γὰρ ἡ ἔνδεια τῆς προσθέσεως δεῖται καὶ ἡ διαφθορὰ τῆς ἐπικράσεως. εἰ δ' ἀσθενούσης τῆς δυνάμεως μήτ' ἔνδειά τις συνυπάρχει μήτε διαφθορὰ, [34] *συμμετρία δὲ τῶν κατὰ φύσιν εἴη χυμῶν ἢ καὶ πλῆθος, ὀλιγάκις τε καὶ ὀλίγα τούτοις δώσομεν, ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ τῆς δυνάμεως ἰσχυρᾶς ὑπαρχούσης πλῆθος χυμῶν εἴη. εἰ δὲ μετ' ἐνδείας ἡ διαφθορᾶς ἡ δύναμις ἐῤῥωμένη τύχοι, καὶ πολλὰ καὶ πολλάκις σιτία τοῖς οὕτω κάμνουσι δώσομεν, ὡς ἂν καὶ τῆς διαθέσεως δεομένης πολλῶν καὶ τῆς δυνάμεως κρατεῖν αὐτῶν δυναμένης. μὴ συγχωρούντων δὲ τῶν παροξυσμῶν, μηδὲ πολλοὺς τῆς τροφῆς ἡμῖν καιροὺς παρεχόντων, ὀλιγάκις δώσομεν τὰ πολλά· τῆς μέντοι δυνάμεως ἰσχυρᾶς οὔσης μετὰ πληθωρικῆς διαθέσεως, ὀλιγάκις ὀλίγα δώσομεν. εἰ γὰρ καὶ τὸ κατεργαζόμενον ἔχοιμεν εὔρωστον, ἀλλὰ τῆς γε διαθέσεως*

menti ita laborantibus ſaepius dabimus: paucum quidem quod virium imbecillitas confertam alimenti copiam omnino ferre nequeat; ſaepius autem quod copioſis affectus indigeat. Adjectionem enim penuria, contemperationem corruptio poſtulat. Si vero proſtratis imbecillitate viribus, neque humorum quaedam ſimul adſit penuria, neque depravatio; humorum autem ſymmetria et commoderatio aut etiam plenitudo ſecundum naturam exſtiterit, his tum paucies tum pauca dabimus; multo etiamnum magis, ſi cum humorum copia virium robur adſit. Si vero cum humorum penuria aut depravatione virium robur fuerit, tum multos tum multoties cibos ita laborantibus dabimus, multos nimirum affectu poſtulante et ipſos facultate evincere et concoquere potente. At paroxyſmis multas alimenti exhibendi occaſiones non concedentibus, neque praebentibus, paucies multa cibaria dabimus. Verum ſi cum plethorica affectione vires validae fuerint, paucies pauca dabimus. Nam etiamſi facultatem cibi coctricem

Ed. Chart. IX. [34.] Ed. Baſ. V. (232. 233.)

μὴ δεομένης πολλῶν, εὔλογον ὀλίγα προσφέρειν. οὕτω μὲν ἀπό τε τοῦ νοσήματος καὶ τῆς δυνάμεως εἰς τὰ προκείμενα τὰς ἐνδείξεις ληπτέον, ἀπὸ δὲ τῆς ὥρας καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τοῦ ἔθους καὶ ὅσα τ' ἄλλα τούτοις ἀνάλογα ὧδε. κατὰ μὲν τὴν θερινὴν ὥραν, ὅσον ἐπ' αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, πολλάκις ὀλίγα δοτέον, ὅτι καὶ δέονται προσθήκης πλείονος, ὡς ἂν καὶ διαφορούμενοι καὶ ὅτι ἡ δύναμις αὐτῶν ἐστιν ἀσθενής. κατὰ δὲ τὴν χειμερινὴν πολλὰ μὲν διὰ τὴν ῥώμην τῆς δυνάμεως, οὐ πολλάκις δέ. οὐ γὰρ δέονται πάνυ πολλῆς προσθήκης οἱ κάμνοντες, ἅτε μηδὲ (233) πολλὰ κενούμενοι. τοὺς γὰρ ὑγιαίνοντας ἔμπροσθεν ἐδείξαμεν ἱκανῶς κενουμένους ἐν χειμῶνι, διότι πλέον ἔχουσι τὸ ἔμφυτον θερμόν. κατὰ δὲ τὸ μέσον ἔτι τὸ ἔαρ, ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον, ὅταν ἐγγὺς ᾖ τοῦ θέρους, ὀλίγοις τε καὶ διὰ πολλοῦ θρέψομεν. κινδυνεύει γὰρ ἤδε ὥρα πληθωρικῆς εἶναι διαθέσεως ἐγγύς, διὰ τὴν τῶν ἐν χειμῶνι πεπηγότων χύσιν. ὥσπερ οὖν ἐν

robuſtam habeamus, affectu tamen cibariis multis non indigente, pauca exhibere rationi conſentaneum fuerit. Ita ſane tum a morbo tum a viribus ad propoſitas indicationes ſumendae ſunt. Ac tempeſtate vere, aetate, conſuetudine et ceteris his ſimilibus ſic indicationes erunt petendae. Aeſtiva quidem tempeſtate pro ratione ipſius tempeſtatis multoties pauca exhibenda ſunt, quod et majore alimenti acceſſione indigeant et quod tunc exhauriantur et quod ipſorum vires ſint imbecilles. Per hiemem vero multa quidem ob virium robur, ſed raro exhibenda: non enim admodum multa egent adjectione laborantes, ut qui non multum evacuentur. Nam ſanitate fruentes ſatis quidem abunde per hiemem evacuari ſupra demonſtravimus, quod nativum calorem copioſiorem habeant; vere autem etiamnum medio atque adhuc aeſtati viciniore paucis eduliis et ex longo intervallo nutriemus. Haec enim tempeſtas periculum prope affert plethoricae affectionis propter humorum per hiemem denſatorum fuſionem. Quem-

Ed. Chart. IX. [34. 35.] Ed. Baſ. V. (233.)

ταῖς πληθωρικαῖς διαθέσεσιν, ὅταν ἡ δύναμις ἰσχύῃ, τὴν τροφὴν ὀλίγην τε καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου δίδομεν, οὕτω καὶ κατὰ τὴν ἐαρινὴν ὥραν ποιητέον ἐπὶ τῶν πυρεσσόντων μάλιστα, ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος οὗτός ἐστι τῷ Ἱπποκράτει. τὴν γὰρ τῶν ὑγιαινόντων δίαιταν ἔμπροσθεν ἐδίδαξε. τὸ δὲ φθινόπωρον τοῖς κατὰ διαφθορὰν ἐνοχλοῦσι νοσήμασιν ἔοικε, διὸ καὶ τῆς χρηστοῦ προσθέσεως συνεχοῦς οἱ τότε πυρέσσοντες δέονται, κἂν ἡ δύναμις ἰσχυρὰ εἴη, πολλάκις καὶ πολλὰ δώσομεν αὐτοῖς· εἰ δ' ἀσθενὴς, ὀλίγα πολλάκις. πορρωτάτω δ' ἄν τις καὶ ἀπὸ τῶν ἡλικιῶν καὶ τῶν ἀπὸ ἐτῶν καὶ ἀπὸ τῶν χωρῶν λαμβάνῃ τὰς ἐνδείξεις, εἰς τοὺς πρώτους δύο σκοποὺς ἀνάγων αὐτάς. ἕκαστον γὰρ τῶν εἰρημένων ἤτοι ἰσχυρὰν ἢ ἀσθενῆ τὴν δύναμιν ἐργάζεται καὶ ἤτοι πληθωρικὸν ἢ ἐνδεὲς ἢ κακόχυμον τὸ σῶμα.

ιή.

[35] Θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥᾳϊστα, ἦρος δεύτερον.

admodum ergo in plethoricis affectibus, quum validae vires fuerint, paucum cibum et ex longo temporis intervallo damus. Sic et verna tempeſtate faciendum eſt, praeſertim in febricitantibus, de quibus hic ſermo eſt Hippocrati; ſanorum enim victum antea docuit. Autumnus denique morbis ex corruptione ortis eſt ſimilis. Quapropter qui tunc febricitant, aſſidua probi alimenti adjectione indigent et ſi validae vires exſtiterint, multoties et multa; ſin imbecilles, pauca et multoties ipſis dabimus; ſimili modo ſi quis et ab aetatibus et a conſuetudinibus et a regionibus ſumat indicationes, ad duos illos primos ſcopos ea adducet. Nam quae ſingula diximus aut validas aut imbecillas vires efficiunt vel etiam plethoricum aut exinanitum aut cacochymum corpus reddunt.

XVIII.

Aeſtate et autumno cibos difficillime ferunt, hieme facillime; vere minus.

Ed. Chart. IX. [35.] Ed. Bas. V. (233.)

Οὐ δὶς ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, ὡς ἄν τις οἰηθείη, διῆλθεν, ἔμπροσθεν μὲν γράψας τὸν ἀφορισμὸν ἐκεῖνον, οὗ ἡ ἀρχὴ αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει. νυνὶ δὲ πάλιν, ὡς θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥᾳϊστα, ἦρος δεύτερον. ἀλλ' ἐπειδὴ πρός τε τὸ ποσὸν τῆς διαίτης καὶ πρὸς τὸν τρόπον χρήσεως τῶν σιτίων, ἐπί τε τῶν ὑγιαινόντων καὶ τῶν νοσούντων ἀπὸ τῶν ὡρῶν ἔνδειξίν τινα λαμβάνει, δεόντως ἐν ἀμφοτέροις ἐμνημόνευσεν, ἐκεῖ μὲν δείξας ὡς τὰ προσάρματα τοῖς ὑγιαίνουσι πλείω διδόναι χειμῶνος· διότι τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖον καὶ τρέφεσθαι δεῖται. νυνὶ δὲ ὅτι κἂν ἅπαξ αὐτοῖς πολλὰ δοίης οὐ βλάψεις. εὐφόρως μὲν γὰρ φέρουσιν ἅπαντες πλῆθος σιτίων ἐν χειμῶνι, δυσφόρως δ' ἐν θέρει. κατὰ τοῦτο ἐν χειμῶνι μὲν ὀλιγάκις τε καὶ πολλὰ προσφέρεσθαι σιτία συγχωρητέον, ἐν θέρει δ' ἐπειδὴ δυσκόλως φέρουσι τὰ σιτία, διότι τὸ πέττον αὐτὰ καὶ κατεργαζόμενον τὸ ἔμφυτον θερμὸν ὀλίγον ὑπάρχει, τὸ μὲν ἀθρόον διδόναι ἅπαντι τρόπῳ φευκτέον, ἐπιχειρητέον δὲ συνεχέστερον ὀλίγα

Non bis, ut fortaſſis quidam auguratus ſit, de iisdem differuit Hippocrates, ſcripto ſuperius illo aphoriſmo, cujus principium eſt: *ventres hieme et vere natura calidiſſimi;* nunc autem rurſus; quod, *aeſtate et autumno cibos difficillime ferunt, hieme facillime, vere minus.* Verum quoniam et ad victus quantitatem et ad modum uſus ciborum tam in ſanis quam in aegris quandam ſumit ab anni tempeſtatibus indicationem; decenter eorum in utrisque meminit: illic quidem plures cibos ſanis hieme exhibendos eſſe demonſtrans, quod calidum innatum tum copioſius copioſiore alimento foveri debeat; hic autem quod etiamſi ſemel ipſis cibi multum dederis, non eos tamen laeſeris. Omnes enim hieme ciborum copiam facile ferunt, aeſtate vero difficile. Quapropter hieme quidem et raro et multos cibos exhiberi concedendum eſt; aeſtate vero, quia cibos difficile ferunt, quod qui calor nativus eos concoquit ac conficit, paucus exiſtat, confertim ac ſimul cibos dare modis omnibus cavendum, ſed frequen-

Ed. Chart. IX. [35. 36.] Ed. Baſ. V. (233.)

προσφέρειν. ἡ γὰρ τοῦ σώματος διάθεσις ὁμοία τοῖς κατ' ἔνδειαν οὖσι νοσήμασιν προσθήκης δεῖται. χειμῶνος μὲν οὖν καὶ θέρους οὕτως ἔχουσι, τῶν δ' ἄλλων δυοῖν ὡρῶν τὸ μὲν φθινόπωρον ἐφεξῆς θέρει, τὸ δ' ἔαρ χειμῶνι καὶ ἡ αἰτία πρόδηλος. ἐμψύχεσθαι μὲν γὰρ ἄρχεται καὶ συνάγεσθαι καὶ πυκνοῦσθαι τὰ σώματα τῷ φθινοπώρῳ, χαλᾶσθαι δὲ καὶ ἀραιοῦσθαι τῷ ἦρι. διά γε οὖν ταῦτα δὶς οὐκ εἴρηται ταυτὸν ὑπὲρ τῶν ὡρῶν παράγγελμα ἢ καὶ ὅτι κατ' ἐκεῖνον τὸν ἀφορισμὸν ὑπὲρ τῶν ὑγιαινόντων ὁ λόγος ἦν αὐτῷ.

ιθ'.

[36] τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθέσιων πρὸ τῶν κρίσιων.

---

tius paucos exhibere ſtudendum eſt. Nam corporis affectus morbis ex humorum penuria ortis conſimilis, adjectionem poſtulat. Hieme itaque atque aeſtate ita ſe habent; ex ceteris vero duabus anni tempeſtatibus, aeſtatem autumnus, hiemem ver ſubſequitur, cujus rei cauſa etiam manifeſta eſt. Refrigerari namque corpora cogi ac denſari autumno; laxari vero et rara fieri vere incipiunt. Quas ob res non idem bis de anni tempeſtatibus praeceptum tradidit, aut quod etiam in altero aphoriſmo de ſanis ipſi fuerit ſermo.

XIX.

Quibus per ſtatos circuitus paroxyſmi oboriuntur, nihil dare, neque cogere oportet, ſed ante criſes cibi exhibitionem adimere.

Ed. Chart. IX. [36.] Ed. Baſ. V. (233.)

Τριῶν οὖν ὄντων κεφαλαίων διαιτητικῶν, τοῦ ποσοῦ τῶν σιτίων καὶ τοῦ ποιοῦ καὶ τοῦ τρόπου τῆς χρήσεως αὐτῶν, εἰς μὲν τὰ πρότερα δύο κεφάλαια παρὰ τῶν παροξυσμῶν οὐδὲν ἡμῖν ἐγένετο λυσιτελές, εἰς δὲ τὸ τρίτον ἔστι τί γε κἀκ τῶν παροξυσμῶν λαβεῖν. δεόντως οὖν καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἐμνημόνευσεν αὐτῶν ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ. τοὺς καιροὺς γὰρ τῶν κατὰ μέρος τροφῶν οἱ παροξυσμοὶ μάλιστα διδάσκουσιν, ἐν οἷς γε νοσήμασι τεταγμένως ἁπαντῶσι, τουτέστι κατὰ περίοδον, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς Ἱπποκράτης εἶπε τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, εἰδὼς ὅτι καὶ ἄλλοι τινές εἰσιν, οἳ παροξύνονται μὲν ἐν νόσοις, οὐ μὴν κατὰ περιόδους, τουτέστιν οὐ τεταγμένως. ἐπ' ἐκείνων μὲν οὖν οὐδὲ δυνατόν ἐστιν ἀκριβῶς ἐξευρεῖν τὸν καιρὸν τῆς προσφορᾶς. ἐφ' ὧν δὲ τὰ τῶν παροξυσμῶν τέτακται, φυλακτέον ἐστὶ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν, τουτέστιν ὅπως μήτ' ἤδη γεγονότος μήθ' ὅσον οὔπω γεννησομένου τρέφωμεν. τὸ δὲ πρὸ τῶν κρίσεων, ἤτοι πρὸ τῶν παροξυσμῶν ἁπάντων ἁπλῶς ἢ πρὸ τῶν κυρίως λεγομένων κρίσεων,

Cum itaque tria ſint victus inſtituendi ſumma capita, ciborum quantitas, qualitas ac ipſis utendi modus, ad duo quidem priora capita ex acceſſionibus nihil nobis utile oboritur, ad tertium autem ab acceſſionibus utilitatis aliquid ſumere licet. Quare opportune Hippocrates earum in tertio capite meminit. Particularium enim ciborum exhibendorum occaſionem maxime docent acceſſiones, quibus tamen in morbis, ſtato tempore, hoc eſt per circuitus hae redeunt. Propterea ipſe quoque Hippocrates ſcribit: *quibus per ſtatos circuitus paroxyſmi oboriuntur, nihil dare oportet*, doctus alios quosdam eſſe morbos, quibus paroxyſmi repetunt, non tamen per circuitus, hoc eſt non ſtato tempore. In his profecto accurata cibi exhibendi occaſio inveniri non poteſt. In quibus vero paroxyſmorum ordo ſervatur, eorum cibo praebendo principia vitanda ſunt, hoc eſt ne jam facto aut non multo poſt futuro paroxyſmo aegrotum alamus. Hic vero textus ante criſes aut ante quosvis paroxyſmos ſimpliciter aut

Ed. Chart. IX. [36. 37.] Ed. Baſ. V. (233.)

ἀκουστέον ἐστὶν ἢ πρὸ τῶν ἀκμῶν. ἀληθῆ γὰρ τὰ τρία. μᾶλλον δ' ἂν δόξειεν ἁρμόττειν ἐν τοῖς προκειμένοις τὸ πρὸ τῶν παροξυσμῶν ἁπλῶς. περὶ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔμπροσθεν εἴρηται καὶ περὶ ἐκείνης δηλονότι καὶ περὶ τῆς κρίσεως. ἐν ταῖς ἀκμαῖς γὰρ τοὐπίπαν αἱ κρίσεις.

κ'.

Τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως μὴ κινεῖν μηδὲ νεωτεροποιέειν μήτε φαρμακίῃσι μήτ' ἄλλοισιν ἐρεθιμοῖσι χρῆσθαι, ἀλλ' ἐᾶν.

[37] Τὸν περὶ διαίτης συμπληρώσας λόγον ἐφ' ἕτερον μεταβαίνει κεφάλαιον, ἐν ᾧ διδάσκει πότε μὲν ἐπιτρεπτέον ἐστὶ τῇ φύσει τὸ πᾶν αὐτῇ περὶ τὸν νοσοῦντα διαπράττεσθαι, μηδὲν ἡμῶν ἄλλο διαπραγματευομένων, ὅ τι μὴ τὸ κατὰ τὴν δίαιταν, πότε δὲ οὐ μόνον τῇ φύσει τὸ πᾶν

ante morbi vigores aut ante nominatas judicationes intelligendus eſt. Vera ſiquidem haec tria ſunt, magis tamen ad propoſitum convenire videntur, ſi ante paroxyſmos plane intelligamus, nam de morbi vigore ſupra dictum eſt. Quod ſi de hoc nimirum intelligatur, etiam de criſi intelligetur. In vigoribus enim maximam partem criſes oriuntur.

XX.

Quae judicantur aut perfecte judicata ſunt, ea neque medicamentis movenda, neque aliis irritamentis innovanda, ſed ſinenda ſunt.

Completa de diaeta oratione jam ad alterum caput tranſit, in quo docet interdum quidem quae in aegrotante perficienda ſunt, omnia ipſi naturae committenda eſſe, nihil aliud nobis quam quod diaetae ſit negotiantibus; interdum vero non ſolum naturae omnia committenda, ve-

Ed. Chart. IX. [37.] Ed. Baſ. V. (233.)

ἐπιτρεπτέον, ἀλλά τι καὶ αὐτοὺς πραγματεύεσθαι. ἔνθα μὲν οὖν, φησὶν, ἤτοι γέγονεν ἤδη τελεία ἡ κρίσις ἢ γίνεται, τῇ φύσει τὸ πᾶν ἐπιτρέπειν χρὴ καὶ μηδὲν αὐτοὺς νεωτεροποιεῖν, ἔνθα δ' ἐλλιπῶς κρίνεται, τὸ λεῖπον αὐτοὺς προστιθέναι. τοῦτο δ' ἔλεγε κἀν τῷ περὶ χυμῶν κατὰ τήνδε τὴν λέξιν. τὰ κρινόμενα ἀπαρτὶ μὴ κινεῖν μήτε φαρμακίοις μήτε ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσι νεωτεροποιεῖν. ὅπερ γὰρ ἀρτίως ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ἔφη, τοῦτο ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ μεταβαλὼν ἀπαρτὶ ὠνόμασεν. ἔστι δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς τοὔνομα τὸ ἀπαρτὶ κατὰ τούτου τοῦ σημαινομένου τοῦ ἀπηρτισμένως καὶ ὁλοκλήρως καὶ ἀνελλιπῶς, ὅπερ αὐτὸ καὶ τὸ ἀπαρτίως νῦν σημαίνει. οὐ γὰρ δὴ τό γε ἐν ἀρτίαις ἡμέραις, ψεῦδος γὰρ δὴ τοῦτο ἐναργῶς, εἴ τις ἐν ἀρτίαις ἡμέραις ἢ ἐκρίθη ἢ κρίνεται, μηδὲν ἐπὶ τούτων νεωτεροποιεῖν. οὐ μὴν οὐδὲ τὸ πρὸ ὀλίγου δηλοῖ τὸ ἀρτίως ἐν ταύτῃ τῇ ῥήσει. δῆλον δὲ μάλιστα μὲν ἐκ τοῦ ῥητοῦ τοῦ ἐπιφερομένου, οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς τὰ κεκριμένα

rum etiam aliquid nobis ipſis agendum eſſe. Ubi igitur, inquit, vel perfecta criſis jam facta eſt vel adhuc fit, totum opus naturae committere nihilque nos innovare oportet; ubi vero imperfecta criſis eſt, quod deeſt, id nos decet addere. Hoc autem et ipſe in libro de humoribus his verbis dicebat: *quae perfecte judicantur, ea non movenda, neque medicamentis, neque aliis irritamentis innovanda eſſe.* Nam quod ἀρτίως in aphoriſmis dixit, hoc eſt *integre*, id illo in libro ἀπαρτὶ, hoc eſt *perfecte* nominavit. Eſt autem id vocabulum ἀπαρτὶ, apud alios quoque veteres hac ſignificatione, perfecte integre nec imperfecte, quod et idem ἀπαρτίως etiamnum ſignificat. Non enim ſane pro diebus paribus intelligendum, hoc enim profecto manifeſte falſum eſt, ſi quis diebus paribus aut judicatus ſit aut judicetur, nihil his innovandum eſſe. Jam vero neque ἀρτίως hoc in textu *nuper* ſignificat, quod maxime ſubſequenti verbo declaratur. Non enim ſimpliciter ἀρτίως, quod eſt nuper, enuntiavit, *judicata*

Ed. Chart. IX. [37.] Ed. Baf. V. (233. 234.)

ἀρτίως, ἀλλὰ τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα. τούτων δὲ τὰ κεκριμένα τάχα ἂν ὁμολογήσειε τῷ ἀρτίως. τὰ δὲ κρινόμενα κατ' οὐδένα τρόπον, ἀλλὰ κἄξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς ἀληθείας δῆλον. οὐ δήπου γὰρ εἴτε τι πρὸ ὀλίγου κέκριται, τοῦτο οὐ χρὴ νεωτεροποιεῖν, ἀλλ' εἰ μὲν τελέως τε καὶ ἀνελλιπῶς καὶ ὁλοκλήρως, ἀληθὲς ἂν εἴη τὸ λεγόμενον, εἰ δ' ἐλλιπῶς κατά τι, τὸ λεῖπον αὐτῶν χρὴ προσθεῖναι. τὰ γὰρ μετὰ (234) κρίσιν ὑπολειπόμενα ὑποστροφὰς ποιεῖ. τίς οὖν ἐστιν ἡ τελεία καὶ ἀνελλιπὴς κρίσις, ἢ δῆλον ὅτι καθ' ἣν πάντα καλῶς γίγνεται καὶ μηδὲ εἷς ἀριθμὸς ἐλλείπεται τῶν κριτικῶν; πρῶτον μὲν γὰρ ἀμείνων ἡ κατὰ κένωσιν τῆς κατ' ἀπόστημα, εἶτα ἡ κατὰ τὸν λυποῦντα καὶ πλεονάζοντα χυμὸν τῆς ἄλλον τινὰ κενούσης, καὶ τρίτον ἡ κατ' ἴξιν τῆς μή. κατ' ἴξιν δὲ αὐτὸς ὀνομάζει τὸ κατ' εὐθυωρίαν. ἐπὶ ταύταις ἡ μετ' εὐφορίας, εἶθ' ἡ μετὰ πέψεως ἐν ἡμέρᾳ κρισίμῳ. ταῦτα γὰρ πάντα χρὴ παρεῖναι

ſunt; ſed quae judicantur et judicata ſunt; quorum alteri quidem judicata, adverbium *ἀρτίως*, hoc eſt *nuper*, poſſet convenire; alteri vero *judicantur* nullo modo. Imo et ex ipſa rerum veritate liquet: non enim ſi quid paulo antea ſit judicatum, id non innovandum eſt, ſed ſi perfecte abſolute ac integre, tunc verum fuerit quod dicitur. Si quid vero ad criſin deſit, id quod deeſt oportet adjungere; nam quae poſt criſin relinquuntur, recidivas efficiunt. Quaenam igitur perfecta eſt integra criſis? an in qua nimirum probe omnia proceſſerint nullusque judicatorius numerus defuerit? Primum enim melior criſis exiſtit quae vacuatione quam quae abſceſſu fit. Deinde quae humorem noxium ac redundantem quam quae alium quempiam vacuat. Tertio quae e directo quam quae aliter fit. Vocat autem ipſe e directo vacuationem quae vaſorum rectitudine procedit. Quarto deinceps quae euphoriam habet, quaeve facile toleratur. Quinto quae cum coctione ac die critico oboritur. Haec enim omnia per-

Ed. Chart. IX. [37. 38.] Ed. Baſ. V. (234.)

τῇ τελείᾳ κρίσει. ἀπόντος δ' αὐτῶν τινος ἢ καὶ πλειόνων, οὐκ ἀκριβὴς οὐδ' ἀπηρτισμένη κρίσις ἂν εἴη.

κα'.

[38] Ἃ δεῖ ἄγειν, ταύτῃ ἄγειν ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ φύσις, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.

Τίνα δή ποτε ἃ δεῖ ἄγειν; δηλονότι τὰ μήτε κρινόμενα μήτε κεκριμένα ἀρτίως. ταῦτα οὖν διὰ τίνος ἐκκενοῦν χρὴ μορίου διδάσκει, σκοπὸν ἡμῖν διδοὺς διττὸν, αὐτήν τε τοῦ μορίου τὴν φύσιν καὶ τὴν ῥοπὴν τοῦ χυμοῦ. ὅπως γὰρ ἂν, φησὶ, ῥέπῃ διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων, ταύτῃ ἄγειν. ξυμφέροντα δ' ἐστὶ χωρία κενώσεσιν, ἔντερά τε καὶ γαστὴρ καὶ κύστις καὶ μήτρα καὶ σύμπαν τὸ δέρμα, τῆς πρὸς τούτοις αἴ θ' ὑπερῶαί τε καὶ ῥῖνες, ὅταν ἤτοι τὸν ἐγκέφαλον ἐκκαθαίρωμεν ἢ καθ' αἱμορῥαγίαν ἡ κρίσις γίνεται καὶ μάλιστα εἰ κατ' ἴξιν, ὅπερ ἐστὶ κατ' εὐθὺ τοῦ πεπονθότος

fectae criſi adeſſe oportet. Quod ſi unum aut etiam plura abfuerint, neque exquiſita criſis, neque integra fuerit.

XXI.

Quae ducere oportet, quo maxime propendet natura, ea per loca conferentia ducenda ſunt.

Quaenam ea ſunt quae ducere oporteat? nimirum quae neque judicantur, neque perfecte judicata ſunt. Haec igitur per quam partem ſunt evacuanda docet ſcopum geminum tradens, tum ipſam partis naturam, tum humoris propenſionem. Quo namque locorum conferentium vergit, eo ducere convenit. At vacuationibus commoda loca ſunt, inteſtina, venter, veſica, uterus, cutis univerſa; ad haec palatum et nares, cum aut cerebrum expurgamus aut per ſanguinis profluvium ſit criſis, ac maxime ſi κατ' ἴξιν, quod eſt e directo partis affectae, procedat. Nam

Ed. Chart. IX. [38.] Ed. Baf. V. (234.)

μορίου. τὰ γὰρ ἀνάπαλιν αἱμορῤῥαγέοντα κακὸν, ὡς ἀσύμφορα δὲ χωρία αἱ ῥοπαὶ τῶν λυπούντων χυμῶν γίνονται, ὅταν ἤτοι κύρια ταῦτα τὴν φύσιν ὑπάρχει καὶ μείζων ἢ ἐξ αὐτῶν ἔσεσθαι βλάβη μέλλει, τῆς τοῦ κρινομένου νοσήματος ἀξίας ἢ ὅταν μηδεμίαν ἔκκρισιν ἔχῃ. παραδείγματος δ' ἕνεκα τῶν καθ' ἧπαρ λυπούντων χυμῶν ἐκκενοῦσθαι χρῃζόντων ἐπιτήδειοι ῥοπαὶ δίτταὶ, ἡ μὲν ἑτέρα κατὰ τὴν γαστέρα καὶ ταύτης αὐτῆς βελτίων ἢ κάτω τῆς δι' ἐμέτων, ἡ δ' ἑτέρα τῶν κατὰ νεφρούς τε καὶ κύστιν, οὐ μὴν ἥ γε εἰς πνεύμονα καὶ θώρακα καὶ καρδίαν ἀγαθή προσέχειν οὖν χρὴ τὸν ἰατρὸν τῇ ῥοπῇ τῆς φύσεως, εἴτ' ἐπιτηδείως μὲν γενομένης ὑπηρετεῖν τε ἅμα καὶ συνεργεῖν εἴτ' ἐναντίως τε ἅμα καὶ βλαβερῶς γίγνοιτο, κωλύειν τε ἅμα καὶ μετάγειν καὶ ἀντισπᾶν.

---

quae contra fiunt ſanguinis profluvia, mala ſunt. Infeſtantium vero humorum in loca minime conſona propendent impetus, quum ea vel principalia ſunt natura et major ex ipſis noxa ſubſequuntura eſt, quam morbi qui judicatur dignitas poſtulet; vel quum nullam excretionem ſortiuntur. Exempli gratia noxiorum in hepate humorum vacuationem poſtulantium idoneae propenſiones ſunt geminae; altera quidem per ventrem, cujus illa opportunior eſt, quae per inferiora, quam quae per vomitus agit; altera vero quae per renes et veſicam ducit. At ſane quae in pulmonem, thoracem et cor vergit, nequaquam proba eſt. Medicum itaque oportet naturae motum ac propenſionem obſervare, quae ſi idonea fuerit, tum ipſi ſubminiſtrare, tum auxiliari; ſi vero contrario modo ſimul et noxie fiat, ipſam prohibere ſimulque revocare atque revellere oportet.

Ed. Chart. IX. [38. 39.] Ed. Baſ. V. (234.)

κβ'.

Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν μὴ ὠμὰ, μηδ' ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ· τὰ δὲ πολλὰ οὐκ ὀργᾷ.

---

[39] *Τὸ μὲν φαρμακεύειν ἔθος ἐστὶν αὐτῷ λέγειν ἀντὶ τοῦ χρῆσθαι φαρμάκῳ καθαίροντι, τὸ δ' ὀργᾶν ἀπὸ τῶν ὀργώντων ζώων μετενήνοχεν ἐπὶ τοὺς χυμούς. καθ' ὃν γὰρ τρόπον ἐκεῖνα ἡσυχάζειν οὐ δύνανται γαργαλιζόμενά πως καὶ κινούμενα καὶ διανιστάμενα πρὸς τοῦ πάθους, οὕτω καὶ οἱ χυμοὶ πολλάκις ἐν κινήσει σφοδροτέρᾳ καὶ μεταῤῥύσει μορίων εἰς μόρια, κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος ἐνοχλοῦσι τὸν ἄνθρωπον, κινοῦντες καὶ γαργαλιζόντες καὶ ἡσυχάζειν οὐκ ἐπιτρέποντες, ἀλλ' αὐτοί τε κινούμενοι καὶ μεταῤῥέοντες, ἐνοχλοῦντές τε τῇ τοσαύτῃ φορᾷ τὸν κάμνοντα. τοὺς μὲν δὴ τοιούτους ἐκκενοῦν προσήκει, τουτέστι τοὺς ἐν κινήσει καὶ φορᾷ καὶ ῥύσει, τοὺς δ' ἤδη καθ' ἕν τι μόριον ἐστηριγμένους οὔτ' ἄλλῳ τινὶ βοηθήματι χρὴ κινεῖν*

XXII.

Concocta medicamentis educenda ac movenda ſunt, non cruda, neque per initia, niſi turgeant; ſed plerumque non turgent.

Φαρμακεύειν medicari quidem ipſi conſuetudo eſt pro medicamento uti purgante pronunciandi. *Ὀργᾶν* vero, *turgere*, ab animantibus venere percitis ad humores translatum eſt. Quemadmodum enim illa animalia, quum eo affectu titillantur, impelluntur et concitantur, quieſcere nequeunt: ſic et humores plerumque in motu vehementiore atque a partibus in partes transfluxu, per initium morbi hominem infeſtant concitantes, titillantes et quieſcere non concedentes, imo et ipſi concitantur, transfluunt, titillantur ſuoque impetu aegrum moleſtant. Hosce igitur humores evacuare decet, hoc eſt qui ſunt in motu, latione ac fluxu. Qui vero jam aliqua in corporis parte firmati decumbunt, eos neque ullo alio auxilio movere

Ed. Chart. IX. [39.] Ed. Baf. V. (234.)

οὔτε φαρμακεύειν πρὶν πεφθῆναι. τηνικαῦτα γὰρ ἤδη καὶ τὴν φύσιν ἔχομεν βοηθοῦσαν τῇ κενώσει. φαίνεται γάρ τοι καὶ αὕτη μετὰ τὰς πέψεις διακρίνουσά τε τοὺς χυμοὺς, ἀπωθουμένη τε καὶ περιττὸν, ἐν ᾧ δὴ καιρῷ καὶ αἱ κρίσεις γίνονται. ἀλλὰ τελέως μὲν αὐτῆς κινουμένης οὐδενὸς δεῖ φαρμάκου. μετριώτερον δὲ καὶ ἀσθενέστερον ἐνεργούσης τὸ λεῖπον αὐτοὺς χρὴ προστιθέναι φαρμακεύοντας, ἵν' ἔξ ἀμφοῖν ἡ τοῦ λυποῦντος χυμοῦ γίνηται κένωσις, ἀπωθουμένης μὲν τῆς φύσεως, ἕλκοντος δὲ τοῦ φαρμάκου. δέδεικται γὰρ ἡμῖν ἐν τοῖς περὶ φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν ἡ μὲν φύσις ἑκάστου τῶν μορίων τέτταρσι δυνάμεσι χρωμένη, ἑλκτικῇ τε τοῦ οἰκείου καὶ καθεκτικῇ τοῦ αὐτοῦ καὶ πρὸς ταύτῃ πεπτικῇ καὶ τετάρτῃ τῶν ἀλλοτρίων ἀποκριτικῇ, ἕκαστον δὲ τῶν φαρμάκων τὸν οἰκεῖον ἑαυτῷ χυμὸν ἐπισπώμενόν ἐστι. καλῶς δὲ προσέθηκε τῷ λόγῳ, τὰ δὲ πολλὰ οὐκ ὀργᾷ. καὶ χρὴ τοῦτο διδαχθῆναι παρὰ τῆς ἐμπειρίας, ὡς αἱ μεταῤῥύσεις ἄλλοτ' εἰς ἄλλο μόριον τῶν χυμῶν ὀλιγάκις γίνονται. τὰ πλείω δ' ἡσυχάζει καὶ μένει καθ' ἕν

oportet, neque ante coctionem medicari. Tunc enim jam naturam quoque habemus evacuationis auxiliatricem; ipſa namque poſt coctiones tum humores ſecernere tum quod ſupervacaneum eſt, quo tempore etiam fiunt criſes, expellere conſpicitur. Verum quum ipſa perfecte movet, nullo opus eſt medicamento; quum vero moderatius ac imbecillius agit quod deeſt, id medicamentis nobis adjiciendum eſt, quo ab utroque vexantis humoris fiat evacuatio, natura quidem expellente, medicamento vero attrahente. Demonſtratum enim a nobis eſt in commentariis de naturalibus facultatibus ſingularum partium naturam quatuor uti facultatibus, familiaris alimenti attractrice ejusdemque retentrice, praeterea coctrice et quarta alienorum expultrice. Singula vero medicamenta proprium ac familiarem ſibi humorem attrahunt. Recte autem textus addidit: *Sed plerumque non turgent*, idque ab experientia diſcendum, humorum transfluxus ab alia in aliam partem raro contingere, ſed quadam in parte frequentius

Ed. Chart. IX. [39. 40.] Ed. Baſ. V. (234.)

τι μόριον, ἐν ᾧ καὶ πέττονται παρ' ὅλον τοῦ νοσήματος χρόνον ἄχρι λύσεως. χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων ὁ ἀφορισμὸς οὗτος οὐ γέγραπται, κατὰ μέντοι τὸ περὶ χυμῶν ἐν ἅπασι γέγραπται.

κγ'.

Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ οἷα δεῖ καὶ φέρει εὐφόρως καὶ ὅκου δεῖ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν καὶ τοῦτο ποιεῖν, ἢν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

---

[40] *Εἴθ' ὑπὸ φύσεως εἴθ' ὑφ' ἡμῶν ἡ κένωσις γίνοιτο, χρὴ πάντως ὡρίσθαι τι μέτρον αὐτῆς· ὡς γὰρ τὴν ποιότητα κατὰ τὸν λυποῦντα χρὴ κενοῦσθαι χυμὸν, οὕτω δηλονότι καὶ τὴν ποσότητα τῷ πλήθει τοῦ λυποῦντος ἁρμόττειν. ἀλλὰ τῆς μὲν ποιότητος τὰς διαγνώσεις ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἡνίκα τὸν ἀφορισμὸν ἐξηγούμεθα, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίας καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι. ποσότητος*

immorari ac conſiſtere, in qua etiam toto morbi tempore aduſque ejus ſolutionem ipſi concoquuntur, ſcire vero oportet quibusdam in exemplaribus hunc aphoriſmum ſcriptum non eſſe; in libro autem de humoribus paſſim ſcriptum inveniri.

XXIII.

Quae vacuantur, copia conjectanda non ſunt; ſed ſi qualia oportet prodeant ac aeger facile ferat. Atque ubi ad animi defectionem uſque educendum eſt, id moliendum.

Sive a natura ſive a nobis vacuatio fiat, quandam ipſius menſuram omnino praeſcripſiſſe oportet. Quemadmodum enim moleſtus humor pro qualitatis ratione vacuandus eſt, ſic profecto vacuationis quantitas vexantis humoris copiae congruat oportet. Verum qualitatis quidem dignotiones ſupra diximus, quum aphoriſmum interpretaremur, cujus eſt initium: *In alvi perturbationibus*

Ed. Chart. IX. [40.] Ed. Baſ. V. (234.)

δ᾽ οὐδὲν τοιοῦτον ἔχομεν εἰπεῖν γνώρισμα. διὰ τοῦτ᾽ οὖν ἐπ᾽ αὐτῆς ἔδωκεν ὁ Ἱπποκράτης ἡμῖν κριτήριον τὴν εὐφορίαν. εἰ μὲν γὰρ τὸ πλεονάζειν ἐκκενοῖτο, κουφότερον ἑαυτοῦ τὸν κάμνοντα καὶ εὐφορώτερον ἀνάγκη γίνεσθαι. εἰ δέ τι καὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐκκρίνοιτο, καταλύεσθαί τε καὶ ἀῤῥωστεῖν αὐτοῦ τὴν δύναμιν αἰσθάνεσθαί τε δυσφορίας, ὥστε μὴ τῇ προχείρῳ φαντασίᾳ τῆς ποσότητος τῶν κενουμένων προσέχειν τὸν νοῦν, ἀλλὰ τοῖς εἰρημένοις δύο γνωρίσμασιν, εἰ οἷα δεῖ κενοῦνται καὶ εἰ μετ᾽ εὐφορίας. τὸ δ᾽ ἐφεξῆς εἰρημένον ὑπ᾽ αὐτοῦ, τὸ καὶ ὅκου δεῖ ἄγειν μέχρι λειποθυμίας, ὀρθῶς μὲν λέλεκται. προσεγεγράφθαι δὲ χρὴ τὰ γνωρίσματα τῆς χρήσεως. ἐπεὶ τοίνυν ἐκεῖνος οὐκ εἶπεν ἡμεῖς ἐξ ὧν αὐτῇ τε τῇ πείρᾳ καὶ τῷ λόγῳ δοκοῦμεν εὑρηκέναι τὰς διαθέσεις, ἐφ᾽ ὧν ἁρμόττει τὸ μέχρι τῆς λειποθυμίας κενοῦν ἐροῦμεν. καὶ πρῶτόν γε τὸ μέχρι ποίας λειποθυμίας εἴρηται ὑπ᾽ αὐτοῦ διορίσασθαι δίκαιον. οὐ

et vomitionibus. Quantitatis vero nullum tale, quod dici debeat, indicium habemus. Quare de ipſa quantitate euphoriam ferendive facilitatem certum indicium, ſtatuit deditque Hippocrates: nam ſi humor redundans vacuetur, tum levius tum facilius aegrotantem habere neceſſe eſt. Quod ſi quis etiam ex iis qui ſecundum naturam ſunt excernatur, tunc aegrotantis vires diſſolvi ac debilitari, ipſamque ferendi difficultatem ſentire oportet. Quare non temerariae vacuandorum quantitatis phantaſiae mens adhibenda eſt, ſed duobus commemoratis indiciis, *ſi qualia oportet et cum euphoria vacuentur.* Quod autem deinceps ab ipſo dicitur, *atque ubi aduſque lipothymiam ducendum eſt*, recte quidem pronunciatum eſt, ſed ejus uſus adſcribenda ſunt indicia. Quae quum ille non protulerit, nos ex quibus tum ipſa experientia tum ratione videmur affectus inveniſſe, in quibus aduſque lipothymiam vacuare conveniat, docebimus. Ac primum ad qualem uſque lipothymiam ab ipſo dictum fuerit diſtinguere oportet. Ne-

Ed. Chart. IX. [40.] Ed. Baſ. V. (234. 235.)

νὰο δὴ τάς γε τοιαύτας λέγει λειποθυμίας, ὅσαι φοβηθέντων ἐνίοτε τῶν καμνόντων ἢ τὴν τῆς φλεβὸς διαίρεσιν, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο βοήθημα γίνονται. οὐ μὴν οὐδ' ὅταν ἐν τῷ στόματι τῆς γαστρὸς ὑπάρχωσι δακνώδεις χυμοί τινες, ἤτοι πρότερον ἠθροισμένοι κατ' αὐτὴν ἢ κατὰ τὴν τοῦ βοηθήματος χρῆσιν συρρύεντες λειποθυμίαι παρέσχον. λειποθυμοῦσι μὲν γὰρ καὶ τότε, οὐ μὴν ἱκανόν γε μέτρον κενώσεως ἡ τοιαύτη λειποθυμία, πρὸ τοῦ δέοντος ἐνίο- (235) τε γινομένη, καθάπερ καὶ ἐπὶ αὐτοῦ τοῦ διαναστῆναί τε καὶ καθίσαι πολλάκις ἐλειποθύμησάν τινες τῶν πυρεττόντων, διὸ δὴ καὶ κατακειμένους αὐτοὺς φλεβοτομοῦμεν. ἡ τοίνυν κατὰ τὸν λόγον τῆς κενώσεως ἐπιγιγνομένη λειποθυμία νῦν εἴρηται πρὸς Ἱπποκράτους μέτρον γινομένη τῆς κενώσεως, ἐπί τε μεγίστων φλεγμονῶν καὶ πυρετῶν διακαεστάτων καὶ ἀλγημάτων σφοδροτάτων. χρὴ δὲ, ὡς καὶ αὐτὸς εἶπεν, ἐρρωμένης τῆς δυνάμεως ἐπιχειρεῖν ἐπὶ τοσοῦτον κενοῦν καὶ ἡμεῖς πάνυ πολλάκις πεπειράμεθα τῶν τοιούτων κενώσεων ἰσχυρῶς ὠφελουσῶν. ἔν τε γὰρ τοῖς θερμοτάτοις

que enim ſane eas dicit lipothymias, quae metuentibus interdum aegris aut venae ſectionem aut aliud ejusmodi auxilium oboriuntur; neque etiam quum in ore ventriculi quidam humores mordaces fuerint vel prius in ipſo collecti vel qui in eo remedii uſu in ipſum confluxerint, lipothymiam excitant, tum enim et in lipothymiam ruunt, non tamen hujusmodi lipothymia ſatis idoneus eſt vacuationis modus, quae nonnunquam priusquam deceat oboritur, veluti quibusdam febricitantibus, qui et inter aſſurgendum et deſidendum in lipothymiam multoties procideruntpropterea ipſis reſupinis jacentibus venam ſecamus. Ea igitur quae vacuationis ratione ſuccedit lipothymia, nunc ab Hippocrate ſancita eſt menſura vacuationis, in maximis inflammationibus, in febribus ardentiſſimis et vehementiſſimis doloribus. Verum, ut et ipſe docet, conſtantibus ac firmis viribus ad tantam vacuationem ſtudio procedendum eſt nosque ſaepius hujusmodi vacuationes prodeſſe plurimum experientia didicimus. In ardentiſſimis ſiquidem

Ed. Chart. IX. [40. 41.] Ed. Baf. V. (935.)

πυρετοῖς ἢ μέχρι λειποθυμίας φλεβοτομία κατάψυξίν τε παραχρῆμα τῆς ὅλης ἕξεως ἐργάζεται καὶ σβέννυσι τὸν πυρετόν. καὶ δὴ καὶ ἡ γαστὴρ διαχωρεῖ τοῖς πλείστοις καὶ ἱδρῶτες προχέονται, καί τινες αὐτῶν ἐπὶ τούτων ἐπαύσαντο τελέως. ἄλλοι δὲ μεγάλως ὠφεληθέντες ἐνέκοψαν τὸ σφοδρὸν τοῦ [41] νοσήματος. ἔν τε ταῖς μεγίσταις φλεγμοναῖς καὶ ταῖς ἰσχυροτάταις ὀδύναις οὐδὲν οἶδα μεῖζον βοήθημα τοῦ μέχρι λειποθυμίας ἐκκενῶσαι, διορισάμενος εἴτε φλεβοτομεῖν εἴτε καθαίρειν ἄχρι λειποθυμίας προσήκει, καθότι δεδήλωται ἐν τοῖς περὶ φλεβοτομίας ὑπομνήμασιν.

κδ'.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.

Ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηκε, πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ, τὰ δὲ πολλὰ

febribus ad lipothymiam uſque phlebotomia illico tum univerſum corporis habitum refrigerat tum febrem exſtinguit; quamplurimis etiam alvus dejicit et ſudores profuſe manant, quas ob res eorum nonnulli febre omnino ſunt liberati, alii magnopere adjuti, morbi vehementiam reſciderunt. In maximis etiam inflammationibus et vehementiſſimis doloribus nullum majus novi remedium aduſque lipothymiam vacuatione; prodita tamen diſtinctione an aduſque lipothymiam ſanguinem detrahere, an vero purgare deceat, quemadmodum in commentariis de venae ſectione declaratum eſt.

XXIV.

In morbis acutis raro et per initia purgantibus medicamentis utendum idque circumſpectantibus faciendum eſt.

Paulo ante dixit: *concocta medicamentis educenda ac movenda ſunt, non cruda, neque per initia, niſi turgeant,*

Ed. Chart. IX. [41.] Ed. Baſ. V. (235.)

οὐκ ὀργᾷ. νῦν οὖν καὶ ὅτι κατὰ τὰς ἀρχὰς μόνων τῶν ὀξέων νοσημάτων ἐγχωρεῖ ποτε κάθαρσιν ποιήσασθαι συμφέρουσαν ἐδίδαξεν ἡμᾶς. ἐν μὲν γὰρ τοῖς χρονίοις ἀεὶ χρὴ τὸν πεπασμὸν ἀναμένειν· ἐν δὲ τοῖς ὀξέσιν, ὅταν ὀργᾷ καὶ κατ' ἀρχὴν οἷόν τε φαρμακεύειν καὶ τοῦτο αὐτὸ πρᾶξαι μετὰ πολλῆς εὐλαβείας καὶ περισκέψεως. ὅθεν μοι δοκεῖ ὁ Ἱπποκράτης καλῶς προσθεῖναι καὶ τοῦτο προειξευκρινήσαντας ποιεῖειν. εἴτε γὰρ προδιασκεψάμενος ἐπιμελῶς, εἴτε προπαρασκευάσας τὸν ἄῤῥωστον, εἴτε τὴν ἐνδεχομένην εὐκρίνειαν ἀναμείνας, εἴτε καί τινα τούτων, εἴτε καὶ πάντα σημαίνει τοὔνομα, τὴν εὐλάβειαν αὐτοῦ τὴν περὶ τὰς τοιαύτας καθάρσεις ἐνδείκνυται σαφῶς. κίνδυνος γὰρ οὐ μικρὸς ἐν ὀξεῖ νοσήματι κακῶς φαρμακεῦσαι, τῷ πάντα μὲν τὰ καθαίροντα φάρμακα θερμὰ ταῖς δυνάμεσιν εἶναι, δεῖσθαι δὲ τὸν πυρετὸν, ᾗ πυρετός ἐστι κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον, οὐχ ὅπως τῶν θερμαινόντων καὶ ξηραινόντων, ἀλλὰ τῶν ἐναντιωτάτων αὐτοῖς, τουτέστι τῶν ὑγραινόντων τε καὶ ψυ-

ſed plerumque non turgent. Nunc autem et per initia morborum acutorum dumtaxat poſſe nonnunquam nos purgationem quae conferat moliri docet. Nam in diuturnis morbis ſemper morbi coctionem expectare oportet; in acutis vero quum turgent, etiam in principio purgare fas eſt et hoc ipſum cum cautione et circumſpectione facere. Unde mihi videtur Hippocrates recte adjeciſſe: *idque circumſpectantibus faciendum.* Sive enim accuratam praemeditationem prius factam, ſive aegroti praeparationem, ſive recti, prout conceditur, judicii expectationem, ſive ex his aliqua, ſive etiam omnia id vocabulum ſignificet, ſummam ipſius cautionem in ejusmodi purgationibus manifeſte prodit. Periculum enim non leve eſt in acuto morbo male purgatione medicari, quod omnia purgantia medicamenta facultatibus ſint calida; febris vero, quatenus febris eſt et ſui ratione, non calefacientibus atque exſiccantibus, ſed his maxime contrariis, hoc eſt humectantibus et refrigerantibus indigeat. Non igitur ob

Ed. Chart. IX. [41. 42.] Ed. Baſ. V. (235.)

χόντων. οὐκοῦν οὐδ' αὐτῆς ἕνεκα τῆς πυρώδους θερμασίας ἡ κάθαρσις ἡμῖν παραλαμβάνεται. ταύτην γὰρ ἴσμεν ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ βλαπτομένην, ἀλλὰ τῶν ἐργαζομένων αὐτὴν ἕνεκα χυμῶν. χρὴ τοίνυν μείζονα τὴν ὠφέλειαν ἐκ τῆς τῶν λυπούντων χυμῶν κενώσεως γίγνεσθαι τῆς βλάβης, ἣν ἐξ ἀνάγκης λαμβάνεται τὸ σῶμα πρὸς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων. ἔστι δὲ ἡ ὠφέλεια μείζων, ἐὰν ἀλύπως τε καὶ πᾶς ὁ βλάπτων καὶ λυπῶν ἐκκενωθῇ χυμός. ἵνα δὲ τοῦτο γένηται, πρῶτον μὲν δεῖ προσκέψασθαι εἰ ἐπιτηδείως ὁ κάμνων ἔχει πρὸς τὴν τοιαύτην κάθαρσιν. οἱ γὰρ ἐξ ἀπεψιῶν πολλῶν ἢ γλίσχρων ἢ παχέων ἐδεσμάτων, ὡσαύτως δὲ οἷς καὶ ὑποχόνδρια διατεταμένα πεφύσηται ἢ [42] ὑπερβαλλόντως ἐστὶ θερμὰ καὶ πυρῶδη τὰ οὖρα, καί τις αὐτόθι τῶν σπλάγχνων φλεγμονή, πάντες οὗτοι πρὸς τὰς καθάρσεις ἀνεπιτήδειοι. χρὴ τοίνυν ἀπεῖναί τε ταῦτα καὶ τοὺς χυμοὺς ὡς ἔνι μάλιστα τοῦ κάμνοντος εὐρυστάτους εἶναι, τουτέστι λεπτοὺς καὶ ἥκιστα μετέχοντας γλισχρότητός τινος, ἀναπεπταμένους τε τοὺς πόρους, δι' ὧν ἡ κάθαρσις μέλλει

igneum febris calorem purgatio nobis inſtituitur, hanc enim ſcimus pro ſui facultate nocere, ſed propter humores febrem efficientes. Quare majorem ex infeſtantium humorum vacuatione utilitatem conſequi oportet quam ſit laeſio aut noxa, quam ex purgantibus medicamentis neceſſario corpus accipit. Major autem eſt utilitas, ſi et citra moleſtiam et totus humor noxius et infeſtans vacuatus fuerit. Quo vero hoc fiat, primo conſiderandum eſt, an aegrotus ad hujusmodi purgationem idoneus exiſtat. Qui namque cruditatibus ex multis aut lentis aut craſſis eduliis laborant, quibus itidem flatibus hypochondria diſtenta ſunt aut urinae ſupra modum calidae et igneae aut hic aliqua viſcerum inflammatio, hi omnes ad purgationes inepti ſunt. Haec itaque abeſſe oportet; aegrotantis quoque humores quam poteſt fieri maxime fluxiles, hoc eſt tenues minimeque lentoris participes, apertos denique reſeratosque eſſe docet meatus, per quos pur-

Ed. Chart. IX. [42.] Ed. Baſ. V. (235.)

γενέσθαι καὶ μηδεμίαν ἔμφραξιν ἔχοντας. ταῦτα γὰρ καὶ ἡμεῖς προπαρασκευάζομεν, ἐπειδὰν μέλλωμεν καθαίρειν τινὰ καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτὸ τὸ ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένον ἐν ἐκείνῳ τῷ ἀφορισμῷ. τὰ σώματα χρὴ ὅκου τις βούλεται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν. ἀλλ' ἔν γε τοῖς ὀξέσι νοσήμασι κατ' ἀρχὰς εὐθὺς, ἤτοι περὶ τὴν πρώτην ἡμέραν ἢ οὐκ ἔξω τῆς δευτέρας μελλόντων ἡμῶν χρῆσθαι ταῖς καθάρσεσιν, ὅταν ὀργᾷ, τὴν τοιαύτην παρασκευὴν οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι, πλὴν εἰ μὴ ἄρα τις σχοίη καιρὸν, μέλικρατον δοῦναι πιεῖν, ἐναφεψήσας ὑσσώπου τι ἢ ὀριγάνου, ἢ τραγοριγάνου ἢ θύμου ἢ γλήχωνος, ἤ τινος τῶν οὕτως λεπτυνόντων χυμοὺς, ὥστ' εὐλόγως εἶπεν ὀλιγάκις ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι κατ' ἀρχὰς ἔσεσθαι χρείαν ἡμῖν φαρμακείας, τῷ μήτε πολλάκις ὀργᾶν ἐν ἀρχῇ τοὺς λυποῦντας χυμοὺς μήτ', εἰ καί τι τούτων ὑπάρχει, τοῦ νοσοῦντος ἐπιτηδείου πρὸς τὴν κάθαρσιν ἔχοντος, ἀλλὰ μηδὲ καιρὸν ἡμῖν παρέχοντος τοῦ νοσήματος, ἐπιτήδειον αὐτὸν παρασκευάσαι.

---

gatio fieri debeat, omnique obſtructione liberos. Nam ita nos quoque antea praeparamus, quum aliquem ſumus purgaturi. Atque id ipſum eſt quod illo in aphoriſmo ab Hippocrate pronunciatur: *corpora quum quis purgare velit, ea meabilia faciat oportet.* Verum in acutis morbis per initia ſtatim vel circa primum diem aut non ultra ſecundum, ſi purgantibus medicamentis uſuri ſimus, turgente ad excretionem materia, ipſam praeparationem fieri non conceditur, niſi quis fortaſſis melicrati propinandi occaſionem nanciſcatur, in quo hyſſopi nonnihil aut origani aut tragorigani aut thymi aut pulegii aut hujusmodi humores attenuantium aliquid incoxerit. Quare non citra rationem effatus eſt raro in morbis acutis per initia purgantis medicamenti nobis uſum fore; tum quod neque vexantes humores per initia crebro turgeant, tum quod etiam ſi quid horum exſtet, aeger tamen ad purgationem ineptus habeatur, imo neque morbus occaſionem nobis ad idoneam aegrotantis praeparationem praebeat.

Ed. Chart. IX. [42.] Ed. Baſ. V. (235.)

κε'.

Ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι, τὰ δ' ἐναντία δυσχερῶς.

Φανερῶς οὗτος ὁ ἀφορισμὸς ἐν ἐκείνῳ περιέχεται καθ' ὃν ἔλεγεν· ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι, ἢν δὲ μὴ, τἀναντία. ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον τοῦ βιβλίου περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ γινομένων διελέγετο καθάρσεων καὶ σχεδὸν ἅπαντας εἴρηκε τοὺς ἀναγκαίους διορισμοὺς, οὐκ ὤκνησεν οὐδὲ τοῦτον προσθεῖναι τὸν ἀφορισμὸν, οὐδὲν μὲν διδάσκοντα νεώτερον, ἀναμιμνήσκοντα δὲ ὧν ἔμπροσθεν ἐν ἑτέρῳ χωρίῳ τοῦ βιβλίου, περὶ τῶν αὐτομάτων κενώσεων προειρήκει, πρὸς τῶν κἀνταῦθα συμπεπληρῶσθαι τὸν περὶ τῶν καθάρσεων ἅπαντα λόγον.

XXV.

Si quae purgari decent purgentur, tum confert, tum aegri facile ferunt; ſi vero contraria, difficile.

Hic aphoriſmus in illo plane continetur, in quo dicebat: *In alvi perturbationibus et vomitionibus quae ſponte oboriuntur, ſi qualia purgari oportet purgentur, confert et facile ferunt; ſin minus, contra.* Verum quum hac in libri parte de purgationibus a medico inſtituendis diſſereret ac propemodum omnes ad id neceſſarias diſtinctiones recenſuiſſet, non piguit ipſum hunc quoque aphoriſmum addere, qui ſane nihil magis novum edocet, ſed ad memoriam revocat ea quae prius in alia libri parte de ſpontaneis vacuationibus enunciaverat, ut hoc etiam in loco totus ſermo de purgationibus eſſet abſolutus.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟΥΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

Ed. Chart. IX. [43.] Ed. Baſ. V. (236.)

α'.

[43] (236) Ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον, ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

Ὅτι μὲν ὁ πόνος αὐτῷ βλάβην σημαίνει νῦν εὔδηλον ἐκ τῆς ἀντιθέσεως. φησὶ γὰρ, ἢν δ' ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον. οὔσης δὲ διττῆς τῆς ἐξ ὕπνου βλάβης τῆς

HIPPOCRATIS APHORISMI ET GALENI IN EOS COMMENTARII.

I.

Quo in morbo ſomnus laborem facit, letale; ſi vero juvat ſomnus, non letale, et de utriusque cauſis et affectibus.

Quod ſane labor ipſi nunc laeſionem ſignificet ex antitheſi conſtat. Ait enim: *ſi vero ſomnus juvet, non letale.* Quum autem duplex ſit ex ſomno laeſio, altera

Ed. Chart. IX. [43. 44.] Ed. Baſ. V. (236.)

μὲν κοινῆς, ὅταν ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν παροξυσμῶν, ἃς ἐπισημασίας ὀνομάζουσιν, οἱ κά- [44] μνοντες κοιμηθῶσι, τῆς δ' ἰδίας, ὡς ἐπί τινων νοσημάτων, ὅταν ἐν ἄλλῳ τινὶ καιρῷ, περὶ ταύτης αὐτὸν ἡγετέον λέγειν. ἐκείνη γὰρ οὔτε θάνατον οὔτ' ἄλλο τι σημαίνει δεινὸν, ἑπομένη τῇ φύσει τοῦ καιροῦ. συννευουσι γὰρ εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος ἐν ταῖς τῶν παροξυσμῶν ἀρχαῖς, ἤτοι θερμασία πᾶσα καὶ οἱ χυμοὶ, καθάπερ αὐτὸς ἐδίδαξε, καὶ μᾶλλον ἐφ' ὧν ἤτοι φρίκη τις ἢ ῥῖγος ἢ ψύξις τῶν ἔξω μερῶν ἰσχυρὰ γίνεται. καὶ διὰ τοῦτο αὐτοῖς χρονίζει τὰ συμπτώματα κοιμηθεῖσιν ἐν ταῖς ἀρχαῖς καὶ μόγις ἐπὶ τὴν ἀκμὴν οἱ πυρετοὶ παραγίνονται. καὶ εἰ δή τις εἴη φλεγμονὴ περὶ σπλάγχνων, εἰκότως αὔξεται· καὶ εἰ χυμοί τινες εἰς τὴν γαστέρα συρρέουσιν, οὐχ ὁμοίως πέττονται, καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ὕπνοις, ἀλλὰ πολλῷ πλείους γίνονται, διαμενόντες ἄπεπτοι. διὰ ταῦτά τοι καὶ παρακελευόμεθα τοῖς κάμνουσιν ἐγρηγορέναι τηνικαῦτα τὴν ὑπὸ τῆς ἐγρηγόρσεως ἐπὶ τὰ ἐκτὸς φορὰν τοῦ πνεύματος καὶ τοῦ αἵματος καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς

communis, quum in principiis acceſſionum, quas epiſemaſias nominant, aegroti dormierint; altera propria, ut in quibusdam morbis, quum in alio tempore *de poſteriore laeſione* ipſum loqui augurandum eſt. Prior namque illa neque mortem, neque quidquam aliud metuendum ſignificat, quum temporis naturam ſequatur. In principiis ſiquidem acceſſionum tum calor univerſus, tum humores in profundum corporis coguntur, quemadmodum ipſe docuit, et magis in quibus aut horror quidam aut rigor aut vehemens partium exteriorum refrigeratio contingit; ipſisque propterea, ſi in acceſſionum principiis dormierint, ſymptomata diuturniora fiunt et vix febres ad vigorem perveniunt. Et ſane ſi qua ſubſit viſcerum inflammatio, ipſam augeri par eſt et in ventrem ſi qui humores confluant, non peraeque ac per alios ſomnos concoquuntur, ſed plures cumulantur crudi ac incocti permanentes Quas ob res etiam tum aegrotantibus imperamus ut vigilent, motum qui per vigiliam foras fit, ſpiritus ſanguinis et

Ed. Chart. IX. [44.] Ed. Baſ. V. (236.)

θερμασίας, ἀντιτάττοντες ὡς μέγιστον ἴαμα τῇ κατὰ τὰς ἐπισημασίας ἐπιγινομένῃ πρὸς τὸ βάθος αὐτῶν φορᾷ. διὸ καὶ φαίη ἄν τις οὐκ ἀλόγως μὲν αὐτὰς τὰς βλάβας ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ γίγνεσθαι τῇ φύσει τοῦ παροξυσμοῦ, κωλυομένας δὲ ὑπὸ τῆς ἐγρηγόρσεως, ἐπειδὰν δὲ καὶ ταύτης στερηθῶσιν οἱ κάμνοντες, ἐναργεστέραν ἴσχειν τὴν βλάβην, οὐχὶ τῷ προσέρχεσθαί τινα διὰ τὸν ὕπνον ἑτέραν βλάβην, ἀλλὰ τῷ τὴν ἐκ τῆς ἐγρηγόρσεως ὠφέλειαν ἀπογίνεσθαι. οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος ἐπιδείκνυσι μηδεμίαν ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν παροξυσμῶν βλάβην ἐξ ὕπνου γινομένην, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον, ἀπουσίαν ὠφελείας· ὁ δ' ἕτερος λόγος ὁ καὶ τοίοις ὕπνοις συγχωρῶν ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ βλάβην ἐργάζισθαι τὴν διδασκαλίαν φησὶ γίνεσθαι νῦν Ἱπποκράτει περὶ τῶν ἐν ἄλλοις καιροῖς ὑπνούντων, οἷς ἀκολουθεῖ τοὐπίπαν ἐναργής τις ὠφέλεια καὶ μάλιστα ὅταν ἐν ταῖς παρακμαῖς γεννηθῶσιν. ὠφελοῦσι μὲν γὰρ ἐναργῶς ἐνίοτε καὶ κατ' αὐτὰς τὰς ἀκμὰς γινόμενοι, καί ποτε κἀν τοῖς τῶν ἀναβάσεων τῶν γινομένων ἐν τοῖς ἑσχάτοις, ὅσαι συνά-

inſiti ipſis caloris tanquam maximum praeſidium ei motioni opponentes, quae eorundem intro aut in altum per acceſſionum accedit initia. Quare non citra rationem dixerit quispiam ipſas laeſiones per id tempus ex acceſſionis quidem natura accidere, ſed vigilia prohiberi. Quum autem hac quoque privati fuerint aegroti, laeſionem ſentiunt manifeſtiorem, non quod altera per ſomnum accedat laeſio, ſed quod abſit quae ex vigilia oboritur, utilitas. Haec itaque ratio nullam oſtendit fieri in acceſſionum principiis ex ſomno laeſionem, ſed hoc ipſum dumtaxat utilitatis abſentiam. Altera vero ratio quae concedit ex ſomno fieri hoc tempore laeſionem, aſſerit nunc Hippocraticam doctrinam de iis eſſe qui aliis temporibus dormiunt, quos omnino comitatur manifeſta quaedam utilitas ac maxime quum in declinationibus contigerit: nam interdum in ipſo etiam vigore obrepens ſomnus manifeſte juvat; nonnunquam etiam in incrementi poſtremo quod vigori copulatur. Verum omnium utilitatum manifeſtiſſima

Ed. Chart. IX. [44. 45.] Ed. Baf. V. (236.)

πτονται ταῖς ἀκμαῖς, ἀλλ' ἡ πασῶν ἐναργεστάτη τῶν ὠφελειῶν ἐν ταῖς παρακμαῖς γίνεται. καὶ τοίνυν καὶ βλάπτοντες ἧττον μὲν ὀλέθριοι, κατά γε τὴν ἀκμὴν εἰσι καὶ τὴν αὔξησιν τοῦ παροξυσμοῦ, μάλιστα δ' ἐν ταῖς παρακμαῖς ὀλέθριοι γίνονται. ἐν ᾧ γὰρ ἕκαστον τὸ ὠφελιμώτατόν ἐστιν, ἐὰν πρὸς τῷ μηδὲν ὠφελεῖν ἔτι καὶ βλάπτῃ, θάνατον εἰκότως δηλώσει. βλάβαι δ' ἐξ ὕπνων εἰσὶν αἱ ταῖς ὠφελείαις ἐναντίαι, παραδείγματος χάριν τό τε τὸν πυρετὸν ἢ μὴ λύεσθαι πρὸς αὐτῶν ἢ καὶ παροξύνεσθαι καὶ τὸ τὰς ὀδύνας ἐπιτείνεσθαι καὶ τὰ ῥεύματα πλείω γίνεσθαι καὶ τὰς φλεγμονὰς αὐξάνεσθαι. τινὲς δὲ καὶ κατ' αὐτοὺς τοὺς ὕπνους φθέγγονται παρακοπτικῶς καὶ ἣν ἐξεγείρωνται, μέχρι πολλοῦ παρανοοῦσιν. ἐνίοις δὲ ἀρχὴ κώματος ἐν τῷ ὕπνῳ γίνεται καὶ μόγις ἀνίστανται νυττόμενοι. συμβαίνει δὲ ταῦτα πάντα διὰ τὴν τῶν χυμῶν κακοήθειαν, οὓς, ὅταν μὲν ἰσχυρότερον ᾖ τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἡμῶν, ἐκπέττει κατὰ τοὺς ὕπνους· ὅταν δὲ ἀσθενέστερον, ἐνικήθη μὲν ὑπ' [45] ἐκείνων, βαρύνεται δ' ὑπ' αὐτῶν τὰ σπλάγχνα καὶ τοῖς εἰρημένοις ἁλίσκεται παθήμασιν ὁ ἄνθρωπος. αὐτὸς γάρ τοι

eſt quae in declinationibus oboritur. Proindeque quum ſomni laedant, in vigore et acceſſionis incremento minus quidem exitiales ſunt, maxime vero in declinationibus pernicioſi. Nam quo tempore quidquam utiliſſimum eſt, ſi praeterquam quod nihil prodeſt, etiam laedat mortem ratione portendit. Ortae vero ex ſomno laeſiones, ejusdem utilitatibus ſunt contrariae. Exempli gratia, ſomno febres ſi non ſolvantur aut etiam exacerbentur et dolores intendantur et fluxiones multiplicentur et inflammationes augeantur. Nonnulli vero inter dormiendum etiam delira loquuntur, qui expergeſacti diu in delirio perſeverant. Quibusdam etiam initium comatis in ſomno fit, qui puncti vix excitantur. Haec autem omnia propter humorum malignitatem contingunt, quos quum noſter calor nativus validior exſtiterit, per ſomnos concoquit; quum vero imbecillior, ab illis evincitur ab iisque viſcera graveſcunt et enarratis affectibus homo corripitur. Ipſe namque Hip-

Ed. Chart. IX. [45.] Ed. Baf. V. (236.)

ὁ Ἱπποκράτης βούλεται τὸν μὲν ἐγρηγορότα ἔξωθεν θερμότερον εἶναι, τὸν δὲ καθεύδοντα ἐναντίαν, διδάσκων ἡμᾶς ὅπερ καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν φυσικῶν ἔδοξε, κατὰ τὰς ῥοπὰς τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἐγρήγορσίν τε καὶ ὕπνον γίνεσθαι. καὶ τοίνυν εἰκότως, ἐπειδὰν ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἀθροισθὲν τοῦτο μὴ περιγίνηται τῶν νοσοποιῶν αἰτιῶν, ὄλεθρον σημαίνει. περιγινόμενον μέντοι οὐδέπω βεβαίας ἐστὶν ἀσφαλείας σημεῖον, πλὴν εἴ τις ὅσον ἐπὶ τούτῳ τῷ πάθει φάσκοι σωθήσεσθαι τὸν κάμνοντα, καθ' ἑτέραν διάθεσιν ἀπολέσθαι δυνάμενον. εἰ γὰρ δὴ φθάνοι φλεγμονή τις εἶναι καθ' ὁτιοῦν τῶν κυρίων δύσλυτος, ἐγχωρεῖ τὸν οὕτως ἔχοντα τεθνήξεσθαι· ὥστ' ἀσφαλέστερον μὲν εἰπεῖν, ὅταν ἐξ ὕπνου γίνηταί τις βλάβη, θανάσιμον εἶναι τὸ σημεῖον, ὅταν δ' ὠφέλεια, οὐ θανάσιμον. ὅτι δ' ἐξ ὕπνων γίνονταί τινες βλάβαι κἀν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπών· ἐν τούτοις πολλοὶ κωματώδεες ἦσαν καὶ παράφοροι, οἱ δὲ ἐξ ὕπνου τοιοῦτοι ἐγίνοντο.

---

pocrates vult vigilantem hominem extrinſecus eſſe calidiorem, dormientem vero contrario modo ſe habere, intrinſecus nimirum incaleſcere: id nos edocens, quod et aliis quibusdam phyſicis viſum eſt, pro nativi caloris intro forasve motionibus ſomnum atque vigiliam fieri. Merito igitur ubi calor in viſceribus collectus cauſas morbificas nequit evincere, perniciem ſignificat. Si tamen evicerit, nondum certae ſalutis ſignum eſt, niſi quispiam dicat, quantum ad hunc affectum attinet, aegrotum ſoſpitem evaſurum, ex alio tamen affectu interire poſſe. Etenim ſi qua inflammatio ſolutu difficilis aliquam partium principum occupaverit, contingit aegrum qui ita ſe habeat interire. Quare ſecurius pronunciandum eſt, quum ex ſomno laeſio quaedam oboritur, letale ſignum eſſe; quum utilitas, non letale. Quod vero ex ſomnis quaedam oboriuntur laeſiones, ipſi in libris epidemiorum hiſce verbis declaravimus, in his multi erant ſoporati et mente turbati, hi vero ex ſomno tales evadebant.

Ed. Chart. IX. [45.] Ed. Baf. V. (236.)

β'.

Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύει, ἀγαθόν.

Ἐὰν ἐφεξῆς ἀλλήλων εἴπωμεν ἀμφοτέρους τοὺς ἀφορισμούς, τοῦτόν τε καὶ τὸν προειρημένον, ὅλος ὁ λόγος γενήσεται τοιοῦτος· ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιεῖ, θανάσιμον, ἢν δ' ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον. ὅκου γοῦν παραφροσύνην ὕπνος παύει, ἀγαθόν. ἵνα δ' οἷον παράδειγμά τι τῶν κατὰ μέρος ἓν ἐπιφέρηται τῷ προειρημένῳ λόγῳ τῷ καθόλου, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἰπεν· ὅκου ὀδύνην ὕπνος παύει ἀγαθόν. ὅκου πυρετὸν ὕπνος, ἀγαθόν. ἀλλ' ἠρκέσθη τὸ κινδυνωδέστερον εἰπεῖν, νόσημα μόνον. ἐναργέστερον γὰρ ἡ τῶν καθόλου λόγων ἀλήθεια διὰ τῶν τοιούτων ἐπιδείκνυται παραδειγμάτων.

γ'.

Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα μᾶλλον τοῦ μετρίου γινόμενα κακόν.

II.

Ubi ſomnus delirium ſedat, bonum.

Si utcunque aphoriſmum tum hunc tum ſuperiorem inter ſe jungi ordine pronunciaverimus, tota ejusmodi procedet oratio: *Quo in morbo ſomnus laborem facit, letale; ſi vero ſomnus jubet, non letale. Ubi igitur ſomnus* delirium ſedat, bonum. Ut unum quoddam tanquam exemplum particulare antecedenti orationi univerſaliter enunciatae ſubjungeret, ac ſi ita diceret: Ubi dolorem ſomnus ſedat, bonum. Ubi febrem ſomnus ſedat, bonum. Ubi igitur inflammationem ſedat ſomnus, bonum. Verum ſatis fuit periculoſiorem morbum dumtaxat nominare. Univerſalium namque verborum veritas talibus exemplis magis elucet.

III.

Somnus et vigilia modum ſi exceſſerint, malum.

Ed. Chart. IX. [45. 46.] Ed. Baſ. V. (236. 237.)

Ἐνίοις τῶν ἰατρῶν ἔδοξεν ἡ μὲν ἀγρυπνία μᾶλλον τοῦ μετρίου γιγνομένη κακὸν εἶναι καὶ σημεῖον καὶ αἴτιον, [46] οὐ μὴν γε ὕπνος. ἀεὶ γὰρ τοῦτον ἀγαθὸν εἶναι καὶ μηδὲ γίνεσθαί ποτε μᾶλλον τοῦ μετρίου, τοὺς πολλοὺς δ' ἐξηπατῆσθαι, τὰς κωματώδεις διαθέσεις ἀρχομένας, νομίζοντας εἶναι ὕπνον μακρόν. ἀλλὰ μαθόντες οὗτοι παρ' ἡμῶν ὡς πρὸ τοῦ τὸ δυσδιέγερτον ἔχειν, οὔπω κῶμα προσαγορεύεσθαι συγχωρείτωσαν ὕπνον ὀρθῶς ὀνομάζεσθαι μακρὸν, ὅταν τῷ χρόνῳ μόνῳ ὑπερβάλλῃ τὴν κατὰ φύσιν συμμετρίαν, οὐδέπω τὸ δυσδιέγερτον ἔχων. γίγνεται δὲ ὁ τοιοῦτος ὕπνος ἐπὶ ψύξει τοῦ πρώτου αἰσθητικοῦ, τουτέστι τοῦ ἐγκεφάλου, ἥτις ψύξις, ὅταν ἰσχυρὰ γενηθῇ, μετὰ μὲν ὑγρότητος μιχθεῖσα τὰ ληθαργικὰ πάθη ποιεῖ, μετὰ δὲ ξηρότητος τὰς καλουμένας καταλήψεις. οὕτω δὲ καὶ ἀγρυπνίαι γίνονται μὲν διὰ (237) θερμασίαν τοῦ πρώτου μορίου τῶν αἰσθητικῶν, ἀλλ' ἤτοι κατὰ δυσκρασίαν μόνην ἢ καὶ χυμοῦ χολώδους πλεονάσαντος. αἱ δ' ἀποδείξεις ἁπάντων τῶν τοιούτων ἐν ταῖς ἡμετέραις εἴρηνται πραγματείαις.

Nonnullis medicis vigilia modum excedens malum eſſe et ſignum et cauſa viſa eſt, non tamen ſomnus. Hunc enim ſemper bonum eſſe et nunquam fieri ſomnum modum excedentem; plerosque decipi qui comatoſos affectus incipientes longum eſſe ſomnum arbitrantur. Verum hi a nobis edocti nondum prius coma nominandum quam difficilem habuerit expergefactionem, concedant ſomnum longum recte appellari, quum ſolo tempore naturalem ſymmetriam commoderationemve exciperet ac nondum difficilem habeat expergefactionem. Talis autem fit ſomnus primi ſenſifici, hoc eſt cerebri refrigeratione; quae refrigeratio quum vehemens fuerit, mixtae quidem humiditati lethargicae affectiones, ſiccitati vero catalepſes ſeu detentiones vocantur. Sic et vigiliae fiunt propter principis partis ſenſificae calorem aut ſola intemperie aut humore bilioſo exuberante obortum. At horum omnium demonſtrationes noſtris in operibus conſcriptae ſunt; nunc ſufficiat

Ed. Chart. IX. [46.]. Ed. Baf. V. (236.)

νυνὶ δὲ ἀρκεῖ μόνα αὐτῶν λελέχθαι τὰ κεφάλαια. καθάπερ δὲ μόνον τὸν ὕπνον διὰ παντὸς οἴονται ἔνιοι σύμμετρον γίγνεσθαι καὶ μηδέποθ' ὑπάρχειν ὕπνον ἄμετρον, οὕτως ἔνιοι πάλιν φασὶν ἀγρυπνίαν μηδέποτε γίγνεσθαι μετρίαν, ἀλλ' εἶναι τοὔνομα μόνης ἀμετρίας δηλωτικὸν, ἐπιλελησμένοι τῆς τοῦ βίου συνηθείας, ὅτι καὶ κατὰ μέτρια λέγομεν, ἐνίοτε τοῖς μεγάλοις ἀντιθέντες. οὕτω γοῦν καὶ ἀγρυπνίαν ἀκούειν χρὴ μετρίαν ἐν ἴσῳ τῷ μικράν.

δ'.

Οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν ὅ τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ.

Πάλιν οἵτος ὁ λόγος, ὥσπερ ὁ προγεγραμμένος ἀφορισμὸς, ἐπὶ μιᾶς ὕλης ὁ αὐτὸς καὶ ἐπὶ πασῶν ἀποφαίνεται. τῆς γὰρ ὑγείας συμμετρίας οὔσης ἀνάγκη πάσας τὰς ἀμετρίας, ὅσαι μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἀποκεχωρήκασι τῆς συμμε-

ſola eorum capita tetigiſſe. Quemadmodum autem nonnulli ſomnum ſemper ſieri commoderatum arbitrantur, nec unquam incommoderatum: ſic rurſus quidam vigiliam nunquam eſſe commoderatam proferunt, verum eo nomine ſolam immoderationem ſignificari; immemores vulgaris vitae conſuetudinis, qua et mala magnis interdum malis oppoſita moderata dicimus. Sic igitur et moderatam vigiliam peraeque ac parvam audire nos oportet.

IV.

Non ſatietas, non fames, neque quidquam aliud quod naturae modum excedat bonum.

Hic rurſus ſermo, quemadmodum qui praeceſſit aphoriſmus, in una materia idem et in omnibus enunciatur. Quum enim ſanitas ſymmetria ſit, omnes immoderationes, quae plurimum a commoderatione receſſerunt, jam mor-

Ed. Chart. IX. [46. 47.] Ed. Baſ. V. (236.)

τρίας, ἤδη νοσήματα ὑπάρχειν, ὅσαι δ᾽ οὐδέπω τὸ μέχρι πλείστου κέκτηνται νοσημάτων ἐνδείκνυσθαι γένεσιν.

ε΄.

Κόποι αὐτόματοι φράζουσι νούσους.

Οὐ τῆς ἐκ τῶν κινήσεων ἀμετρίας ὄνομά ἐστιν ὁ κόπος, ἀλλὰ τῆς ἐγγινομένης διαθέσεως ἐν τοῖς [47] τῶν ζώων σώμασιν· οὐ γινομένων γὰρ μνημονεύει κόπων, ἀλλὰ τῶν αὐτομάτων· ὅταν οὖν ἄνευ κινήσεως τοιαύτη γένηται διάθεσις, οὐ κόπος ἁπλῶς, ἀλλὰ κόπος αὐτόματος ὀνομάζεται. τριῶν οὖν ὄντων κόπων, ὡς ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ἐδείξαμεν, ἑλκώδους, τονώδους καὶ φλεγμονώδους τοῦ ἐκ τούτων συντιθεμένου, ὁ μὲν πρῶτος αὐτῶν ἀπὸ κακοχυμίας, ὁ δὲ δεύτερος ὑπὸ πλησμονῆς, ὁ δὲ τρίτος ὑπ᾽ ἀμφοτέρων ἅμα συνελθόντων πέφυκε γίνεσθαι. ἐδείχθη γὰρ οὕτω καὶ περὶ τούτων ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν πραγματείᾳ. εἰκότως οὖν οἱ αὐτόματοι κόποι νόσους ἀπαγγέλλουσιν.

bos eſſe, quae vero quod plurimum eſt nondum obtinuerunt, morborum generationem indicare neceſſe eſt.

V.

Spontaneae laſſitudines morbos denunciant.

Non ex motionibus immoderatis nomen eſt laſſitudo, ſed obortae animalium corporibus affectionis. Non enim adventitias, ſed ſpontaneas laſſitudines commemorat. Quum igitur abſque motu hujusmodi oboriatur affectio, non ſimpliciter laſſitudo, ſed laſſitudo ſpontanea nominatur. Quum autem tres ſint laſſitudines, ut libris de ſanitate tuenda declaravimus, ulceroſa, tenſiva et inflammatoria ex his compoſita, ipſarum quidem prima ex cacochymia, altera ex plenitudine, tertia ex utraque una coeunte ortum habet. Sic enim et de his in opere de ſanitate tuenda demonſtratum eſt. Quare merito ſpotaneae laſſitudines morbos denunciant.

Ed. Chart. IX. [47.] Ed. Baſ. V. (236.)

στ'.

Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος τὰ πολλὰ τῶν πόνων μὴ αἰσθάνονται, τουτέοισι ἡ γνώμη νοσέει.

Πόνους εἴωθεν ὀνομάζειν ἐνίοτε τὰς διαθέσεις αὐτὰς, ἐν αἷς ὀδυνώμεθα. κατὰ τοῦτο γοῦν ἔλεγεν ἐν ταῖς ἐπιδημίαις, ἐν Κρανῶνι αἱ μὲν παλαιαὶ ὀδύναι ψυχραί, αἱ δε νεαραὶ θερμαί· οὐκ αὐτὰς δήπου τὰς ὀδύνας θερμὰς καὶ ψυχρὰς ὀνομάζων, ἀλλὰ τὰς διαθέσεις ἐφ' αἷς γίνονται. καὶ νῦν οὖν ὡσαύτως εἴρηκε πόνους αὐτὰς τὰς διαθέσεις, ὅσαι μετ' ὀδύνης γίνεσθαι πεφύκασιν, ἐρυσίπελας δηλονότι καὶ φλεγμονὴν καὶ τραῦμα καὶ θλάσμα καὶ ῥῆγμα καὶ σπάσμα καὶ πᾶν εἴ τι τοιοῦτον. ὧν ἐάν τινος ὑπάρχοντος ὁ κάμνων ἀναίσθητος ᾖ, τὴν γνώμην νοσέει, γνωμὴν δὲ λέγειν ἢ διάνοιαν οὐδὲ εἰς τὰ παρόντα διοίσει.

VI.

Qui aliqua corporis parte dolentes frequentius dolorem non ſentiunt, iis mens aegrotat.

Dolores interdum ipſas affectiones nominare conſuevit, in quibus dolemus. Quo ſenſu in epidemiis loquebatur: *Cranoni vetuſti dolores, frigidi, recentes, calidi;* non re ipſa dolores calidos frigidosve, ſed morbos, quibus dolores concitantur, ita nominans. Atque nunc eodem modo dolores ipſas affectiones nominavit, quaecunque cum doloribus fieri conſuevere, quemadmodum eryſipelas, phlegmonem, vulnus, fracturam, rupturam, vulſionem et quidquid eſt ejusmodi; quorum ſi quod quum adeſt aegrotus non ſentiat, ejus mens aegrotat. Mentem autem dicere aut intelligentiam nihil in praeſentia refert.

Ed. Chart. IX. [47. 48.] Ed. Baf. V. (236.)

ζ'.

Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα νωθρῶς ἐπανατρέφειν δεῖ, τὰ δ' ἐν ὀλίγῳ ὀλίγως.

Τὰ μὲν γὰρ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα κενώσει τῶν ὑγρῶν καὶ τῶν πνευμάτων, οὐ συντήξει τῶν στερεῶν πέπονθε τοῦτο. τοῖς δ' ἐν πλείονι χρόνῳ λεπτυνθεῖσιν ἐκτήκονται μὲν αἱ σάρκες, ἰσχνὰ δὲ γίνονται καὶ τὰ ἄλλα, δι' ὧν ἥ τε πέψις τῶν ζώων ἐπιτε- [48] *λεῖται καὶ ἡ ἀνάδοσις καὶ ἡ ἐξαιμάτωσις καὶ ἡ θρέψις, ὥστε οὐ δυνήσεται τοσαύτην κατεργάσασθαι τροφὴν, ὅσης δεῖται τὸ σῶμα. διὰ τοῦτ' οὖν ἐν χρόνῳ πλείονι χρὴ τὰ τοιαῦτα ἀνατρέφειν καὶ λεπτῶς, ὅπερ ὠνόμασε νωθρῶς. ἐφ' ὧν δὲ μόνα ἐκενώθη τὰ ὑγρὰ καὶ τὰ πνεύματα, ἐπὶ τούτων διὰ ταχέων ἀνατρέφειν ἐγχωρεῖ καὶ ἄκρως, εὐθαρρούντας τῇ τῶν στερεῶν εὐρωστίᾳ. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἀφορισμοῦ διχῶς γέγραπται καὶ σημαίνει ταυτὸν, ἄν τε ὀλίγῳ κατὰ δο-*

VII.

Quae diuturno tempore attenuatur corpora, ſenſim reficere oportet; quae pauco, paucies.

Equidem quae pauco tempore extenuantur corporum, id humorum et ſpirituum evacuatione, non ſolidarum partium colliquatione perpeſſa ſunt. Extenuatis autem longo tempore corporibus carnes tabeſcunt, emaciantur etiam aliae partes, per quas et concoctio in animalibus et diſtributio et ſanguificatio atque nutritio perficitur, quare tantum non poterit alimentum concoqui, quanto corpus indiget. Quamobrem ejusmodi corpora longiore tempore reficere oportet, atque tenuiter, quod ſenſim nominavit. At quibus ſoli humores et ſpiritus evacuati ſunt, ea nos celeriter ac plenius decet reficere certam ſolidarum partium robori fiduciam adhibentes. Quod autem aphoriſmi

Ed. Chart. IX. [48.] Ed. Baſ. V. (236.)
τικὴν πτῶσιν γεγραμμένον ᾖ, ἂν τ' ἐπιῤῥηματικῶς, ὀλίγως μετὰ τοῦ σ'.

η'.

Ἢν ἐκ νούσου τροφὴν λαμβάνων τις μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ τὸ σῶμα χρέεται· ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος τοῦτο γίνηται, χρὴ εἰδέναι ὅτι κενώσεως δεῖται.

Διὰ βραχυλογίαν καὶ συνήθειάν τινα λέξεως, ὁποῖα καὶ νῦν ἔτι παρ' ἡμῖν ἐστιν ἐν πολλαῖς τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεων, ἀσαφὴς ὁ ἀφορισμὸς ἐγένετο. λέγειν γὰρ ἡμῖν ἔθος ἐστὶ μὴ λαμβάνειν μὲν τροφὴν τοὺς ἀνορέκτους, λαμβάνειν δὲ τοὺς ὀρεγομένους τε καὶ τρεφομένους ἄχρι κόρου. ὅσοι μὲν οὖν ὀρεγόμενοι καὶ τροφὴν δαψιλῆ προσφερόμενοι τὴν ὑγιεινὴν ἰσχὺν ἀδυνατοῦσιν ἀνακτήσασθαι, βαρύ-

fini bis additum eſt et idem ſignificat, ſive pauco, caſu ablativo, ſive paucies adverbialiter ſcriptum ſit.

VIII.

Si quis a morbo cibum capiens non roboretur, copioſiore corpus uti alimento ſignificat. Si vero alimentum copioſius non aſſumenti id contingat, evacuatione indigere ſciendum eſt.

Propter brevitatem et quandam loquendi conſuetudinem, quae apud nos etiamnum multis in civitatibus Aſiae perteritur, hic aphoriſmus obſcurus factus eſt. Conſuetudo namque nobis eſt dicendi, cibum eos non aſſumere, qui cibum faſtidiunt, eos vero cibum capere qui appetunt et aduſque ſatietatem epulantur. Quicunque igitur appetunt copioſumque alimentum aſſumunt et priſtinum ſanitatis robur recuperare nequeunt, gravantur potius,

Ed. Chart. IX. [48.] Ed. Bas. V. (236.)

νονται μᾶλλον, οὐ τρέφονται πρὸς αὐτῆς. ὅσοι δ' οὐδὲ λαμβάνειν αὐτάρκως δύνανται, μοχθηροὺς ἔχουσι χυμούς, οὓς εἰ μὴ κενωθεῖεν, ἀδύνατον αὐτοῖς ἐστι νῦν ὑγιεινὴν ἰσχὺν ἀναλαβεῖν. ὁ δ' Ἱπποκράτης οὐ νῦν μόνον, ἀλλὰ κἀν τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ συγγράμμασιν, ὅταν μὲν ἀναλόγως ἀλλήλοις αὐξηθῶσιν οἱ χυμοὶ πάντες, αἵματος ἀφαιρέσει ποιεῖται τὴν βοήθειαν· ὅταν δ' εἷς τις ἐξ αὐτῶν πλεονάσῃ, καθαρτικὸν ἐκείνῳ δίδωσι φάρμακον. ἅτε οὖν ταῦτα γινώσκων τε καὶ πολλάκις ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασιν εἰρηκώς, ὀρθῶς ἐπάγει τοὺς ἑξῆς ἀφορισμοὺς δύο, περὶ τῆς αὐτῆς ἔτι διαθέσεως διδάσκων, περὶ ἧς καὶ κατὰ τὸν προκείμενον ἀφορισμὸν ἐδίδαξεν εἰπών· ἢν δὲ μὴ λαμβάνοντος τοῦτο γίγνηται, εἰδέναι ὅτι κενώσεως δεῖται· καὶ τήν γε τάξιν τῶν ἐφεξῆς δυοῖν ἀφορισμῶν πεπλημμελῆσθαι νομίζω κατὰ τὰ πλεῖστα τῶν ἄλλων ἀντιγράφων. καὶ κάλλιον ἐν ἐκείνοις γέγραπται, καθ' ἃ ὁ πρότερος ἀφορισμὸς ἐξ αὐτῶν γέγραπται οὕτω. τὰ μὴ καθαρὰ σώματα ὁκόσῳ ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις, ἵν' οὖν ὁ πᾶς λόγος ᾖ τοιοῦτος,

non ab eo nutriuntur. Qui vero neque quod ſatis ſit poſſunt aſſumere, vitioſis ſcatent humoribus, quos niſi evacuarint, ut priſtinas ſanitatis vires recipiant fieri non poteſt. At Hippocrates non hic tantum, ſed et in ceteris ſuis libris, quum proportione inter ſe ſervata humores omnes adaucti ſunt, ſanguinis auxilium adfert; quum vero unus quidam ex ipſis redundat, ipſi purgans medicamentum exhibet. Quum itaque haec et noverit et multoties ſuis in operibus eadem tradiderit, recte ſequentes duos aphoriſmos ſubjungit, in quibus eandem etiamnum docet affectionem, de qua etiam hoc in praeſenti aphoriſmo hiſce verbis docuit: *ſi vero copioſius non aſſumenti hoc accidat, ipſum evacuatione indigere ſciendum eſt*; ac ſane duorum ſequentium aphoriſmorum ordinem in plurimis aliorum exemplaribus depravatum eſſe auguror; ac rectius in illis ſcriptum eſt, in quibus prior aphoriſmus ita ſcriptis eſt proditus: *impura corpora quo plus alueris, eo magis laeſeris*; ut tota ſit ejusmodi oratio: *quod ſi cibum*

Ed. Chart. IX. [48. 49.] Ed. Baf. V. (236. 237.)

ἢν δὲ μὴ λαμβάνοντος τοῦτο γίνηται, σημαίνει ὅτι κενώσεως δεῖται. τὰ γὰρ μὴ καθαρὰ σώματα, ὁκόσῳ ἂν θρέψῃς, μᾶλλον [49] βλάψεις. ἀλλ' ἡμεῖς τῇ κατὰ τὰ πλεῖστα τῶν ἀντιγράφων ἑπόμενοι τάξει τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν οὕτω ποιησόμεθα.

ϑ'.

Τὰ σώματα χρὴ ὅκου ἄν τις βούληται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν.

Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ βούλονται εὔροα γίγνεσθαι τὰ σώματα τῶν μὲν ἐμετηρίων φαρμάκων μελλόντων κενοῦσθαι διὰ τοῦ τῶν ἐμετηρίων ἐρεθισμοῦ, τῶν δ' ὑπηλάτων διὰ τοῦ συνεχῶς ὑπάγεσθαι τὴν γαστέρα. καὶ διὰ τοῦτο τὴν (238) *διάθεσιν πᾶσαν ἑκατέροις τοῖς μὲν εἰς ὑπαγωγὴν γαστρὸς ἐπιτήδειον παρασκευάζουσι, τοῖς δὲ εἰς ἐμέτους. ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι τὸν Ἱπποκράτην διδάσκειν ἡμᾶς νῦν οὐ*

non assumenti hoc accidat, quod evacuatione indigeat, sciendum est; impura namque corpora quanto plus nutries, tanto magis laedes. Verum nos maximae exemplarium partis ordinem sequuti, ipsorum interpretationem ita facturi sumus.

IX.

Quum quis corpora purgare velit, ea meabilia faciat oportet.

Multi profecto volunt corpora fluida ac meabilia fieri, quae vomitoriis quidem medicamentis vacuanda sunt, vomitoriorum irritamento; quae vero dejectoriis, medicamentis assidue alvum subducentibus. Ac propterea totum corporis habitum utrisque, his quidem ad alvi subductionem, his vero ad vomitum praeparant. Ego vero Hippocratem arbitror non id pusillam, sed quid praestantius

Ed. Chart. IX. [49.] Ed. Baſ. V. (238.)

τουτὶ τὸ σμικρὸν, ἀλλά τι μεῖζον ἕτερον, ὃ διὰ μακρᾶς πείρας ἡμεῖς ἐδιδάξαμεν οὕτως ἔχον. εἰ γάρ τις λεπτύνοι καὶ τέμνοι τοῦτο, παχεῖς καὶ γλίσχρους χυμοὺς ἐν τῷ σώματι καὶ τοὺς πόρους, δι' ὧν οὗτοι μεταλαμβάνονταί τε καὶ ἕλκονται πρὸς τῶν καθαρτικῶν φαρμάκων, ἀναστομώσειεν, ἡ κάθαρσις ἀρίστη γίνεται κατὰ πάντα. τοῖς δὲ τούτων μὲν ἀμελήσασιν, ἐμέτων δὲ καὶ γαστρὸς ὑπαγωγῆς προνοήσασιν αἱ καθάρσεις δυσχερῶς ἅπαντῶσι μετὰ στρόφων ἐνίοτε καὶ τινων ἰλίγγων, ἄσης τέ τινος πολλῆς καὶ κακοσφυξίας, ἐκλύσεώς τε καὶ δυσκολίας. ἀλλ' ἡμεῖς γε τῇ λεπτυνούσῃ χρώμεθα ἀγωγῇ, περὶ ἧς ὅλον ἔν ἐστιν ὑπόμνημα γεγραμμένον ἡμῖν καὶ οὐδὲν οὔτε τούτων εἴωθε συμβαίνειν αἵ τε κινώσεις ἁπάντων τῶν παρὰ φύσιν ἀλυπότατοι καὶ τάχιστοι γίνονται. διὰ τοῦτο τὸν Ἱπποκράτην φαμὲν τῷ λόγῳ προστεθεικέναι τὸ, ὅκου τις ἂν βούληται καθαίρειν, τὰ σώματα εὔροα ποιέειν, ὡσεὶ καὶ οὕτως εἶπεν, εἴτε καὶ δι' ἐμέτων εἴτε καὶ δι' ὑπαγωγῆς γαστρὸς ἐθέλοις καθαίρειν, εὖρουν ὅλον ἐργασάμενος τὸ σῶμα, κάλλιστα ἂν

aliud in praeſentia nos docere, quod nos longa experientia didicimus ita ſe habere. Si quis enim craſſos lentosque corporis humores tenuarit ac ineiderit, atque meatus per quos hi purgantibus medicamentis traducuntur trahunturque, reſerarit, tum in omnibus optima purgatio procedit. Qui vero his neglectis et vomitus et alvi ſubductionem procuraverint, iis aegre moleſteque purgationes ſuccedunt cum torminibus interdum et quibusdam vertiginibus et multa quadam jactatione, pulſus pravitate, virium exſolutione et difficultate. Nobis autem tenuante victu, de quo unum integrum librum ſcripſimus, utentibus nihil horum contingere conſuevit, ſed omnium quae in corpore praeter naturam continentur evacuationes citra ullam moleſtiam ac celerrime fiunt; idcirco Hippocratem dicimus ſuae orationi hoc adjeciſſe: *quum quis purgare velit, corpora fluida ac meabilia faciat oportet;* ac ſi ita dixiſſet: ſive per vomitus, ſive per alvi ſubductionem purgare velis, ubi fluidum ac meabile corpus totum effe-

Ed. Chart. IX. [49. 50.] Ed. Baf. V. (238.)

οὕτω καθάρῃς· εὑρουν δ', ὡς εἴπομεν, ἔσται, τῶν μὲν πόρων ἁπάντων ἀναστομωθέντων, τῶν δ' ὑγρῶν τμηθέντων καὶ λεπτυνθέντων, εἴ πού τι παχὺ καὶ γλίσχρον ὑγρὸν ἢ κατὰ τὸ σῶμα.

ι'.

Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις.

---

[50] *Συνδιαφθείρεται γὰρ ἡ ἐπεισιοῦσα τροφὴ τῇ προϋπαρχούσῃ κατὰ τὸ σῶμα κακοχυμίᾳ, ὥστ' αὐξάνεσθαι μὲν αὐτῆς τὴν ποσότητα, φυλάττεσθαι δὲ τὴν ποιότητα. καὶ μάλιστα γίγνεται τοῦτο, ὅταν ἡ γαστὴρ ἀναπεπλησμένη μοχθηρῶν χυμῶν ἢ τινων, ὑφ' ὧν καὶ τὸ μικρὸν ἔμπροσθεν εἰρημένον σύμπτωμα τοῖς ἀνακομιζομένοις ἐκ τῶν νοσημάτων συμβαίνει, τὸ μὴ δύνασθαι λαμβάνειν τροφάς.*

---

ceris, ſic demum belliſſime purgaveris. Erit autem fluidum ac meabile, ut diximus, omnibus meatibus referatis et humoribus inciſis atque tenuatis, ſi quis humor in corpore craſſus ac lentus extiterit.

X.

Impura corpora quo liberalius alueris, eo magis laeſeris.

Corrumpitur enim accedens alimentum praecedenti corporis cocochymia, ita ut ipſius quantitas augeatur, qualitas vero fervetur. Atque hoc ſit maxime quum venter pravis quibusdam humoribus refertus extiterit, a quibus et ſymptoma paulo ante commemoratum ex morbo convaleſcentibus accidit; id autem eſt cibum aſſumere non poſſe.

Ed. Chart. IX. [0.] Ed. Baſ. V. (238.)

ια'.

Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ σιτίου.

Ἐπειδὴ περὶ τῶν ἀνατρέψεως δεομένων ὁ λόγος αὐτῷ προείρηιο, διὰ τοῦτο τὸ νῦν ἔγραψε τὰς διαφορὰς τῶν ὑλῶν, ὑφ' ὧν ἀνατρέφονται. γέγραπται δὲ καὶ ἐν τῷ περὶ τροφῆς ὠδί· ὁκόσοι ταχίστης προσθέσεως δέονται, ὑγρὸν ἧημα εἰς ἀνάληψιν δυνάμεως ἄριστον· ὧκου δὲ ἔτι ταχυτέρης δεῖ ὀσφρήσεως. ἀκούειν δ' οὐχ ἁπλῶς χρὴ καθ' ἑκάτερον βιβλίον οὔτ' ἐκεῖ τὸ ὑγρὸν οὔτ' ἐνταῦθα τὸ ποτὸν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν πεφυκότων τρέφειν ὑγρῶν καὶ ποτῶν. εἰ γὰρ μὴ ὁμοίως ταῦτα τοῖς στερεωτέροις τρέφει, πλεονεκτήσει τῷ πάχει, καθάπερ οἱ παχύτεροι τῶν οἴνων. οἱ μὲν γὰρ ὑδατώδεις, ὀνομάζουσι δ' οὕτως τοὺς λευκοὺς καὶ λεπτοὺς, ἐγγὺς ὕδατος ὥσπερ τὴν ἰδέαν εἰσὶν, οὕτω καὶ τὴν δύναμιν, ὅθεν οὔρησιν μὲν κενοῦσιν, ἥκιστα δὲ τρέφουσιν. ὅσοι δὲ παχεῖς τε ἅμα καὶ τὴν χρόαν ἐρυθροὶ, τροφιμώτατοι πάντων οἴ-

XI.

Potu quam cibo refici facilius eſt.

Quia ſermo ipſi de refectionis indigentibus praeceſſit, propterea nunc materiarum, quibus convaleſcentes reficiuntur recreanturque, differentias ſcripſit. Sic autem eo in libro de alimento ſcriptum eſt: *Qui celerrima alimenti appoſitione indigent, iis humidum ad virium inſtaurationem remedium optimum eſt; ubi vero etiamnum celeriore opus fuerit odoribus.* At neutro in libro neque in illo humorem, neque in hoc potum abſolute, ſed pro liquidis ac poculentis quae alere queant, accipere oportet. Nam ſi haec liquida peraeque ad ſolidiora nutriunt, diſtributionis tamen celeritate ſuperant, quemadmodum vina craſſiora. Nam aquoſa, ſic autem alba et tenuia nominant, ut prope aquae ideam, ſic et facultatem conſequuntur, unde urinas quidem promovent, ſed minimum nutriunt. Quae vero craſſa ſunt ac ſimul colore rubra,

Ed. Chart. IX. [50. 51.] Ed. Baſ. V. (238.)

νων εἰσὶν, ὑπάρχει δὲ τοίτοις καὶ τὸ τάχιστα πληροῦν τὰ κεκενωμένα σώματα καὶ διὰ τοῦτο προσθέσεως δεόμενα. ὅτι δ' ὑγρὰ τροφὴ, καὶ μάλισθ' ὅταν φύσει θερμὴ ᾖ, ῥᾷον ἀναιρέφει πρόδηλον τοῖς ἐγνωκόσιν ὅπως ἀνάδοσίς τε καὶ πέψις γίνεται.

ιβ'.

Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

[51] Καὶ οἵτος ὁ ἀφορισμὸς συνέζευκται τοῖς προειρημένοις· εἰρηκὼς γὰρ ὁ Ἱπποκράτης, ἢν ἐκ νόσου τις τροφὴν λαμβάνων μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι τὸ σῶμα πλείονι τροφῇ χρέεται· ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος τοῦτο γίγνεται, σημεῖον ὅτι κενώσεως δεῖται. καὶ διὰ τοῦτο περὶ τῶν κενώσεων ἐφεξῆς διελθὼν ἀπέδωκε. νῦν τὴν αἰτίαν τοῦ δεῖσθαι κενώσεως τοὺς ἀνορέκτους μετὰ νόσον, ὡσεὶ καὶ

omnium vinorum maxime nutriunt. His autem ineſt corpora evacuata, proindeque acceſſionis alimenti indigentia, celerrime replere. Quod autem humidum alimentum ac maxime quum natura calidum fuerit facilius reficiat, iis apertum eſt, qui norunt quomodo tum coctio tum diſtributio ſiat.

XII.

Quae per morbos poſt criſin reſidua immorantur morborum reverſiones facere conſueverunt.

Hic etiam aphoriſmus ſuperioribus connectitur. Quum enim Hippocrates dixerit: *Si quis a morbo cibum aſſumens non roboretur, copioſiore corpus uti alimento ſignificat; ſi vero alimentum non aſſumenti id contingat, evacuatione ipſum indigere ſciendum eſt;* atque eam ob cauſam quum deinceps de vacuationibus diſſeruiſſet, nunc cauſam prodit, qua qui poſt morborum cibos faſtidiunt,

Ed. Chart. IX. [51.] Ed. Baſ. V. (238.)

οὕτως ὁ πᾶς εἴρηται λόγος αὐτῷ· ἢν δὲ μὴ λαμβάνοντος τοῦτο γίνεται, σημαίνει ὅτι δεῖται κενώσεως. τὰ γὰρ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν, ὑποστροφώδεα δηλονότι τὰ λείψανα τῶν μοχθηρῶν χυμῶν ἐγκαταλιμπανόμενα κέκληκεν, ἅπερ ἀνάγκη σηπόμενα τῷ χρόνῳ πυρετοὺς ἀνάπτειν. ἐπειδὴ πᾶν ὑγρὸν ἀλλότριον τῆς τοῦ περιέχοντος αὐτὸ σώματος φύσεως, οὔτε τρέφειν ἐκεῖνο πέφυκε καὶ λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης ἔχει τὴν εἰς σηπεδόνα μεταβολήν. ὅταν δὲ καὶ θερμὸν ᾖ τὸ χωρίον, ἐν ᾧπερ ἂν ἠθροισμένον ὑπάρχῃ, τότε δὴ μάλιστά τε καὶ τάχιστα σήπεται.

ιγ'.

Ὁκόσοισι ἡ κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἢ νὺξ δύσφορος ἢ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ, ἢ δ' ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

---

vacuatione indigeant; ac ſi tota ipſi hunc in modum proceſſiſſet oratio: *quod ſi copioſiorem cibum non aſſumenti hoc accidat, ipſum vacuatione indigere ſignificat. Nam quae poſt criſin relinquuntur, recidivas facere conſueverunt.* Patet per ea quae relinquuntur in morbis pravorum humorum reliquias ipſum vocaſſe, quas tempore putreſcentes febres redaccendere neceſſe eſt. Quandoquidem omnis humor alienus a corporis ipſum continentis natura illud alere non poteſt, ac in poſterum neceſſariam habet ad putredinem mutationem. Quum autem et locus calidus exiſtat in quo collectus eſt humor, tum demum et maxime et celerrime putreſcit.

XIII.

Quibus criſis oboritur, iis nox praecedens acceſſionem moleſte fertur; quae vero ſubſequitur, plerumque levior toleratur.

Ed. Chart. IX. [51.] Ed. Baſ. V. (238.)

Ἡ μὲν κρίσις ὀξύῤῥοπός ἐστιν ἐν νόσῳ μεταβολὴ πρὸς ὑγείαν ἢ θάνατον· γίγνεται δὲ τῆς φύσεως διακρινούσης ἀπὸ τῶν χρηστῶν τὰ μοχθηρὰ καὶ παρασκευαζούσης πρὸς τὴν ἔκκρισιν. εἰκότως οὖν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ταραχῇ δυσφοροῦσι καὶ μᾶλλον κατάφωρος ἡ δυσφορία γίνεται κατὰ τὰς νύκτας, ἐν ταύταις γὰρ ἡμῖν ἔθος ἐστὶ κοιμᾶσθαι. διακοπτομένων οὖν τῶν ὕπνων ὑπὸ τῆς ταραχῆς ἐναργῶς ἡ δυσφορία διαγινώσκεται, καίτοι τῆς ἡμέρας ὁμοίαν ἐχούσης ταραχήν, ἐπειδὰν ἡ μετ' αὐτὴν νὺξ ἔχῃ τὴν κρίσιν. τὸ δὲ ἐπὶ τέλει τοῦ ἀφορισμοῦ γεγραμμένον, ἡ δ' ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κατὰ τὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων οὐ φέρεται. βούλεται δ' ἡμᾶς διδάσκειν ὡς ἡ μετὰ τὴν κρίσιν νὺξ εὐφορωτέρα τῆς προηγησαμένης ἐστὶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, διὰ τὸ τῶν κρίσεων τὰς πλείους εἰς ἀγαθὸν τελευτᾶν. ἴσμεν γὰρ ὡς τῶν νοσούντων οἱ σωζόμενοι πλείους εἰσὶ ἀποθνησκόντων, πλὴν εἰ μή ποτε λοιμώδης ἡ κατάστασις γενηθείη.

Criſis ſubita eſt in morbo ad ſalutem aut mortem mutatio. Fit autem criſis natura a bonis et utilibus prava et inutilia ſecernente et ad excretionem praeparante. Merito itaque in tali turbatione jactantur aegri, jactatioque noctu magis deprehenditur: noctu namque dormiendi nobis eſt conſuetudo. Somno igitur a turbatione interrupto, manifeſte jactatio dignoſcitur, etiamſi dies ſimilem turbationem ſortiatur, quum proxima nox criſin exceptura ſit. Quod autem in aphoriſmi fine ſcriptum eſt: *quae vero ſubſequitur, plerumque levior ac toleratu facilior exiſtit*, multis in exemplaribus non continetur. Vult autem nos docere noctem quae criſin ſubſequitur, praecedente plerumque leviorem exiſtere.

Ed. Chart. IX. [52.] Ed. Baſ. V. (238. 239.)

ιδ'.

[52] Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ.

Αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων πολλὰς ἰδέας ἐκκενοῦσαι χυμῶν ἀκριβέστερον ἐκκαθαίρουσι τὸ σῶμα, πλὴν εἰ μὴ συντήξεως καὶ σηπεδόνος ἔχοιεν σημεῖα. περὶ ὧν ἐν τῷ προγνωστικῷ διῆλθεν αὐτὸς, ἔνθα καὶ λιπαρῶν καὶ δυσωδῶν ἐμνημόνευσε καὶ κακόσμων.

ιε'.

(239) Ὅκου φάρυγξ νοσέει ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι ἐκφύεται, σκέπτεσθαι χρὴ τὰς ἐκκρίσιας. ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει· ἢν δὲ ὅμοιαι τοῖσιν ὑγιαίνουσι γίνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

Δύο λόγους ἀλλήλοις ἀντιτιθεὶς, ἐν ἑκατέρῳ παραλέλειπται τὸ συνεμφαινόμενον τῷ λόγῳ· ὥστε τοῦ λείποντος

XIV.

In alvi fluxionibus dejectionum mutationes, niſi in pravas mutentur, juvant.

Quae mutationes excrementorum multas humorum ſpecies prae ſe ferunt, corpus exploratius repurgant, niſi colliquationis aut putredinis habeant ſigna, de quibus ipſe in prognoſtico differuit, ubi et pinguium et vitioſorum et graviter olentium excrementorum meminit.

XV.

Ubi fauces aegrotant aut in corpore tubercula exoriuntur, excretiones ſpectandae ſunt. Si namque biliosae ſint, corpus ſimul aegrotat. At ſi ſanorum excretionibus ſimiles exſtiterint, ſecure corpus nutriendum eſt.

Quum duos aphoriſmos inter ſe oppoſuiſſet, utrobique quod manifeſte conſequebatur, praetermiſit. Quare ſi

Ed. Chart. IX. [52. 53.] Ed. Baf. V. (239.)

ἑκατέρῳ προστεθέντος ἡ σύμπασα λέξις ἐστὶ τοιαύτη, ὅκου φάρυγξ νοσέει ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι γίνεται, σκέπτεσθαι χρὴ τὰς ἐκκρίσιας. ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα συννοσέει καὶ οὐκ ἀσφαλὲς τρέφειν αὐτό. ἐξ ὧν δέ μοι δοκεῖ πείσας ἑαυτὸν ὁ Ἱπποκράτης οὕτως ἀποφήνασθαι καὶ δὴ φράσω. τῶν ζώων ἡ φύσις ἐστὶν, ὅτε τοὺς ἐν τοῖς κυρίοις μέρεσι μοχθηροὺς χυμοὺς ἐκκενοῦσα τινὰς μὲν δι' οὔρων ἢ ἐμέτων ἢ τῆς κάτω γαστρὸς ἐκκρίνειν, τινὰς δ' ἐξωθεῖν μὲν ὡς ἐπὶ τὸ δέρμα, κενῶσαι δ' οὐ δυναμένη διὰ τὸ πάχος ἀποτίθεται ταύτῃ φύματά τε ἐν τῷ σώματι οὕτω γίνεται. πολλάκις δὲ ἥ τε φάρυγξ ὑποδεχομένη τοὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς καταῤῥέοντας χυμοὺς ἐνοχλεῖται. σκεπτέον οὖν ἐστι τηνικαῦτα καὶ διοριστέον εἴτε σύμπαν ἤδη τὸ περιττὸν ἡ φύσις ἐναποτίθεται τοῖς πεπονθόσι μορίοις εἴτ' ἐστὶν ἔτι καθ' ὅλον τοῦ ζώου τὸ [53] σῶμα μοχθηρῶν χυμῶν περιουσία, δῆλον δ' ἔσται τοῦτο ταῖς ἐκκρίσεσιν. εἰ γὰρ ὅλως

utrique quod deeſt adjungatur, ejusmodi univerſa erit oratio: *Ubi fauces aegrotant aut in corpore tubercula enaſcuntur, excretiones ſpectandae ſunt.* Si namque biliosae fuerint, una corpus aegrotat, neque tutum eſt ipſum alere. Si vero ſanorum ſimiles fuerint, corpus una non aegrotat ac ipſum alere tutum eſt. Quibus autem rationibus mihi videtur Hippocrates ſibi ipſi perſuadens ita pronuntiaſſe jamjam dicturus ſum. Animantium naturae eſt interdum pravos principum partium humores evacuando alios per urinas aut vomitus aut alvum excernere, alios ad cutim protrudere, quos ſi propter craſſitiem vacuare nequeat, eo loci ipſos deponit atque ſic in corpore tubercula naſcuntur; ſaepe etiam exceptis e capite deſluentibus humoribus fauces inſeſtantur. Tunc igitur conſideraudum eſt ac diſtinguendum, utrum quidquid redundans erat humoris natura jam in affectas partes depoſuerit an adhuc reſtet in toto animantis corpore pravorum humorum copia; id autem excrementis patebit. Nam ſi omnino

Ed. Chart. IX. [53.] Ed. Baſ. V. (239.)

ἡ φύσις ὥρμησεν ἐκκαθαίρειν τὸ σῶμα, χολώδεις αὗται φανοῦνται. διότι καὶ τὰ φύματα θερμανθέντος αἵματος ὑπὸ τοῦ πικροχόλου χυμοῦ γίγνεσθαι πέφυκε καὶ δηλονότι πρότερον καθᾶραι, οὐ τρέφειν χρὴ τὰ τοιαῦτα σώματα. τὰ γαρ μὴ καθαρὰ σώματα ὁκοσῳ ἂν μᾶλλον τρέφῃς μᾶλλον βλάψεις. εἰ δ' ὅμοιαι τοῖς τῶν ὑγιαινόντων αἱ ἐκκρίσεις εἶεν, ὑγιαῖνον ἐνδείκνυνται τὸ ὅλον σῶμα καὶ κίνδυνος οὐδείς ἐστι τρέφειν αὐτό.

ισ΄.

Ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν.

Λιμώττειν ἐκείνους φαμὲν, ὅσοι δι' ἀπορίαν σιτίων εἰς ἄκρον ἥκουσι πείνης. οὕτως οὖν καὶ Ἱπποκράτης αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἶπεν, ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ἐν λιμῷ, σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο. καὶ μέντοι καὶ πᾶσαν τὴν σφοδρὰν ἔνδειαν τῶν σιτίων, εἰ καὶ χωρὶς ἀπορίας κατὰ προαίρεσιν ἢ πρόσταγμα γένοιτο, λιμὸν ὀνομάζειν

natura ad corpus expurgandum concitata ſit, ipſa bilioſa conſpicientur, quod et tubercula calefacto ſanguine a bilioſo humore fieri conſueverint patetque prius purganda quam nutrienda eſſe hujusmodi corpora. *Impura namque corpora quanto plus nutries, tanto magis laedes.* Si vero excrementa ſanorum ſint ſimilia, totum corpus bene valere ipſumque citra ullum periculum nutriri poſſe indicant.

XVI.

Ubi fames, minime laborandum eſt.

Famelicos eos eſſe dicimus, qui ob ciborum inopiam ad famis extremum deveniunt. Sic Hippocrates ipſe ſecundo epidemiorum libro loquutus eſt. Aeni Thraciae qui ob famem leguminibus veſcebantur, ii cruribus imbecilles evaſerunt. Quin etiam omnem vehementem ciborum penuriam etiamſi non inopia, ſed voluntario aut imperato

Ed. Chart. IX. [53.] Ed. Baf. V. (239.)

εἴωθεν. ὅταν οὖν εἴπῃ, τοῖσιν ὑγρὰς ἔχουσι τὰς σάρκας, λιμὸν ἐμποιέειν, λιμὸς γὰρ τὸ σῶμα ξηραίνει. καὶ ἐπειδὰν ἐν τῷ προγνωστικῷ φησι ἐπανερέσθαι χρὴ μὴ ἠγρύπνηκεν ὁ ἄνθρωπος ἢ τὰ τῆς κοιλίας ἐξυγρασμένα εἴη ἰσχυρῶς ἢ λιμώδές τι ἔχει αὐτὸν, ἐπὶ τῆς τῶν σιτίων ἐνδείας φέρει τοὔνομα. καὶ νῦν δὴ οὕτως εἴρηκεν, ὅκου λιμὸς οὐ δεῖ πονέειν, ὡσεὶ καὶ οὕτως εἴρηκε, τοῖς μὴ μέλλουσιν ἐσθίειν μηδὲ πόνον τινὰ προσφέρειν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. πόνον δὲ νῦν ἀκούειν χρὴ τὴν σφοδρὰν κίνησιν, ἥνπερ καὶ γυμνάσιον ὀνομάζουσιν. οὕτω γοῦν ἔλεγεν αὐτὸς, πόνοι σιτίων ἠγείσθωσαν ἔστιν οὖν ὁ λόγος αὐτῷ κοινὸς ὑγιαινόντων τε καὶ νοσούντων. ὑγιαίνουσί τε γὰρ οὐ χρὴ προστάττειν γυμνάσια ἅμα ταῖς ἀσιτίαις, ἐπί τε τῶν νοσούντων μηδεμίαν σφοδρὰν κίνησιν ἐπάγειν τῷ σώματι σὺν ἀσιτίᾳ, μήτε φλεβοτομοῦντα μήτε καθαίροντα μήτε ἐμέτοις κενοῦντα, μήτε τρίψει χρώμενον πολλῇ μήθ' ὅλως ἰσχυρᾷ κινήσει ἢ ἀλλοιώσει τοῦ σώματος. ἐπὶ γὰρ ταῖς τοιαύταις κινήσεσιν

fiat, famem appellare conſuevit. Quum enim diceret carnes humidas habentibus famem inducendum eſſe, fames enim corpus exſiccat. Et quum in prognoſtico praecipit percunctandum num homo vigilaverit aut alvi admodum perhumida excrementa fuerint aut fames ipſum obſederit, pro ciborum penuria famis vocabulum accepit; ſic etiam nunc dixit: *ubi fames, labori haud incumbendum eſt*; ac ſi ita dixiſſet: non comeſuris eo die nullus labor inferendus eſt. Hic autem per laborem motus vehemens eſt intelligendus, quem exercitium nominant. Eo ſiquidem ſenſu ipſe dicebat: *labores cibum praecedant.* Eſt igitur ipſi ſermo tum ſanis tum aegrotantibus communis. Neque enim ſanis cum inedia ſimul exercitia imperanda ſunt; neque aegrotantibus motus ullus corpori vehemens una cum inedia inducendus, non ſanguinis miſſione, non purgatione, non per vomitum vacuatione, non multae frictionis uſu, non denique vehementi ulla corporis commotione aut corporis alteratione. Hiſce namque motibus

Ed. Chart. IX. [53. 54.] Ed. Baſ. V. (239.)

ἁπάσαις, ὅταν ἄνευ τροφῆς γίνωνται, καταλύεσθαι πέφυκεν ἡ δύναμις, ἄν τε ὑγιαίνωσιν ἄν τε νοσῶσιν οἱ ἄνθρωποι. περρόντικε δ' ἀεὶ μεγάλως ὁ Ἱπποκράτης τοῦ φυλάττειν ἐρρωμένην τὴν τὰ ζῶα διοικοῦσαν δύναμιν. ἐάν τε οὖν κατὰ τὸν ἑνικὸν ἀριθμὸν εἴπωμεν δύναμιν ἄν τε κατὰ τὸν πληθυντικὸν δυνάμεις οὐ διοίσει. καὶ τοῦτο κατὰ τὸ περὶ τῆς τροφῆς αὐτὸς εἶπε, δύναμις μία καὶ οὐ μία, κατὰ μὲν τὸ γένος δηλονότι ἐμφαίνων μίαν εἶναι τὴν δύναμιν, ἰδέας δὲ πλείους ἔχειν.

ιζ'.

[54] Ὅκου ἂν τροφὴ παρὰ φύσιν πλείων εἰσέλθῃ, τοῦτο νόσον ποιέει, δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ἴησις.

Ὃ καθ' ἕτερον ἀφορισμὸν ἔφη καθόλου, τοῦτο νῦν ἐφ' ἑνὸς εἴδους διδάσκει. καθόλου μὲν γάρ ἐστιν ὁ τοιοῦτος λόγος, οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν ὅ τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσεως ᾖ. ὁ δὲ νῦν ἡμῖν προκείμενος

omnibus, quum citra cibum fiant, vires diſſolvi accidit; ſive ſani vivent, ſive aegrotent homines. At vero Hippocrates moderatricem animalium vim aut potentiam perpetuo tueri magnopere ſtuduit. Sive igitur ſingulari numero aut potentiam ſive plurali vires dixerimus nihil retulerit. Atque id libro de alimento ipſe dicebat, vis aut potentia una et non una; unam quidem genere potentiam eſſe eamque plures habere ſpecies.

XVII.

Ubi cibus praeter naturam copioſior ingeſtus fuerit, id morbum creat, quod et prodit ſanatio.

Quod altero in aphoriſmo univerſaliter protulit, id nunc in una ſpecie docet. Univerſalis enim eſt hic ſermo: *non ſatietas, non fames, neque aliud quidquam quod naturae modum exceſſerit, bonum.* At praeſens nunc

Ed. Chart. IX. [54.] Ed. Baſ. V. (239.)

ἀφορισμὸς ὑπὲρ ἑνὸς ἀποφαίνεται πράγματος, τῆς πλησμονῆς. ἡ γὰρ πλείων τροφὴ τῆς τοῦ σώματος φύσεως ὀνομάζεται πλησμονή. πρὸς τὶ μὲν οὖν ἀεὶ τὸ πλέον, ἀλλ' ἔν γε τοῖς ἡμετέροις σώμασι διττόν· ἓν μὲν ὡς πρὸς τὴν τῶν ἀγγείων εὐρυχωρίαν, ἕτερον δὲ ὡς πρὸς τὴν διοικοῦσαν ἡμᾶς φύσιν. ὑπὲρ οὗ νῦν διδάσκων ἡμᾶς ὁ Ἱπποκράτης ἔφη τὴν πλείονα τροφὴν εἶναι παρὰ φύσιν, ἵνα μήτε τοὺς ἐμπεπλησμένους εἰς τοσοῦτον σιτίων ὡς διατετάσθαι τὴν γαστέρα, πάντως ὑπολαμβάνομεν ἐκ τούτου βλαβήσεσθαι, μήτε τοὺς ἐνδεὲς ἔχοντας αὐτῆς τὸ κύτος, ὀλίγα δὲ προσενηνέχθαι καὶ πάντως πέψαι καλῶς αὐτά. καὶ γὰρ τοὺς προτέρους ἐγχωρεῖ πέψαι τὰ πεπληρωκότα τὴν κοιλίαν, εἰ ῥώμην αὐτὴν ἡ φύσις ἔχει καὶ τοὺς δευτέρους ἀπεπτῆσαι, δι' ἀῤῥωστίαν καὶ μᾶλισθ' ὅταν εὔπεπτα μὲν οἱ πρότεροι, δύσπεπτα δ' οἱ δεύτεροι τὰ σιτία προσενηνεγμένοι τύχωσιν. οὕτω δὲ κἀπὶ τῆς ἀναδοθείσης τροφῆς ἡ αἱματοῦσα δύναμις ἀνάλογον τῇ πεπτούσῃ κατὰ τὴν γαστέρα ποτὲ μὲν

aphoriſmus de una re, ſcilicet ſatietate, pronunciat. Copioſior ſiquidem quam pro corporis natura cibus aſſumtus ſatietas appellatur. Quod igitur copioſius eſt, id ſemper ad aliquid dicitur. Verum id copioſius noſtris in corporibus duplex eſt; unum prout ad vaſorum capacitatem, alterum prout ad naturam nos gubernantem refertur. De poſteriore nunc nos docens Hippocrates copioſius alimentum praeter naturam eſſe pronunciavit, ne eos qui tantam ciborum copiam ingurgitarunt, ut ipſis venter diſtendatur, ac inde omnino laeſionem percepturos aut eos quibus ad ventris explendam capacitatem cibi aliquid deeſt, pauca aſſumſiſſe eaque belle omnino concocturos arbitremur. Etenim priores cibaria ventriculum implentia concoquere contingit, ſi ipſo naturae robore polleant; poſteriore ob imbecillitatem concoquere non poſſe, tum maxime quum illi quidem cibos concoctu faciles, hi vero concoctu difficiles aſſumſerint. Sic vero et in alimenti diſtributione facultas ſanguifica coctrici ventriculi facultati proportione

Ed. Chart. IX. [54. 55.] Ed. Baſ. V. (239.)

ὑπ' ἀῤῥωστίας, οὐκ ἀλλοιώσει τὸν εἰς τὰς φλέβας ἀναδοθέντα χυμὸν, κἂν εἰ σύμμετρος εἶναι δοκεῖ, ποτὲ δὲ τὸν τούτου πολλαπλάσιον ἑτοίμως αἱματώσει, διά τε τὴν ἑαυτῆς ῥώμην καὶ τὴν ἐπιτηδειότητα τοῦ χυμοῦ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ τρίτη τροφὴ, ἥνπερ δὴ καὶ κυριώτατα λέγομεν τροφὴν, ἡ προστιθεμένη τοῖς τοῦ ζώου μορίοις, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν, ἤτοι πλείων ἢ οὐ πλείων εἶναι λεχθήσεται, καὶ ἤτοι πεφθήσεται καλῶς καὶ θρέψει ἢ οὔ. καὶ κατὰ τοῦτο ἤτοι κρατηθήσεται πρὸς αὐτῶν ἢ μὴ κρατουμένη διαφθαρήσεται καὶ νόσον γεννήσει. μία μὲν οὖν ἐξήγησις αὕτη τὸ πλέον ὡς πρὸς τὴν διοικοῦσαν δύναμιν τὰ ζῶα ἀκουόντων ἡμῶν. ἑτέρα δὲ τὸ κατὰ ποιότητα παρὰ φύσιν ἀληθὴς καὶ αὕτη. τρέφεται γὰρ ἕκαστον μόριον ἐξ οἰκείας αὐτῷ τροφῆς, ἣν ὀρθῶς ἂν εἴποιμεν εἶναι κατὰ φύσιν ἑαυτῷ. ἐὰν οὖν ποτε εἰς αὐτὸ παραγίνηται χυμός τις, ἑτέρῳ [55] μὲν μορίῳ κατὰ φύσιν, ἀλλότριος δὲ καὶ παρὰ φύσιν ἐκείνῳ, μοχθηρὸν μὲν τὸ τοιοῦτον, οὐ μὴν πάντως γε καὶ νό-

reſpondens, interdum ob imbecillitatem, humorem ad venas diſtributum alterabit, etiamſi commoderatus eſſe videatur; interdum commoderato multo copioſiorem promte in ſanguinem transmutabit, tum propter proprium ipſius robur tum propter idoneam humoris naturam. Eodem plane modo tertium etiam alimentum, quod profecto maxime proprium alimentum dicimus, quod animantis partibus apponitur, pro naturae viribus aut copioſius aut parcius dicetur ipſumque aut belle concoquetur et alet aut non; atque ita aut a natura vincetur aut minime evictus corrumpetur morbumque creabit. Una igitur aphoriſmi ipſa eſt expoſitio qua nos copioſiorem cibum ad facultatem animantium moderatricem relatione intelligimus. Altera ſit qua cibus qualitate praeter naturam eſt, vera et ipſa. Aliter enim quaeque pars ex familiari ſibi alimento, quod illi recte ſecundum naturam eſſe dixerimus. Itaque ſi quis humor interdum ad eam accedat, qui alteri quidem parti ſit ſecundum naturam, ſed huic alienus et praeter naturam, malum quidem hoc exiſtit, non tamen ne-

Ed. Chart. IX. [55.] Ed. Baſ. V. (239. 240.)

σος ἀκολουθήσει, βραχείας αὐτῷ ὑπαρχούσης ποσότητος. ὅπου γὰρ οὐδὲ τὰ διαφθείρειν ἡμῶν τὸ σῶμα δυνάμενα φάρμακα, μανδραγόρας καὶ μήκων, κώνειον, ἄνευ ποσότητος οἷά τε βλάπτειν ἐστὶν, ἢ πού γε τοιοῦτος χυμὸς, ὃς πρὸς τῷ μὴ διαφθείρειν ἔτι καὶ τρέφειν ἕτερα μόρια δύναται. τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐκ ἂν (240) ὠνόμασε τροφὴν αὐτὸν, εἰ μὴ τοιοῦτος ἦν. ὥσπερ οὖν εἰ πνεύματος μέν τι βραχὺ διὰ τοῦ στομάχου κατενεχθὲν εἰς τὴν γαστέρα τύχοι, τῆς δὲ πινομένης ὑγρότητος ὀλίγιστον μὲν εἰς τὸν πνεύμονα διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας, οὔτ' ἂν ἡ γαστὴρ, ὅσον ἐπὶ τούτῳ κοσήσῃ, οὔτε ὁ πνεύμων οὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ τὰ λοιπὰ μόρια τροφῆς. καὶ μὲν δὴ καὶ τρίτη τις ἐξήγησις εἴρηται πρός τινων ἀκούειν ἡμᾶς ἀξιούντων τὸ παρὰ φύσιν ἀντὶ τοῦ μεγάλως καὶ ὑπερβαλλόντως, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἶπεν· ὅκου ἂν τροφὴ πλείων ὑπερβαλλόντως εἰσέλθῃ, τοῦτο νόσον ποιεῖ. τὴν γὰρ ὀλίγον ὑπερβάλλουσαν τοῦ συμμέτρου μηδέπω δύνασθαι νόσον ποιεῖν, ἀλλ' ἔτι φυλάττειν τὸ σῶμα

ceſſario ſequetur morbus, quum exigua portio fuerit. Quum enim medicamenta haec mandragoras, papaver atque cicuta, quae corpus noſtrum corrumpere poſſunt, citra quantitatem oblaedere nequeant, multo minus hujuscemodi humor qui praeter id quod non corrumpat, alias etiam partes alere poteſt; alioquin neque alimentum ipſum per initia vocaſſet, niſi tali eſſet facultate praeditus. Quemadmodum enim ſi quid exiguum ſpiritus per gulam in ventriculum delatum fuerit aut epoti liquoris pauxillum in pulmonem per aſperam arteriam deerraverit, neque ventriculus propterea, neque pulmo aegrotabit; ſic quoque ſe res habet in aliarum partium alimento. Jam vero et tertia quaedam a nonnullis invecta eſt interpretatio nos praeter naturam pro magnopere ac ſupra modum accipere imperantibus, ac ſi ita dixiſſet: *Ubi copioſior cibus exſuperanter ingeſtus fuerit, id morbum creat.* Nam qui paululum commoderationem exſuperat, hunc morbum nondum creare, ſed intra ſanitatis latitudinem corpus tueri,

Ed. Chart. IX. [55.] Ed. Baſ. V. (240.)

κατά γε τῆς ὑγιείας πλάτος, ἀληθὲς μὲν οὖν καὶ τοῦτο· χρὴ γὰρ τὴν μέλλουσαν ἐργάσασθαι νόσον τροφὴν, οὐ μικρῷ τινι τῆς ἀκριβοῦς συμμετρίας ὑπερέχειν. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἔθος τούτου ἕνεκα διορίζεσθαι τὸν λόγον. εἰώθασι γὰρ αὐτὸ μόνον ἀποφαίνεσθαι τὸ γένος, ἔγκαυσιν ἢ ψῦξιν ἢ κόπον, ἀπεψίαν τε καὶ φθορὰν χυμῶν, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα νοσοποιεῖν φάσκοντες, ὡς ἡμῶν ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων συνεπινοούντων ἀξιόλογον ποσότητα. κατὰ τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ τὴν πλείονα τροφὴν νοσοποιεῖν λέγουσιν, ἄνευ τοῦ προσθεῖναι τὸ πολλῷ, γινωσκόντων ἡμῶν ὡς ἐὰν δραχμῆς μοῖρα εἰ τὸ πλεῖον ἢ τοῦ συμμέτρου νόσον οὐδέπω δύναται κατασκευάζειν, ἀλλὰ πολλαπλασιαζομένη τε καὶ αὕτη ποτε ποιήσει νόσον. ἐκ γὰρ τοῦ γένους ἐστὶ μία τῶν κατεργαζομένων αἰτίων τὰς νόσους. κατὰ ταῦτα μὲν οὖν ἡ τρίτη τῶν ἐξηγήσεων, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἀληθὴς ἐστι, περιεργοτέρα μοι δοκεῖ τοῦ τῶν παλαιῶν ἔθους ὑπάρχειν, μετὰ καὶ τοῦ βιαίως ἐξηγήσασθαι τῆς παρὰ φύσιν φωνῆς

vera quidem haec eſt ſententia. Cibus namque morbum facturus exquiſitam commoderationem non exigua quadam portione excedat oportet. Verum hujus rei gratia medicis conſuetudo non eſt orationem diſtinguendi. Conſueverunt enim ipſum ſolum genus morbi cauſam pronunciare, ut aeſtum, frigus, fatigationem, cruditatem, humorum corruptelam et quaecunque hujusmodi cetera affirmantes morbos facere, nobis ſcilicet in quoque horum inſignem quantitatem ſubaudientibus. Eodem igitur modo qui copioſiorem cibum morbum facere dicunt, multo non adjiciunt. Nobis innoteſcit, ſi quinta decima drachmae pars commoderatam portionem exceſſerit, eam nondum poſſe morbum exſtruere; verum ſi eadem multiplicetur, interdum etiam morbum efficiat. De genere ſiquidem cauſarum morbos procreantium una eſt. His igitur tertia interpretatio, etſi quam maxime vera exiſtit, mihi tamen veterum interpretandi conſuetudine accuratior eſſe videtur, cum eo quod violentius vocis praeter naturam ſigni-

Ed. Chart. IX. [55. 56.] Ed. Baſ. V. (240.)

τὸ σημαινόμενον. ἡ δ' ἐπὶ τέλει τοῦ ἀφορισμοῦ προσγεγραμμένη λέξις, ἔνθα φησὶ, δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις, ἄμεινον ἂν εἶχε μετὰ τοῦ καὶ συνδέσμου γεγραμμένη κατὰ τόνδε τὸν τρόπον, δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ἴησις. οὐ γὰρ δὴ μόνον γε ἡ ἴησις δηλοῖ τὸ τὴν τροφὴν, ἔνθα ἂν εἰσέλθῃ, πλείω νοσοποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ πράγματος φύσις συνενδείκνυται συνεπιμαρτυρούσης αὐτῇ καὶ τῆς ἰάσεως. ἐν ἁπάσαις γὰρ ταῖς τέχναις τοῖς καλῶς ἐπινοουμένοις καὶ ἡ ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως μαρτυρία προσέρχεται. τίς οὖν ἐστιν αὕτη κατὰ τὸν προκείμενον λόγον; ἡ ἐπὶ ταῖς κενώσεσιν ἴασις τῶν λυπούντων χυμῶν, ἣν τινα καὶ Ἡρόφιλος ἐν τῇ τριχρόνῳ καλουμένῃ σημειώσει παρέλαβεν. εἰ γάρ τις ἐσθίων μὲν πλείω τῶν συνήθων, ἤτοι δ' ἴσα τοῖς ἔμπροσθεν ἢ ἐλάσσω γυμναζόμενος, βαρυνθείη τε τὸ [56] σῶμα καὶ σὺν ἐρεύθει καὶ ὄγκῳ τῶν φλεβῶν ἄρξηται πυρέττειν, οὐκ ἂν ἀλόγως τις αὐτὸν ὑπὸ πλήθους νοσῆσαι νομίζῃ. εἰ τοίνυν καὶ κενωθεὶς ὠφεληθείη, βεβαίωσις καὶ παραχρῆμα τῆς περὶ τοῦ πλήθους γενήσεται δόξης, θάρσος τε πρὸς τὸ πάλιν ἐπὶ

ficatum explicet. Quae autem verba in aphoriſmi fine adſcribuntur, ubi ait: *indicat autem ſanatio*; melius haberet cum conjunctione *et* conſcriptus hoc modo: *indicat autem et ſanatio.* Non enim quoties cibus praeter naturam copioſior ingeſtus fuerit, ipſum morbum creare ſola prodit ſanatio, ſed et ſimul rei natura indicat, una ipſi adſtipulante ratione. Nam quae omnibus in artibus recte conſtituta ſunt, iis etiam ab eventu teſtimonium accedit. Quodnam igitur eſt in praeſenti oratione? ea quae noxiorum humorum vacuationes ſequitur ſanatio, quod etiam teſtimonium Herophilus in tritemporea ſignificatione vocata aſſumſit. Si quis enim copioſiora quam pro conſuetudine comederit, aequabili autem prioribus aut etiam pauciori utatur exercitio et corpus gravari ac opprimi ſentiat et cum faciei rubore et venarum tumore febricitare incipiat, non citra rationem omnes illum ob plenitudinem febricitare exiſtimaverint. Si igitur evacuatus juvetur, quam primum etiam accedet opinioni de plenitudine con-

Ed. Chart. IX. [56.] Ed. Bas. V. (240.)

τῶν αὐτων παραγενήσεται ὡσαύτως κενῶσαι, μὴ περιμείνοντας τὴν τῶν ἐμπειρικῶν τήρησιν, ἣν αὐτοὶ τῶν πλειστάκις ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ὡσαύτως ἀποβαινόντων εἶναί φασιν. ἴσως μὲν οὖν καὶ προσέκειτο κατὰ τὸν ἀφορισμὸν ὁ καί σύνδεσμος, εἰτά τις ὡς περιττὸν ἀφεῖλεν αὐτόν. ἴσως δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἁπλῶς ἔγραψε χωρὶς τοῦ καί συνδέσμου, δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἰρήκει, τοῖς γὰρ προειρημένοις οὕτως ἔχουσιν ὡς εἴρηται, τουτέστι τροφῆς πλείονος παρὰ φύσιν ἐν τῷ σώματι περιεχομένης, ἐπειδὰν κενώσεως προσαχθείσης, ὃ κάμινων ὠφεληθείη, δῆλόν ἐστιν ὡς εἰς νόσον ἥκει διὰ τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς. ὅτι δὲ κένωσιν μὲν ἁπλῶς εἴωθε λέγειν ὁ Ἱπποκράτης, ὅταν ὁμοτίμως ἅπαντες οἱ χυμοὶ κενῶνται, κάθαρσιν δὲ ὅταν οἱ μοχθηροὶ κατὰ ποιότητα, μεμνῆσθαι χρὴ, καὶ ὅτι ἡ νῦν ἴασις ὑπὸ κενώσεως, οὐ καθάρσεώς ἐστι γινομένη μαρτυρεῖ τῇ περὶ τοῦ πλήθους δόξῃ. κένωσις δ' ὁμοτίμως ἁπάντων τῶν χυμῶν ἡ μὲν ἀκριβεστάτη διὰ φλεβοτομίας ἐστὶν

firmatio, atque in poſterum in iisdem ſimiliter aderit vacuandi fiducia, non expectata empiricorum obſervatione, quam ipſi jactitant eorum eſſe quae ſaepiſſime in iisdem eodem modo contigerunt. Verum addita fortaſſis in aphoriſmo fuerat et copula, quam poſtea tamquam ſupervacaneam aliquis ſuſtulit. Fortaſſis autem et ipſe Hippocrates ab initio abſolute citra *et* conjunctionem ſcripſit, *indicat autem ſanatio;* ac ſi ita dixiſſet: praedictis enim ita ſe habentibus, ut dictum eſt, copioſiore cibo praeter naturam in corpore contento, ubi vacuatione adhibita aegrotus juvabitur, eum in morbum ob cibi copiam incidiſſe conſtabit. Quod autem Hippocrates vacuationem abſolute pronunciare conſueverit, quum aequabiliter omnes humores vacuantur, purgationem autem quum qualitate peccantes et pravi educuntur, meminiſſe oportet, quodque ſanatio, de qua nunc agitur, vacuatione, non purgatione celebrata opinionem de plenitudine confirmat. Jam vero aequabilis omnium humorum vacuatio, quae exquiſitiſſima eſt, venae ſectione fit. Huic autem proxima, quemadmo-

Ed. Chart. IX. [56.] Ed. Baſ. V. (240.)

ἐγγὺς δ' αὐτῆς ἥ τε ἀποσχαζομένων τῶν σφυρῶν, ὥσπερ ἡμῖν εἴθισται, καὶ ἡ διὰ γυμνασίων ἢ τρίψεων ἢ λουτρῶν καὶ προσέτι κατὰ συμβεβηκὸς ἡ διὰ ἀσιτίας. κατὰ συμβεβηκὸς δ' εἶπον, ὅτι μὴ δι' ἑαυτῆς ἡ ἀσιτία κενοῖ, καθάπερ ἕκαστον τῶν προειρημένων. ἀλλ' ἡ μὲν κένωσις γίνεται τῷ φυσικῷ τρόπῳ τῆς διαπνοῆς, μηδεμιᾶς δὲ ἀντὶ τῶν κενωθέντων εἰσενεχθείσης τροφῆς, ἐναργῶς τηνικαῦτα φαίνεται ἡ πρότερον λανθάνουσα. ταυτὶ μὲν οὖν αὐτάρκη πρός γε τὴν ἐξήγησιν τοῦ ἀφορισμοῦ. ὅστις δὲ βούλεται τὸν περὶ πλήθους λόγον ἀκριβῶς ἀναλέξασθαι, βιβλίον ἔχει γεγραμμένον ὑφ' ἡμῶν ἓν ὅλον, ᾧ δὴ καὶ περὶ πλήθους ἐπιγέγραπται. νυνὶ δ' ἀρκεῖ τό γε τοσοῦτον ἔτι προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις, ὡς ἄρξασθαι μὲν δύναται τὸ πρὸς τὴν δύναμιν πλῆθος, ἄνευ τοῦ διεφθάρθαι, μεῖναι δ' οὐ δύναται χρηστόν. ἀνάγκη γὰρ πᾶσα μεταβάλλειν αὐτὸ κατὰ ποιότητα, διαφθείρεσθαι τοῦ χρόνου προϊόντος· ἀλλὰ κἂν τοῦτο γένηται, μέχρι τοσούτου πλῆθος αὐτὸ καλέσομεν, μέχρι περ

dum nobis conſuetum eſt, ſcarificatis fit malleolis; et quae exercitiis et quae frictionibus et quae balneis ac denique quae inedia per accidens fit evacuatio. Per accidens autem dixi, quoniam non per ſe vacuat inedia, quemadmodum ſuperiorum unumquodque. Verum naturali quidem perſpirationis modo vacuatio quidem fit, quae nullo accedente alimento in locum ejus quod fuit evacuatum, tunc ſenſu manifeſte deprehenditur quae prius latuerat. Haec igitur ad aphoriſmi explicationem ſufficiant. Qui vero vult de plenitudine diſputationem accurate perlegere, integrum librum unum habet a nobis conſcriptum, cui titulus eſt de plenitudine. Nunc vero hoc tantum ſatis erit ſuperioribus addidiſſe, poſſe quidem abſque corruptela cepiſſe plenitudinem eam quae ad vires relatione intelligitur; ſed quae utilis ac benigna permanere nequeat. Nam omnino neceſſe eſt ipſam ſecundum qualitatem transmutari et progreſſu temporis corrumpi. Verum etiamſi hoc accidat, tamdiu tamen plenitudinem ipſam nominabi-

Ed. Chart. IX. [56. 57.] Ed. Baſ. V. (240.)

ἂν ἐπὶ τῇ κενώσει τοῦ περιττοῦ τὸ λοιπὸν δύνηται γίνεσθαι χρηστόν. ὁποῖον γὰρ κατὰ τοὺς ὀξυνομένους οἴνους συμβέβηκε, τοιοῦτόν τι καὶ κατὰ τὴν ἀλλοίωσιν τοῦ αἵματος. ἔστι δὲ τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν οἴνων τοιόνδε. τελέως μὲν ὀξεῖς γενηθέντες οὐκέτ' εἰς τὴν τοῦ οἴνου φύσιν ἐπανέρχονται, βραχεῖαν δέ τινα ποιησάμενοι ῥοπὴν ὡς ὀξύνεσθαι μὲν, ὄξος δ' οὐδέπω γεγονέναι, πολλοὶ πολλάκις ἀνεκτήσαντο τὴν πρότερον φύσιν. οὕτως ἔχει καὶπὶ τοῦ αἵματος· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μεγάλης μὲν τῆς διαφθορᾶς γενομένης οὐκέτ' ἐπανέρχεται πρὸς τὸ κατὰ φύσιν, ἐπὶ βραχὺ δὲ συμβάσης, ἐπειδὰν τὸ περιττὸν ἀποκενωθῇ τὸ κατάλοιπον ἀνακτᾶται τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, καὶ δὴ καὶ καλεῖν ἔθος ἐστὶ τὴν τοιαύτην [57] διάθεσιν οὐ διαφθοράν, ἀλλὰ πλῆθος, ἐκείνης, ὡς ἔφην, μόνης ὀνομαζομένης διαφθορᾶς, ἥτις ἂν οὕτως ἀξιόλογον ἔχῃ τὴν τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπὴν, ὡς μηκέθ' ὑπὸ φύσεως δύνασθαι πεττομένης χρηστὸς γίνεσθαι χυμός.

---

mus, donec ex ſupervacanei vacuatione reſiduum benignum ac utile fieri poſſit. Quod enim vinis accidit aceſcentibus, tale quiddam et in ſanguinis alteratione contingit. Quod autem in vinis accidit tale eſt. Ubi vina plane facta ſunt acida, non rurſum ad vini naturam redeunt; verum ſi levem quandam mutationem fecerint, ſed nondum acetum ſint, ex iis multa multoties priſtinam naturam recuperant. Sic in ſanguine ſe res habet. Etenim magna ipſius facta corruptione, is non amplius ad naturalem ſtatum redit; ſi vero pauca contigerit, vacuato ſupervacaneo, reſiduum ad ſuam naturam reſtituitur. Et ſane hujusmodi ſanguinis affectionem non corruptelam, ſed plenitudinem vocare conſuetum eſt, quum illa, ut dixi, ſola corruptela nominetur, quae tam inſignem habet in ſtatum, qui praeter naturam eſt, everſionem, ut iterum a naturae coctione humor utilis ac laudabilis fieri nequeat.

Ed. Chart. IX. [57.] Ed. Baſ. V. (240.)

ιή.

Τῶν τρεφόντων ἀθρόως καὶ ταχέως ταχεῖαι καὶ αἱ διαχωρήσιες γίνονται.

Ταχέως μὲν τρέφειν ἀκουστέον εἰρῆσθαι πρὸς αὐτοῦ τὰ μετ' ὀλίγον χρόνον τῆς προσφορᾶς εὐθέως τρέφοντα κατά γε τὴν ἑαυτῶν φύσιν. ἐξετάζεται δ' αὖτη κατά γε τοὺς ἀμέμπτως ὑγιαίνοντας. ἀθρόως δὲ τὰ μετὰ τὸ ἄρξασθαι τρέφειν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πᾶσαν τὴν ἐξ αὐτῶν τροφὴν δίδονται τῷ σώματι. τὰ τοιαῦτα οὖν, ὅσον ἐπὶ τοῦτο μόνον τῷ τρέφειν ἀθρόως καὶ διαχωρηθήσεται ταχέως. εἰ δ' ἦιοι δριμύτης τις αὐτοῖς ἐρεθίζουσα πρὸς ἀπόκρισιν ἢ γλισχρότης ὑπάρχει, δι' ἣν ἐπὶ πλέον κατέχεται, τὰ μὲν θᾶττον κατὰ τὴν διαχώρησιν ὁρμήσει, τὰ δὲ βραδύτερον. τάχιστα μὲν οὖν καὶ ἀθροώτατα οἶνος τρέφει, βραδύτατα δὲ καὶ κατὰ βραχὺ βόειον κρέας καὶ κοχλίαι καὶ σπόνδυλοι θαλάττιοι καὶ ἀκρίδες καὶ κάραβοι καὶ ἀστακοὶ, καὶ συνελόντι

XVIII.

Quae confertim ac celeriter alunt, eorum quoque celeres excretiones fiunt.

Celeriter quidem alere ab ipſo dici intelligenda ſunt quae pauco poſt aſſumtionem tempore ſtatim nutriunt ſuae naturae ratione. Ipſa vero in corporibus illaeſa ſanitate fruentibus explorantur. Confertim vero, quae poſtquam alere coeperunt exiguo tempore totum ex ſe corpori alimentum impertiunt. Quae itaque ſunt ejusmodi, quatenus confertim et cumulate nutriunt, eatenus celeriter excernentur. Si qua vero ipſis adſit acrimonia quae ad excretionem excitet aut lentor exiſtat, quo diutius retineantur; illa quidem celerius ad excretionem prorumpent; haec vero tardius. Celerrime igitur et confertiſſime vinum alit; tardiſſime autem et paulatim caro bubula et cochleae, ſpondyli marini, locuſtae, carabi, gammari, et ut

Ed. Chart. IX. [57.] Ed. Baſ. V. (240. 241.)

φάναι πάντα τὰ σκληρόσαρκα τῆς αὐτῆς ἐστι (241) τούτοις φύσεως. καὶ σκληροὶ τυροὶ καὶ τὰ τεταριχευμένα τῶν κρέων καὶ φακοὶ καὶ βολβοὶ καὶ τὰ μέχρι τοῦ σκληρωθῆναι τῶν ὠῶν ἀφεψημένα. ταυτὶ γὰρ πάντα μετὰ πολὺν χρόνον τοῦ προσαχθῆναι τρέφει κατὰ βραχύ. σημεῖον δ' ἔστω σοι τοῦ τρέφειν ἤδη τὸ προσενηγμένον ἐν μὲν τοῖς σφυγμοῖς ἥ τε σφοδρότης καὶ τὸ μέγεθος, ἐν δὲ ταῖς καθ' ὁρμὴν κινήσεσιν ἡ προστιθεμένη τοῖς τεθραμμένοις ῥώμη. μάλιστα δ' ἐξετάζειν αὐτὴν προσῆκον ἐπὶ τῶν ἐκλελυμένων διὰ κένωσίν τινα αἰσθητὴν ἢ διὰ κάματον ἢ δι' ἀσιτίαν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν προειρημένων ἁπάντων αἱ κατὰ τὴν γαστέρα διαχωρήσεις βραδεῖαι γίνονται, τοῦτ' ἔστι μετὰ πολὺν τῆς προσφορᾶς χρόνον, ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων ταχεῖαι, μάλιστα δ' ἐναντίος ἁπάντων αὐτοῖς ἐστιν ὁ οἶνος ὡς εἴρηται, τάχιστα τρέφων, ἐφεξῆς δ' αὐτῷ κατὰ στοῖχον ἄλλα περὶ ὧν ἐρῶ, πρῶτόν γε περὶ τῶν οἴνων αὐτῶν διερχόμενος. οἱ μὲν γὰρ ὑδατώδεις αὐτῶν ἐλαχίστην τροφὴν τῷ σώματι διδόασιν. εἰσὶ δὲ οὗτοι λευκοὶ μὲν τὴν χρόαν, λεπτοὶ δὲ τὴν σύστα-

ſummatim comprehendam, quaecunque dura carne conſtant, ejusdem cum his naturae ſunt. Ad haec duri caſei, ſalitae carnes, lentes, bulbi et ova quouſque induruerint elixa. Haec enim omnia multo poſt aſſumtionem tempore paulatim nutriunt. Indicium autem tibi ſit cibum aſſumtum jam nutrire tum pulſuum quidem vehementia et magnitudo, tum motuum voluntariorum robur nutritis partibus conciliatum. Ipſum autem potiſſimum decet explorare in illis qui aut propter vacuationem quandam ſenſibilem aut propter laborem aut propter inediam viribus exſoluti ſunt. In praedictis igitur omnibus tardae fiunt per alvum excretiones, hoc eſt longo poſt aſſumtionem tempore; in contrariis vero celeres. Maxime autem omnium ipſis vinum contrarium eſt, celerrime, ut diximus, nutriens. Poſt ipſum vero ſuo ordine cetera ſubſequentur, de quibus dicturus ſum, quum primum de vinis ipſis diſſeruero. Etenim aquoſa vina pauciſſimum corpori dant alimentum. Sunt autem haec colore quidem alba,

Ed. Chart. IX. [57. 58.] Ed. Baf. V. (241.)

σιν, οἱ δὲ παχεῖς καὶ κιρ- [58] ῥοὶ πολὺ μὲν πλείονα τὴν τροφὴν τούτων διδόασι τῷ σώματι, ἀπολείπονται δὲ τῶν μελάνων ἐς τοσοῦτον τροφῆς, ὅσον πλεονεκτοῦσιν εἰς τὸ ταχέως καὶ ἀθρόως τρέφειν. ὅσοι δὲ λευκοὶ μὲν, ἀλλὰ παχεῖς εἰσιν ἀτροφώτεροι μὲν τοσοῦτον ὑπάρχουσιν, τροφιμώτεροι δὲ τῶν λεπτῶν τε καὶ λευκῶν, ἀλλ' οὔτε τάχεως οὔτε ἀθρόως τρέφουσιν. εἰς ὅσον δὲ ἐν τούτοις διαφέρουσιν, εἰς τοσοῦτον καὶ κατὰ τὴν διαχώρησιν. οἱ μὲν γὰρ ὑδατώδεις κατ' οὖρα διαχωροῖσι τάχιστα, διὰ τὸ φθάνειν τάχιστα σχεδὸν ἀναλαμβάνεσθαι ὅλοι, τῶν δ' ἄλλων πάντων ὅσον ὑπέρχεταί τι κατὰ τὴν γαστέρα σαφὲς, ἀνάλογον τῷ χρόνῳ τῆς θρέψεως ἔχει τὴν διαχώρησιν. οὕτω δὲ καὶπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων συμβέβηκεν. ὁ μὲν γὰρ τῆς πτισάνης χυλὸς οὐ μετὰ πολὺν χρόνον τῆς προσφορᾶς φαίνεται τρέφων, οὐ μὴν πολλὴν τροφὴν διδοὺς τῷ σώματι καὶ ταύτην ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ παρέχων ἀθρόαν. ὁ χόνδρος δὲ οὔτ' ὀλίγην οὔτ' ἀθρόαν, ἀλλ' ἐν πολλῷ τε χρόνῳ καὶ πολλὴν παρέχει τροφήν. ὡσαύτως δὲ δηλονότι προσήκει τῇ

ſubſtantia vero tenuia. Craſſa vero et ſulva his multo quidem copioſius corpori alimentum impertiunt, ſed tanto nigris in copioſe alendo cedunt, quanto in celeriter ac confertim alendo praecellunt. Quae vero alba quidem ſunt, ſed craſſa, parcius quidem quam nigra, liberalius autem quam tenuia et alba nutriunt, ſed neque celeriter, neque confertim alunt. Quanto vero in hiſce differunt, tanto et in excretione. Aquoſa namque celerrime per urinas excernuntur, quia propemodum tota celerrime jacturam rependi praevertunt. Ex aliis vero omnibus quantum qui manifeſte per ventrem ſubierit proportionalem nutritionis tempori habet excretionem. Sic et in aliis omnibus accidit. Nam ptiſanae cremor non multo poſt aſſumtionem tempore videtur alere, non tamen copioſum corpori praebet alimentum idque pauco tempore confertum. Alica vero neque paucum, neque confertum, ſed et multo tempore et multum praebet alimentum. At profecto quae inter ſe comparantur ſimilem habere conſiſten-

Ed. Chart. IX. [58.] Ed. Bas. V. (241.)

συστάσει ἔχειν τὰ παραβαλλόμενα καὶ μὴ τὸ μὲν ἀκριβῶς εἶναι ὑγρὸν, τὸ δὲ ἄκρως ξηρόν. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς πτισάνης καὶ χόνδρου καὶ πάντων τῶν τοιούτων, ὅσα σκευάζουσιν ἐκ κέγχρων ἢ κυάμων, ἢ τινων ἄλλων καρπῶν, ὁμοίως ἐχέτω τὰ παραβαλλόμενα, κατὰ τὸ ποιὸν τῆς συστάσεως. ἐπὶ δὲ τῶν κρεῶν ἰδία μὲν ἡ σύστασις ἑκάστου. παραβάλλεσθαι δὲ αὐτὰ χρὴ κατὰ τὸ ποιὸν τῆς σκευασίας ἢ ὠπτωμένων ἀμφοῖν ἢ ἑψημένων ὡσαύτως. ἀφαιρεισθωσαν δὲ κατὰ τὴν σκευασίαν καὶ οἱ δακνώδεις χυμοὶ, καθάπερ ἐπὶ κράμβης τε καὶ ὀσπρίων, εἰ μέλλεις ἀκριβῆ βάσανον αὐτῆς τῆς τρεφούσης οὐσίας λαβεῖν. ἡ δ' ἀφαίρεσις τῶν χυμῶν ἐκ τοῦ μετατίθεσθαι κατὰ τὴν ἕψησιν εἰς ἕτερον ὕδωρ ἐξ ἑτέρου γίγνεται. ἐὰν οὖν ἅπαντα ταῦτα διορισάμενος ἐξετάσῃς ἀκριβῶς, εὑρήσεις ὅσα μὲν ὀλίγῳ χρόνῳ τρέφει, τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἀθρόως καὶ μετ' ὀλίγον χρόνον τῆς προσφορᾶς, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ταχέως, τούτων καὶ τὴν διαχώρησιν ἐν τάχει γινομένην, ὅταν γε ὡσαύτως ἔχουσιν ἀνθρώποις οἱδυ-

tiam oportet, neque vinum hoc quidem exquiſite humidum eſſe, alterum vero ſumme ſiccum. In ptiſana igitur et alica et hujuscemodi omnibus quaecunque homines ex miliis aut fabis aut aliis quibusdam fructibus parant, eodem modo ſe habeant quae comparantur ſecundum conſiſtentiae qualitatem. Carnibus autem propria quidem eſt uniuscujusque conſiſtentia. Sed comparare ipſas oportet in apparatus modo, utrisque aut aſſis aut eodem modo elixis. Auferantur autem per apparatum etiam mordaces ſucci, quemadmodum in braſſica ac in leguminibus, ſi certam alentis ſubſtantiae probationem ſis adepturus. Mordacium autem ſuccorum fiet ſublatio, ſi quae incoquuntur per elixationem ex una aqua in alteram transfundantur. Si igitur haec omnia cum diſtinctione diligenter exploraveris, invenies quae quidem pauco tempore nutriunt, hoc enim eſt confertim, et pauco poſt aſſumtionem tempore: hoc enim eſt celeriter etiam celerem habere excretionem, quum hominibus eodem modo affectis exhibentur; haec

Ed. Chart. IX. [58. 59.] Ed. Baſ. V. (241.)

ται. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐπὶ πάντων τοιούτων χρὴ προσδιορίσασθαι. τὰ δ' ἐναντίως ἔχοντα βραδέως ὑποχωρεῖν. τὴν δ' αἰτίαν τῶν γινομένων μάθοις ἂν ἐκ τῶν ἀποδεδειγμένων ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν. ἡ γάρ τοι γαστὴρ ἀπολαύειν ἐνεδείκνυτο τῶν σιτίων αὐτὴ πρώτως τὸν οἰκεῖον ἐξ αὐτῶν ἕλκουσα χυμὸν, ἐναποτιθεμένη τε τοῖς ἑαυτῆς χιτῶσιν, εἶτ' ἐπειδὰν τούτου κορεσθῇ, τηνικαῦτα ἐκπέμπειν αὐτὰ πρὸς τὴν διαχώρησιν. ἐν τούτῳ δὲ τῷ χρόνῳ καὶ τὸ ἧπαρ ἐκ τῶν σιτίων ἕλκειν ἐδείκνυτο, ἐπειδὰν ἐνδεῶς ἔχῃ τροφῆς. εἰ δὲ μὴ, χρήσεται τῇ προϋπαρχούσῃ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ἕλκειν αὖθις ἐκ τοῦ ἥπατος ὅλον τὸ σῶμα, καθ' ὃν ἂν χρόνον καὶ τοῦτο ἀπορεῖ τροφῆς. ὅθεν ἐφ' ὧν ὅλον τὸ σῶμα κενόν ἐστι, μάλιστα ἄν τις λάβῃ τὴν πεῖραν τῶν ἀθρόως τε καὶ ταχέως τρεφόντων, οἵσπερ, ὡς ἔφαμεν, ὑπάρχει καὶ τὸ πρὸς τὴν διαχώρησιν ἰέναι θᾶττον, ὅσον ἐπὶ τῷδε. τινὲς μέντοι τὴν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἔφασαν κένωσιν εἰρῆσθαι διαχώρησιν, [59] ἵνα ταυτὸν ᾖ τὸ νῦν διδασκόμενον τῷ λελεγμένῳ κατὰ τὸ περὶ τροφῆς

etenim in ejusmodi omnibus adhibenda eſt diſtinctio; quae vero contrariam naturam ſortiuntur, tarde excerni. Horum autem cauſam didiceris ex iis quae noſtris in commentariis de facultatibus naturalibus demonſtrata ſunt, ventriculum prius cibis frui, familiari cibi ſucco ex illis attracto et ſuis appoſito tunicis et mox eo ſatiatum tunc ipſos ad excretionem emittere demonſtravimus. Hoc autem tempore et hepar demonſtrabatur ex cibis attrahere, ubi alimento indigeret; nam ſi non egeat, illo quod prius aderat frui. Eodem quoque modo trahere rurſus ex hepate totum corpus, quo tempore et ipſum indiget alimento. Unde in quibus totum corpus vacuum eſt, quispiam maxime poſſit experiri, qui cibi et conſertim et celeriter nutriant; quibus, ut diximus, ineſt celerius ad excretionem accedere, quantum ad id ſpectat. Verum quidam dixerunt eam quae ex univerſo fit corpore vacuationem, ab ipſo excretionem nominari, ut idem ſit quod nunc docetur ei quod in libro de alimento protulit, ubi inquit

Ed. Chart. IX. [59.] Ed. Baſ. V. (241.)

βιβλίον, ἔνθα φησίν· ἢ δυσαλλοίωτος δυσεξανάλωτος, ἢ εὐπρόσθετος εὐεξαναλωτος, ὅπερ ἀληθέστατον μέν ἐστιν, οὐ μὴν οἰκείως ἀκούσεσθαί τε δοκεῖ τῇ τῆς διαχωρήσεως προσηγορίᾳ. λέγεται γὰρ αὐτὴ μᾶλλον ἐπὶ τῆς κατὰ γαστέρα μόνον, δυνατόν γε μὴν κἀπὶ τῶν καθ' ὅλον ἀκούειν αὐτὴν τὸ σῶμα. διαφέρει γὰρ ἡ ὑποχώρησιν ἢ διαχώρησιν εἰπεῖν. ἡ μὲν οὖν ὑποχώρησις ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα μόνον λέγεται, κοινὸν δ' ἀμφοῖν τὸ τῆς διαχωρήσεως ὑπάρχειν ἐγχωρεῖ ὄνομα. τὰ μὲν οὖν χοίρεια κρέα καὶ ὅσα γλίσχρους καὶ παχεῖς ἔχει τοὺς χυμούς, ἐν χρόνῳ ποιεῖται τὴν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος διαπνοήν· λάχανα δὲ καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πειραῖοι καὶ ἁπλῶς ὅσα λεπτὸν ἔχει τὸν ἀναδιδόμενον χυμὸν, ἐν μὲν τῷ τάχει τῆς ἀναδόσεως καὶ τῆς προσθέσεως πλεονεκτεῖ, μόνιμον δ' οὐκ ἔχει τὴν φύσιν, ἀλλὰ διαπνεῖται ῥᾳδίως.

---

quod alimentum difficile alteratur aut immutatur, difficile abſumitur; quod facile apponitur, facile abſumitur. Quod dictum veriſſimum quidem eſt, non tamen proprie videtur accipi ſub excretionis appellatione; nam ipſa magis proprie dicitur de ea quae per ventrem ſolum, forſan et de ea, quae ex toto fit corpore, intelligere poſſibile eſt. Differt enim et excretionem et ſubductionem dicere. Subductio namque de iis ſolis dicitur quae per alvum dejiciuntur; contingit autem excretionis vocabulum utrisque eſſe commune. Carnes itaque ſuillae et quaecunque lentos ac craſſos humores habent, diuturno tempore ex toto corpore per transſpirationem diſcutiuntur; olera vero et piſces ſexatiles et ſimpliciter quaecunque tenuem habent ſuccum diſtribuendum, diſtributionis quidem atque appoſitionis celeritate exſuperant, ſtabilem vero naturam non habent, ſed facile digeruntur ac perſpiratione evaneſcunt.

Ed. Chart. IX. [59.] Ed. Baf. V. (241.)

ιθ'.

Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προσαγορεύσιες οὔτε τοῦ θανάτου οὔτε τῆς ὑγείας.

Τὰ ὀξέα νοσήματα πρὸς τὸ κρίνεσθαι ταχέως εὐθέως καὶ μέγεθος ἔχει· τοὺς γὰρ ἐφημέρους πυρετοὺς καίτοι ταχέως παυομένους οὐ καλοῦσιν ὀξέα νοσήματα. διττὴ δέ ἐστιν ἡ τῶν ὀξέων νοσημάτων φύσις· ἢ γὰρ ἐπὶ χυμοῖς μόνοις θερμοῖς οὐδένα τόπον ἐγκατειληφόσιν, ἀλλ' ὁμοτίμως ἐν ἅπασι τοῦ ζώου τοῖς μέρεσι γίγνεσθαι πεφυκόσιν ἢ τόπου τινὸς πεπονθότος, ὡς ἐν πλευρίτιδι καὶ περιπνευμονίᾳ καὶ κυνάγχῃ. καὶ οἵ γε πυρετοὶ τοὐπίπαν οἷον συνεχεῖς εἰσιν ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι. σπάνια γὰρ τὰ χωρὶς πυρετῶν, ὁποία ἐστὶ καὶ ἡ ἀποπληξία. τὰ δὲ χρόνια νοσήματα διὰ χυμοὺς γίνεται παχεῖς καὶ γλίσχρους καὶ ψυχροὺς, οὔτε πεφθῆναι ῥᾳδίως δυναμένους, ἐμπλαττομένους τε καὶ σφηνουμένους ἐν τοῖς πεπονθόσι μορίοις, ὥστε καὶ σκιρρώδεις

XIX.

Acutorum morborum non omnino certae ſunt praedictiones, neque mortis, neque ſanitatis.

Acuti morbi praeterquam quod celeriter judicentur, ſtatim etiam vehementiam habent. Licet enim diariae febres celeriter finiantur, eas tamen acutos morbos minime vocitant. Duplex autem eſt acutorum morborum natura; aut enim ſolis in humoribus calidis nullum certum locum intercipientibus, ſed aequabiliter in omnibus animalis partibus; aut affecta quadam parte, ut pleuritide, peripneumonia et cynanche procreari conſueverunt. Sed et febres ut plurimum in acutis morbis ſunt continuae. Pauci namque ſunt citra febres, qualis apoplexia. Diuturni vero morbi ob craſſos, lentos ac frigidos humores oboriuntur, qui facile concoqui nequeunt, ſed affectis partibus ita impacti atque incuneati ſunt, ut eorum affectus ſcirrhos

Ed. Chart. IX. [59. 60.] Ed. Baſ. V. (241. 242.)

αὐτῶν μᾶλλον ἢ φλεγμονώδεις εἶναι τὰς διαθέσεις. ὀλίγα δ' ἐξ αὐτῶν γίγνεται τὰ κατὰ συμπάθειαν καὶ χωρὶς τύπου πεπονθότος, ἐν οἷς ὁμοτίμως ἁπασῶν τῶν φλεβῶν, ἤτοι μελαγχολικοὺς ἢ φλεγματώδεις χυμοὺς ἐχουσῶν σηπομένους. ἐπὶ μὲν τούτων ἁπάντων ἔοικεν ὁ Ἱπποκράτης θαρρεῖν ταῖς προγνώσεσιν, ἐπὶ δὲ τῶν ὀξέων οὐχ ἁπάντων, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ διαμαρτάνεσθαι τὴν πρόγνωσιν ὁμολογεῖ. τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ οὐ πάμπαν, ἀπόφασις ὄν. τὸ γὰρ οὐ πάμπαν τῷ οὐ παντελῶς ταὐτὸν σημαίνει. καὶ ἔστι τὸ οὐ πάμπαν ἴσον τῷ οὐκ ἐπὶ πάντων, ὅπερ ὅταν ὀλίγα τῶν πάντων ἐξαιρῶσιν ὀνομάζειν εἰώθασιν. οἷον οὐ πάντες ἄνθρωποι κακοί. δηλοῖ γὰρ ὁ τοῦτ' εἰπὼν ὀλιγοστοὺς εἶναι τοὺς ἀγαθούς. οὕ- [60] τω γοῦν καὶ νῦν ὁ Ἱπποκράτης ἐμφαίνει λέγων, (242) οὐ πάμπαν ἀσφαλεῖς εἶναι τὰς προσαγορεύσεις ἐπὶ τῶν ὀξέων ὡς ὀλιγάκις ποτὲ καὶ σφαλλομένου τοῦ ἀρίστου ἰατροῦ. συμβαίνει δ' αὐτὸ τοῦτο διά τε τὴν ὀξύῤῥοπον ἐν κρίσει μεταβολὴν, ἥτις ἕπεται τῶν ἐργαζομέ-

magis quam phlegmonas aemulentur. Pauci vero ex ipſis fiunt per conſenſum et citra partem affectam; in quibus aequaliter omnes venae, putreſcentes humores vel melancholicos vel pituitoſos habeant, quorum omnium praenotionibus niti et conſidere videtur Hippocrates; acutorum vero non omnium, ſed in ipſis falli etiam interdum praenotionem fatetur. Id namque tale ſignificat, *non omnino*, negatio quum ſit. *Non omnino* enim idem quod non prorſus ſignificat, eſtque *omnino* peraeque ac non in omnibus, quod ſermonis genus uſurpare conſueverunt, quum pauca de omnibus eximunt, ut quum dicunt, non omnes homines mali. Qui enim hoc profert, pauciſſimos eſſe bonos declarat. Sic igitur et nunc Hippocrates his verbis oſtendit non omnino certas in morbis acutis eſſe praedictiones, quum raro interdum optimus medicus aberret. Hoc autem ipſum accidit tum propter repentinam in criſi permutationem, quae humorum morbos efficientium naturam ſequitur, tum propter eum qui ſit inter-

Ed. Chart. IX. [60.] Ed. Baf. V. (242.)

νων αὐτὰ χυμῶν τῇ φύσει καὶ διὰ τὸ μεταῤῥεῖν ἐνίοτε τὸν λυποῦντα χυμὸν ἐξ ἑτέρων εἰς ἕτερα.

κ'.

Ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσι ξηραίνονται. ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσιν ὑγραίνονται.

Ὅτι μὲν ὡς τὸ πολὺ τοῦτο γίνεται καὶ οὐ διὰ παντὸς ἐθήλωσεν αὐτὸς ἐν τοῖς κατωτέρω γράψας τόνδε τὸν ἀφορισμὸν, ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσι νέοι μὲν ἐόντες βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν ξηρὰς ἐχόντων, εἰς δὲ τὸ γῆρος χεῖρον ἀπαλλάσσουσι. ξηραίνονται γὰρ ὡς ἐπὶ πολὺ τοῖσιν ἀπογηράσκουσιν. ἀκουστέον δέ ἐστι ξηρᾶς καὶ ὑγρᾶς κοιλίας οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς διαιτήμασιν. εἰ γάρ

dum peccantis humoris ex altero in alterum locum transfluxum.

XX.

Quibus per juventutem alvi ſunt humidae, iis ſeneſcentibus exſiccantur. Quibus vero in juventute alvi ſiccae ſunt, iis ſenioribus factis humectantur.

Quod id quidem ſaepenumero et non ſemper oboriatur, in ſequentibus hunc quem ſcripſit aphoriſmum ipſe declaravit: *Quicunque alvos habent humidas, ſi juvenes quidem fuerint, ſalubrius degunt quam qui ſiccas habent; at in ſenectute deterius ea defunguntur: ipſis namque ſeneſcentibus plerumque reſiccantur.* Oportet autem humidas et ſiccas alvos intelligere non ſimpliciter, ſed eadem victus ratione ſervata. Si quis enim in juventute Alexandrino-

Ed. Chart. IX. [60.] Ed. Baſ. V. (242.)

τις ἐν μὲν τῇ νεότητι τῇ τῶν Ἀλεξανδρέων χρῆται διαίτῃ, ταρίχη τε καὶ πράσα ἐσθίων, ἐπιπίνων τε ζυθὸν, ἐν δὲ τῷ γήρᾳ μηδὲν τούτων προσφέρηται, φακὴν δὲ ἐσθίει καὶ οἶνον αὐστηρὸν ἔτι πίνει, πῶς ἂν φαίημεν ὑπηλλάχθαι τούτῳ τὰ διαχωρήματα τῷ λόγῳ τῆς ἡλικίας; οὕτω δὲ καὶ ὁ μὲν κατὰ τὴν νεότητα φακὴν ἐσθίων καὶ μέσπιλα καὶ οἶνον αὐστηρὸν πίνων, ἐπὶ δὲ τοῦ γήρως τῇ τῶν Ἀλεξανδρέων χρώμενος διαίτῃ, συμμεταβάλλει ταῖς διαίταις τὴν κατὰ τὴν διαχώρησιν. οὐκ ὀρθῶς ποιησόμεθα κρίσιν. ἀλλ' ὅταν ἁπάντων τῶν ἄλλων, οὐ μόνον τῶν κατὰ τὴν τροφὴν, ὁμοίως παττομένων ὑπηλλάχθαι τὰ κατὰ τὰς διαχωρήσεις, ἡ κρίσις ὀρθὴ γενήσεται τῶν ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένων· ὑπαλλαχθησεται δὲ τὰ κατὰ τὰς διαχωρήσεις, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει τῶν ἡλικιῶν κατὰ ἃς ἐν τῷ σώματι διαθέσεις ἀλλαττομένας, ὑφ' ὧν ἡ γαστὴρ ὑγροτέρα τε καὶ ξηροτέρα γίνεται. τίνες δέ εἰσιν αὗται τῶν ἐζητημένων ἐστὶ καὶ οὕτω γε μακρὸν ἔσεσθαί μοι νομίζω τὸν λόγον, εἰ σὺν ταῖς οἰκείαις ἀποδείξεσι γράφειν αὐτὸν ἐπιχειρήσαιμι, ὥσθ' ἑνὸς

rum victu uteretur et ſalſamenta et porra comederet, zythumque ſuperbiberet, in ſenectute vero nihil horum quidquam aſſumeret, ſed lentem eſitaret et vinum auſterum inſuper biberet, quomodo diceremus huic dejectiones aetatis ratione fuiſſe permutatas? Sic etiam ſi quis per juventutem lentibus et meſpilis veſceretur vinumque auſterum potaret, per ſenectutem vero Alexandrinorum victu uteretur, atque ita cum victu dejectiones mutaret, non recte judicium fecerimus. Verum quum ceteris omnibus non ſolis ad alimoniam ſimili modo paratis dejectiones immutatae fuerint, tum rectum de iis quae ab Hippocrate in aphoriſmo dicta ſunt, dabitur judicium. Immutabuntur autem dejectiones, quod ad aetatum naturam attinet, prout corporis affectiones immutantur, a quibus alvus et humidior et ſiccior redditur. At quaenam hae ſint affectiones eorum, quae quaeruntur, unum eſt, atque adeo longam mihi fore orationem auguror, ſi cum propriis demonſtrationibus ipſum ſcriptis prodere ſtuduero, ut uno

Ed. Chart. IX. [60. 61.] Ed. Baſ. V. (242.)

ὅλου δεήσεσθαι βιβλίου. τοῦτο μὲν οὖν αὖθις ἔσται ποτέ, νῦν δὲ διὰ βραχέων ἐρῶ τὰ κεφάλαια, συγχρησάμενος οἷς ἔν γε τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ἀπέδειξα ὑπομνήμασι καὶ τοῖς τῶν συμπτωμάτων αἰτίοις· ὑγροτέρα τοῦ συμμέτρου γίνεται ἡ γαστὴρ, ὅταν ἡ χυλωθεῖσα τροφὴ κατ' αὐτὴν ἐνδιέ- [61] τερον ἀναδίδοται, ξηροτέρα δὲ πάλιν τῆς κατ' αὐτὴν ὑγρότητος ἁπάσης εἰς τὸ ἧπαρ ἀναφερομένης. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐνδιέστερον ἀναδίδοσθαι γίνεται μέν ποτε πλείονα τροφὴν λαμβανόντων ἢ ὅσης δεῖται τὸ ἧπαρ, ἔστι δ' ὅτε θᾶττον ἐπὶ τὴν διαχώρησιν ἰούσης αὐτῆς. τῆς μὲν γὰρ πλείονος ἀπολείπεται τὸ περιττὸν, ἐπειδὰν ἕλκύσει τὸ ἧπαρ, ὅσης δεῖται. τῆς δὲ ταχέως διεξιούσης οὐ φθάνει τοσοῦτον ἕλκειν τὸ ἧπαρ ὅσου δεῖται. θᾶττον δὲ ὑπέρχεται τὰ διαχωρούμενα, ποτὲ μὲν διὰ τὸ πλῆθος τῆς καταῤῥεούσης εἰς τὴν γαστέρα χολῆς ἐρεθιζούσης αὐτὴν εἰς ἀπόκρισιν, ἐνίοτε δὲ τῆς μὲν ἐν αὐτῇ τῇ γαστρὶ καθεκτικῆς δυνάμεως, ἀῤῥωστοτέρας γινομένης, τῆς δὲ ἀποκριτικῆς ἐν ταύτῃ γε καὶ τοῖς ἐντέροις ἰσχυρᾶς ὑπαρχούσης. πλείονων μὲν οὖν

integro libro fit opus. Id igitur alias fortaſſis praeſtabitur; nunc vero paucis capita proferam, atque iis utar, quae in commentariis tum de naturalibus facultatibus tum de ſymptomatum cauſis demonſtravi. Alvus juſto fit humidior quum cibus in chylum commutatus ex ea parcius diſtribuitur; contra vero ſiccior, quum omnis humor in ipſa contentus ad hepar fertur. Quamobrem autem parcius diſtribuatur eſt interdum quidem copioſior cibus quam quo hepar indigeat aſſumtus, interdum etiam quia celerius ipſe ad dejectionem fertur quam hepar attrahat. Copioſioris enim cibi, quum hepar quantum opus erat attraxerit, plures ſuperſunt reliquiae; celerius vero ad exitum permeantis cibi, tantum hepar quanto egeat attrahere non poteſt. Celerius autem ſubeunt alvi excrementa, interdum quidem ob bilis in alvum defluentis et ipſam ad excretionem proritantis copiam; interdum vero propter facultatis retentricis ventriculi partam imbecillitatem et excretricis ipſius et inteſtinorum robur. Copioſiores igi-

Ed. Chart. IX. [61.] Ed. Baſ. V. (242.)

ὀριγόμεθα τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς, ἐνταῦθα γὰρ μάλιστα ἡ ὄρεξίς ἐστι, ψυχροτέρου τὴν κρᾶσιν ὑπάρχοντος. οὕτω δὲ καὶ τὸ ἧπαρ ἧττον ἕλκει διὰ ψυχρότητα· τὴν δὲ καθεκτικὴν ἡ γαστὴρ δύναμιν ἀσθενεστέραν ἔχει δι' ὑγρότητα, καθάπερ δὴ καὶ τὴν προωστικὴν ἰσχυροτέραν διὰ ξηρότητα. γερόντων οὖν ἐπειδὰν ψυχρότερον γένηται τὸ σῶμα, τὴν ἐν τῷ στόματι τῆς κοιλίας ὑγρότητα συμβαίνει γίνεσθαι ψυχρὰν ἐς τοσοῦτον, ὡς μεταπίπτειν εἰς ἀνορεξίαν, καὶ οὕτω ξηραίνεσθαι τὴν διαχώρησιν, ἐνδεία τῶν προσφερομένων, ὡς πρὸς τὴν ἀνάδοσιν. οὕτω δὲ καὶ ὅσοι διὰ τὸ πλῆθος ἢ τὴν φύσιν τοῦ πικροχόλου χυμοῦ τὴν κοιλίαν ὑγραίνονται, πρὸς τοὐναντίον μεταπίπτουσι, μηκέτι ἐν τῷ γήρᾳ τοῦ τοιούτου χυμοῦ πολλοῦ γενομένου. τοῖς μέντοι δι' ἀῤῥωστίαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ὑγραινομένοις τὴν κοιλίαν οὐχ ἅπασιν ἡ μετάπτωσις ἔσται, ἀλλὰ παρὰ τὸ ποσὸν τῆς συνεζευγμένης αὐτῇ θερμασίας. εἰ μὲν γὰρ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς εἴη ψυχροτέρα τὴν κρᾶσιν ἡ γαστὴρ, εἰς ἀμετρίαν

tur cibos appetimus, quum os ventriculi, in eo enim maxime ſita eſt cibi appetentia, frigidiore eſt temperamento. Quemadmodum autem hepar propter frigiditatem minus attrahit, ſic quoque ventriculus propter humiditatem retentricem facultatem imbecilliorem obtinet, ut et ſane expultricem robuſtiorem propter ſiccitatem. Senum itaque corpus quum frigidius evaſerit, humiditatem tantopere frigidam in ore ventriculi fieri contingit, ut in anorexiam, hoc eſt inappetentiam, excidat atque ita dejectiones alvi ſiccari accidat cibariorum penuria, quod ad diſtributionem attinet. Sic vero et quicunque ob copiam aut naturam humoris bilioſi alvum humectatam habent, in contrarium mutantur, quum hic humor non amplius in ſenectute copioſius generetur. Quibus vero ob facultatis retentricis imbecillitatem alvus humectatur, non omnibus, ſed pro caloris ipſi conjuncti quantitate mutatio oboritur. Si namque ſtatim ab ortu alvus frigidiore donata temperamento, in ſenectute ad immoderatam frigi-

Ed. Chart. IX. [61.] Ed. Baſ. V. (242.)

τῆς κατὰ ψυχρότητα δυσκρασίας ἐν τῷ γήρᾳ παραγινομένη τὴν καθεκτικὴν δύναμιν ὁμοίως ἄῤῥωστον ἕξει, διὰ τὸ πᾶσαν ἄμετρον δυσκρασίαν ἐκλύειν τὰς ἐνεργείας. εἰ δ' ἀκριβῶς εἴη θερμὴ μέχρι πλείστου τῆς ἡλικίας ἰσχυρὰν ἕξει τὴν καθεκτικὴν ἐνέργειαν, ὡς ἂν μηδ' ἑτέραν ἔχουσα τῶν δυσκρασιῶν ἀκριβῶς, μηδὲ τὴν κατὰ ξηρότητα, φύσει γὰρ ἦν ὑγροτέρα πάντως· ἢ οὐκ ἂν ἄῤῥωστον εἶχε τὴν καθεκτικὴν δύναμιν μήτε κατὰ θερμότητα. τοῦτο γὰρ ὑπέκειτο. δῆλον οὖν ὡς ὀλίγου δεῖν ἅπασιν, οἷς ὑγρότεραι φύσεις γαστρός εἰσιν, εἰς τοὐναντίον ἡ μετάπτωσις γίνεται γηράσκουσιν. οἷς δὲ ξηρότεραι, τούτοις ὑγρότεραι γενήσονται γηρῶσι, διὰ τὰς ἐναντίας κράσεις· ἤτοι γὰρ ὅταν ἐλάττονα τροφὴν προσφέρωνται τῆς κατὰ τὸ ἦπαρ δυνάμεως ἢ δι' ἐξίκμωσιν ἢ τὸ συῤῥέειν τῆς χολῆς εἰς τὴν κοιλίαν ὀλίγον ἢ δι' εὐρωστίαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ἡ διαχώρησις ἔσται ξηροτέρα. τούτων δὲ τὸ μὲν ἧττον ὀρέγεσθαι καὶ θᾶττον ἐμπίπλασθαι διὰ τὴν θερμότητα γίνεται τῶν ὀρεκτικῶν μο-

ditatis intemperiem accedens, facultatem retentricem ſimiliter imbecillam ſortietur, quia omnis immoderata intemperies functiones debilitat laeditque. Quod ſi ad uſque longiſſimum aetatis proceſſum exquiſite calida fuerit, robuſtam functionem retentricem habitura eſt, ut quae neutram habeat exquiſite intemperiem, neque eam quae in ſiccitate conſiſtit, alvus enim erat prorſus humidior natura, alioqui retentricem facultatem imbecillam non habuiſſet, neque eam quae in calore verſatur; hoc enim ſupponebatur. Quare prope omnibus innoteſcit, quibus alvus natura humidior eſt, iis ſeneſcentibus fieri mutationem; quibus vero ſiccior, iis per ſenectutem humidior propter contraria temperamenta futura eſt. Aut enim quia parcius aſſumitur alimenti quam hepatis facultati congruat, aut propter exſiccationem aut quia bilis paucum in alvum conſluit aut propter facultatis retentricis robur aridior erit dejectio. Ex his autem quod minus appetant ac celerius impleantur, fit propter partium appetentium ca-

Ed. Chart. IX. [61. 62.] Ed. Baſ. V. (242.)

ρίων. τὸ δ' ἐξικμάζεσθαι τὴν τροφὴν ἤτοι συμμέτρως ἔχοντος ἐν τῇ κράσει τοῦ ἥπατος ἢ καὶ βραχεῖ τινὶ θερμοτέρου τὴν κρᾶσιν ὑπάρχοντος. τὸ [62] δ' ὀλίγην συρρεῖν εἰς τὴν γαστέρα χολὴν, ὡς ἂν δηλονότι καὶ γενομένης ὀλίγης, ἐπὶ τῇ ψυχρότητι τοῦ σπλάγχνου συμβαίνει. ῥωμαλέα δ' ἡ καθεκτικὴ δύναμις γίνεται τοῖς νέοις ἐπὶ τὸ ξηρότερον τῇ κράσει ῥέπουσιν. εἰκότως οὖν γερόντων ἁπάντων τῶν προειρημένων εἰς τἀναντία μετάπτωσις ἔσται. οἵ τε γὰρ ἀνόρεκτοι διὰ θερμότητα προηκούσης τῆς ἡλικίας ὀρεχθήσονται πλειόνων ἢ ὅσων δύναται κρατήσειν τὸ ἧπαρ. ὅσοις τε διὰ ξηρότητα σύμφυτον ἡ καθεκτικὴ δύναμις ἦν ἰσχυροτέρα, τοῖτοις γηρῶσιν ἀῤῥωστοτέρα γενήσεται τῇ τῆς ξηρότητος ἀμετρίᾳ. καὶ διὰ τοῦθ' ἡ διαχώρησις ὑγρανθήσεται, τῷ ταχύνειν τὴν διέξοδον τῶν σιτίων. ὅσοις δὲ διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς χολῆς ἡ διαχώρησις βραδύνουσα, τῷ πολυχρονίῳ τῆς διεξόδου τὸ πολὺ τῆς ὑγρότητος ἐξικμάζεται, δυνατὸν μὲν ἔτι μεῖναι αὐτὴν διάθεσιν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ διὰ ψύξιν ἄμετρον τοῦ ἥπατος εἰς ἀῤῥωστίαν ἱκανὴν

lorem. Quod vero exſuctus cibus ſiccior evadat, id oboritur aut quum jecur commoderatum temperamentum ſortitur aut etiam quum paulo calidius ſit temperamento. Quod pauco bilis in alvum confluat, ut quae nimirum pauca procreetur, ob viſceris frigiditatem accidit. Fortis autem juvenibus ineſt retentrix facultas, quum ad ſiccius temperamentum vergunt. Jure igitur omnibus praedictis ſeneſcentibus in contraria fiet mutatio. Nam qui anorexia laborant aut non appetunt, ob caliditatem aetatis progreſſu plus etiam appetent quam poſſit hepar evincere. Et quibus ob congenitam ſiccitatem retentrix facultas ſortior extiterat, iis ſeneſcentibus fiet imbecillior ob ſiccitatis ametriam, eaque ratione propter citatiorem cibariorum tranſitum humida evadet dejectio. Quibus vero propter bilis penuriam moratur dejectio et ob diuturnum tranſitum multum humoris abſumitur, idem etiamnum affectus permanere poteſt. Fieri tamen poteſt, ut propter

Ed. Chart. IX. [62.] Ed. Baſ. V. (242. 243.)

τῆς ἀναδύσεως ἀφικομένης ὑγρὰ γίνεσθαι τὰ διαχωρήματα. ταῦτ' ἐν τῷ παρόντι περὶ τῆς αἰτίας εἰρήσθω μοι τῶν ἐν ταῖς ἡλικίαις μεταβολῶν, ὅσα ἴσχουσι διὰ ξηρότητα καὶ ὑγρότητα γαστρὸς, ἀσαφῆ διὰ βραχυλογίαν ἐσόμενα τοῖς μὴ προγεγυμνασμένοις ἐν οἷς ὑπομνήμασιν· ἀλλ' ὕστερόν ποτε δι' ἑνὸς ὅλου βιβλίου σαφέστερον ὑπὲρ τῶν αὐτῶν εἰρήσεται πρὸς μέντοι τὴν ἐν τῇ τέχνῃ χρείαν ἱκανὸν καὶ τοῦτο μόνον ἐπίστασθαι, τὸ πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένον ἄνευ τοῦ προσκεῖσθαι τὴν αἰτίαν.

κα'.

(243) *Λιμὸν θώρηξις λύει.*

Θώρηξιν οἴνου πόσιν αὐτὸς εἴωθεν ὀνομάζειν. ἐν γοῦν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ διαίτης ὧδέ πως ἔγραψε· φανερὸν γὰρ δὴ ὅτι τὰ διαιτήματα ἑκάστου ἡμῶν οὐκ αἰτιά ἐστιν. ὅτι δ' ἅπιεται πάντων ἡ νοῦσος ἐξῆς καὶ τῶν

immoderatam jecoris frigiditatem, diſtributione ad ingentem imbecillitatem accedente, humidae dejectiones oboriantur. Haec in praeſenti de mutationum per aetates contingentium et alvi ſiccitatem et frigiditatem ſequentium cauſis dicta ſunt, quae propter breviloquentiam iis erunt obſcura qui praedictis commentariis prius exercitati non ſunt. Verum aliquando poſtea libro uno integro de his dilucidius differetur. Quod ad artis uſum ſpectat, hoc ſolum ſcire ſufficit, quod citra cauſarum adjectionem ab Hippocrate fuit pronunciatum.

XXI.

Famem vini potio ſolvit.

Thorexin vini potionem ipſe conſuevit nominare. In libro ſiquidem de natura hominis et de victus ratione hoc modo ſcripſit: *conſtat enim profecto cujusque noſtrum victus rationem cauſam non eſſe, qua univerſi juvenes et*

Ed. Chart. IX. [62. 63.] Ed. Baſ. V. (243.)

νεωτέρων καὶ πρεσβυτέρων καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν, ὁμοίως καὶ τῶν θωρησσομένων καὶ τῶν ὑδροποτεόντων. ἐκ τοῦ τοίνυν ἀντιθεῖναι τοῖς ὑδροποτέουσι τοὺς θωρησσομένους ἐδήλωσεν, ὅτι τοὺς οἰνοποτοῦντας ὀνομάζει θωρησσομένους, ὥστε καὶ θώρηξις ἡ τοῦ οἴνου πόσις ὑπ' αὐτοῦ λέγεται, ταύτην οὖν φησι λύειν λιμὸν, οὐ μὰ Δία ἅπασαν ἔνδειαν ὀνομάζων λιμὸν, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσιν. οὐ μὴν οὐδὲ τὴν μετ' ὀρέξεως, ἀλλὰ τὴν ἐπ' αὐτῶν δὴ τοῦτο πάθημα ἐχόντων ὄρεξιν σφοδρὰν καὶ ἄπαυστον σιτίων, ἣν ἔνιοι τῶν ἰατρῶν ὀνομάζουσι κυνώδη. τούτου γάρ τοι τοῦ λιμοῦ ἡ τοῦ οἴνου θώρηξις ἅμα ἐστιν, οὐχ ὅστις ἂν ἦτοι διὰ μακρὰν ἀσιτίαν ἢ ῥύσιν γαστρὸς ἢ αἱμορραγίαν ἤ τινα ἑτέραν κένωσιν ἢ γεγενημένος. οἱ μέντοι διά τι τῶν τοιούτων [63] ἐνδεεῖς οὐχ ὅπως ἀγαθόν τι τῆς οἰνοποσίας ἀπολαύουσι, ἀλλὰ καὶ μέγιστα βλάπτονται, σπασμοῖς καὶ παραφροσύναις ἁλισκόμενοι διὰ ταχέων, εἰ πρὸ τοῦ σιτία προσενέγκασθαι θωρηχθεῖεν. οἷς δέ ἐστι πάθος ὁ λιμὸς, ἅμα τούτοις ἐστὶν ἡ τοῦ οἴνου πόσις, οὐ τροφῆς πλῆθος. ἐγὼ

ſenes, viri et mulieres, ſimiliterque thoreſſomeni et hydropotae promiſcue morbo corripiantur. Quum ergo thoreſſomenis hydropotas opponat, per thoreſſomenos vini potores ſe prodit intelligere. Quare et thorexis vini potus ab ipſo dicitur, quem dicit famem ſolvere. Non, per Jovem, quamcunque cibi penuriam famem nominans, ut nonnulli arbitrantur, ſed neque illam, quae non cibi appetentia fit, ſed eam quam habent qui hoc morbo laborant vehementem, nec ceſſantem ciborum appetentiam, quam nonnulli medici *caninam* appellitant. Hujus enim famis vini potus remedium eſt, non ejus quae aut longae inediae aut alvi profluvio aut ſanguinis eruptioni aut cuidam alteri vacuationi ſucceſſit. Enimvero ob ejusmodi cauſarum aliquam famelici tantum abeſt ut aliquod ex vini potu emolumentum percipiant, quin imo plurimum oblaeduntur, qui nimirum derepente convulſionibus ac deliriis corripiuntur, ſi cibis affumtis praebiberint. At quibus fames morbus eſt, iis vini potus, non cibi copia

Ed. Chart. IX. [63.] Ed. Baf. V. (243.)

γοῦν οὕτως ἰασάμην ἐνίους τῶν ἀπαύστως λιμωττόντων, οἶνον πίνειν διδοὺς δαψιλῆ τῶν ἱκανῶς θερμαινόντων. οὐ γὰρ δὴ οἱ στρυφνοὶ τῶν οἴνων ἰῶνται τὸν τοιοῦτον λιμὸν, ὅτι μηδὲ θερμαίνουσιν. ἀλλ' ὅσοι γε κιρρόοὶ τὴν χρόαν ἢ ἐρυθροὶ χωρὶς τοῦ στύφειν, οὗτοι μέγιστον ἴαμα τῶν τὴν κυνώδη καλουμένην ὄρεξιν ἐχόντων εἰσί. χρὴ γὰρ αὐτοῖς ὅταν ἐπὶ τὸ ἄριστον ἀφίκωνται, πρῶτον μὲν διδόναι λιπαρὰ καὶ ὡς ἂν εἴπῃ τις ἐλαιώδη τῶν ἐδεσμάτων καὶ τἆλλα δὲ πάντα, ἃ δι' ἐλαίου πολλοῦ σκευάζονται. μάλιστα δὲ μηδὲν αὐστηρὸν ἢ στρυφνὸν ἔσιω. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν εἰρημένων οἴνων τινὰ, κἂν μηδέπω διψῶσι, κελεύειν προσφέρεσθαι. πραΰνεται μὲν γὰρ αὐτοῖς εὐθέως ὁ λιμὸς ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ διαίτῃ. ἐν πλείονι δὲ χρόνῳ πρατιόντων οὕτω παύεται. καί μοι δοκεῖ τοῦτο μᾶλλον ὁ Ἱπποκράτης ἐνδείκνυσθαι κατὰ τὸν προκείμενον ἀφορισμόν. ἐπειδὴ γὰρ αἱ κυνώδεις ὀρέξεις ἤτοι διὰ δυσκρασίαν μόνην τὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον ἢ διά τινας χυμοὺς ὀξεῖς γίνεσθαι πεφύκασιν ἐναποθέντας εἰς αὐτὸ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ἄμφω δ' ἰᾶσθαι ταῦτα

remedium eſt. Equidem nonnullos aſſidua fame vexatos ita curavi, vino ex iis quae vehementer calefaciunt, ipſis copioſe propinato. Non enim ſane acerba vina ejusmodi famem ſanant, quod minime calefaciant, ſed quae citra adſtrictionem colore fulva aut rubra ſunt, haec canina vocata appetentia laborantibus maximum auxilium advehunt. His enim ad prandium accedentibus edulia pinguia primum atque, ut ita dixerit quis, oleoſa et quaecunque cetera ex copioſo oleo parantur, exhibenda ſunt, maxime vero nihil quidquam auſterum aut acerbum offeratur. Poſtea ex enarratis vinis quoddam etiamſi nondum ſitierint, offerre imperandum eſt. Protinus enim ipſis tali victu fames mitigatur et ita diuturniori tempore agendo ſedatur, atque hoc mihi magis in praeſenti aphoriſmo Hippocrates docere videtur. Quum enim appetentiae aut propter ſolam intemperiem frigidiorem aut propter quosdam humores acidos os ventriculi imbuentes fieri conſueverint et haec ambo vitia ſanare poſſit vinum, merito caninas ap-

Ed. Chart. IX. [63.] Ed. Baſ. V. (243.)

πέφυκεν ὁ εἰρημένος οἶνος, εἰκότως παύει τὰς κυνώδεις ὀρέξεις. ὅσοι δ' ἡγοῦνται τὸν καλούμενον βούλιμον εἰρῆσθαι λιμὸν νῦν ὑφ' Ἱπποκράτους, ἀλογώτερόν μοι δοκοῦσιν ἀκούειν τοῦ λόγου, πρῶτον μὲν ἀντὶ γενικοῦ τε καὶ καθόλου ποιοῦντες εἰδικόν τε καὶ κατὰ μέρος, εἶτα καὶ ψευδόμενοι. κατάπτωσις γάρ ἐστι δυνάμεως ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ψύξεως ὁ βούλιμος, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ πείνης, οὐκ ἔτι δ' ἔχων αὐτὴν συνοῦσαν.

κβ'.

Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται, κένωσις ἰῆται καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος πλησμονὴ καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

Οὐκ εἴ τι γινόμενον ὑπὸ πλησμονῆς οὐδὲ οὐκέτι οὔσης αὐτῆς, εἴ τι μένοι, τοῦτο ἰάσεται κένωσις. ἀλλ' ὅσα κατὰ τὸν αὐτὸν γίνεται χρόνον ἐπιχειροῦμεν ἰᾶσθαι, κενώσεως

petentias ſedaverit. Qui vero augurantur bulimum vocatum famem ab Hippocrate dictum eſſe, hi mihi abſurdius ejus verba exaudire videntur; primum quod pro generali atque univerſali oratione particularem efficiant; deinde quod falſum etiam proferant. Nam bulimus facultatis eſt proſtratio ab externo frigore profecta, qui ab eſurie quidem ortum duxit, famem vero amplius conjunctam non habet.

XXII.

Quibuscunque morbis ex repletione ſuboleſcentibus medetur vacuatio, morbisque a vacuatione obortis repletio, ceterisque contrarietas.

Neque, ſi quid a repletione fiat, neque ipſa non amplius exiſtente, ſi quid remaneat, id curabit vacuatio; ſed quaecunque eo ipſo quo fiunt tempore aggredimur,

Ed. Chart. IX. [63. 64.] Ed. Baſ. V. (243.)

χρήζει. ὅτι μὲν οὖν πλῆθος ἐργάζεται νόσον ἔμπροσθεν εἴρηται, ὅτι δὲ ἡ ἴασις αὐτοῦ κένωσίς ἐσιιν οὐδὲ λόγου δεῖται, καθάπερ οὐδ' ὅτι πάντων τῶν ποιούντων ιὰς νόσους ἡ ἐναντίωσις. οὐδὲ γὰρ ἐπινοῆσαι δυναιὸν ἄλλο τι παρὰ τοὐναντίον τῶν ποιούντων τὰς νόσους αἰ- [64] *τίων, ὡς ἐπί γε ιῶν νόσων αὐτῶν ἤδη γεγενημένων αὖθις ἐπισκεψόμεθα, καθάπερ γε κἀπὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων αὐτοῖς συμπτωμάτων. ἀλλὰ νῦν γε περὶ τῶν ἔτι γινομένων ὁ λόγος ἐστὶ νοσημάτων. εὔδηλον οὖν ὡς ἅμα τοῖς ποιοῦσιν αἰτίοις ἀναιρουμένοις ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ αὐιὰ συναναιρεῖσθαι. τῶν ποιούντων δ' αἰτίων ἡ ἀναίρεσις ἀπὸ τῶν ἐναντίων γίνειαι. εἰ μὲν γὰρ ιῷ ψύχειν τι νόσον ἐργάζοιτο, διὰ τοῦ θερμαίνοντος ἡ ἴασις, εἰ δὲ τῷ θερμαίνειν, διὰ τοῦ ψύχοντος. οὕτω δὲ καὶ εἰ διὰ πλησμονὴν νόσος συνίσταται, τὸ τηνικαῦτα κενῶσαι χρὴ τὴν πλησμονὴν, ὥσπερ γε καὶ εἰ ὑπὸ κενώσεως ἀνατρέφειν ὅτι τάχιστα προσήκει. καίτοι δοκεῖ τισιν ὡς οὐδέποτε ἐργάζεται κένωσις νόσον.*

vacuatione indigent. Quod igitur plenitudo morbum efficiat antea dictum eſt. Quod autem vacuatio ſit ejus curatio, dicere non opus eſt, ut nec quod omnium cauſarum morbos efficientium curatio ſit contrarium remedium. Neque enim quidquam aliud praeter remedium cauſis morbos efficientibus contrarium excogitari poteſt, quemadmodum tum in morbis ipſis jam factis rurſus, tum in ſymptomatis eos morbos neceſſario comitantibus exploraturi ſumus. Sed nunc de morbis etiamnum oborientibus habetur oratio. Perſpicuum igitur eſt cauſarum morbos efficientium ſublatione ſimul etiam morbos ipſos neceſſario tolli. At cauſarum morbos efficientium ſit ablatio per contraria. Si quid enim refrigerando morbum efficiat, calefacientibus fiet curatio; ſi vero calefaciendo, refrigerantibus; ita quoque ſi propter repletionem morbus conſtituatur, tunc temporis repletio vacuanda eſt, quemadmodum et ſi ob vacuationem corpus aegrotet, id cibo quamprimum reficere convenit, etiamſi quibusdam placeat nun-

Ed. Chart. IX. [64.] Ed. Baſ. V. (243.)

ἡγοῦνται δ', ὡς ἔοικεν, οἱ τοιοῦτοι μόνον τὸν πυρετὸν εἶναι νόσον. ὡς εἴ γε ἔγνωσαν ὡς ἅπασα διάθεσις ἐνέργειαν βλάπτουσα νόσος ἐστὶ καὶ ὡς αἱ σφοδραὶ δυσκρασίαι τὰς ἐνεργείας βλάπτουσιν, οὐκ ἠμφισβήτουν περὶ τοῦ τὰς ἰσχυρὰς κενώσεις αἰτίας γίνεσθαι νόσων. αἷμα μὲν γὰρ ἄν τε διὰ μήτρας ἄν τε δι' αἱμορροΐδος ἄν τ' ἐξ ἕλκους ῥυῇ δαψιλὲς ἢ πάσας ἢ τὰς γε πλείστας ἐνεργείας, οἱ οὕτω παθόντες βλάπτονται τινὲς δ' ἐξ αὐτῶν οὐ μόνον ταῦτα πάσχουσιν, ἀλλὰ καὶ ὑδέροις ἁλίσκονται. μακραὶ δ' ἀσιτίαι τοῖς φύσει πυρετωδέστερον ἔχουσι τὸ θερμὸν οὐ μόνον τὰς ἄλλας βλάβας, ἀλλὰ καὶ πυρὸν ἐπιφέρουσιν. ὅσον μὲν οὖν ἀληθὲς ἅμα ἐστὶ καὶ χρήσιμον εἴρηται. προσθῶμεν δὲ αὐτῷ τι καὶ διὰ τοὺς ληροῦντας, οἵτινες νεώτεροί εἰσι τῶν ἰατρῶν, ὑπὲρ ὀνομάτων μὲν ἐρίζοντες, οἰόμενοι δὲ περὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ποιεῖσθαι τοὺς λόγους οὗτοι τοίνυν εἰσὶν οἱ λέγοντες οὐκ εἶναι θεραπείαν τὴν ἀναίρεσιν τῶν ποιούντων τὰς νόσους αἰτίων, ἀλλὰ καὶ προφυλακήν, οἷς πρῶτον μὲν ἐπιδεικτέον ἐστὶν ὡς περὶ ὀνόματος ἐρίζουσιν,

quam morbum vacuatione fieri. At ii, ut apparet, ſolam febrem eſſe morbum arbitrantur. Quod ſi omnem affectum actionem laedentem morbum eſſe et omnem inſignem intemperiem actiones laedere didiciſſent, nequaquam ea de re vehementes vacuationes morborum cauſas exiſtere non dubitaſſent. Enimvero ſanguis quum copioſe aut ex utero aut ex haemorrhoide aut vulnere profluit, ita affectis aut omnes aut plurimae functiones oblaeduntur. Quidam vero ipſorum non modo haec patiuntur, verum etiam hyderis corripiuntur. Longae autem inediae calorem natura ferventiorem habentibus, non modo ceteras laeſiones, verum etiam febrem adferunt. Quidquid igitur verum ſimul eſt ac utile diximus; his tamen addamus aliquid etiam propter garrulos, quales ſunt recentiores quidam medici, qui de nominibus altercantes autumant ſe de rebus ipſis orationem habere. Hi ſunt igitur qui cauſarum morbos efficientium everſionem curationem non eſſe proferunt, ſed praeſervationem; quibus primum de nomine litigare, deinde

Ed. Chart. IX. [64.] Ed. Baſ. V. (243.)

εἶθ' ὅτι μηδὲ περὶ τούτου καλῶς· ἔνθα μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τὸ ποιῆσαν αἴτιον τὴν νόσον, ἐνταῦθα ἴασις μόνη τῶν γεγονότων ὑπολείπεται, ἔνθα δὲ οὐδέπω ποιεῖ τὸ ἐνυπάρχον αἴτιον τῷ σώματι, καθάπερ ἡ πληθώρα, τοῦτο προφυλακτικοῦ μέρους τῆς τέχνης ἐστὶν ἡ τῶν τοιούτων αἰτίων ἀναίρεσις. ὁπότε δ' ἤδη ποιεῖ, μικτόν πώς ἐστι τὸ τοιοῦτον ἔκ τε προφυλακῆς καὶ θεραπείας. ὅσον γὰρ ἔμελλε ποιήσειν ἐκωλύθη γενέσθαι καὶ τοῦτό ἐστι τοῦ προφυλακτικοῦ τῆς τέχνης. ὅσον δ' ἤδη γέγονεν τῆς νόσου, δεῖται θεραπείας ἰδίας. ὅθεν ἐπειδὴ μικτὰ τὰ τοιαῦτά ἐστιν ἔκ τε προφυλακῆς καὶ θεραπείας, ἴδιον οὐκ ἔχομεν ὄνομα καὶ διὰ τοῦτο ἄλλοτε ἄλλως αὐτὸ προσαγορεύουσιν οἱ ἰατροὶ, ποτὲ μὲν προφυλάττεσθαι λέγοντες, ὡς μὴ τελειωθῆναι τὴν ὑπηργμένην ἤδη γεννᾶσθαι νόσον, ἔστι δ' ὅτε ἰᾶσθαι λέγοντες, ὡς ἐπὶ τῶν ὑπὸ λυττῶντος κυνὸς δεδηγμένων. ὅσα γὰρ ἐπ' αὐτῶν προσφέρεται φάρμακα, διττῶς ὀνομάζουσι, ποτὲ μὲν ἰάματα λύττης, ὡς εἰ καὶ τῆς γεννώσης αὐτὴν διαθέσεως

id quidem recte facere demonſtrandum eſt. Ubi namque cauſa non adeſt, quae morbum effecerit, ibi ſola effectuum curatio relinquitur, ubi vero quae ineſt corpori cauſa nondum aliquid efficit, ut plethora, ad prophylacticen ſeu praeſervatricem artis partem attinet hujusmodi cauſarum everſio. Quum vero jam morbum efficit, id opus quodammodo ex praeſervatione et curatione mixtum eſt. Quantum enim effecturae erant cauſae fieri prohibitum eſt, idque artis prophylactices munus eſt; quantum vero jam morbi factum eſt, propriam curationem poſtulat. Unde quoniam iſta ex praeſervatione ac curatione mixta ſunt, proprio caremus nomine; propterea alias aliter medici appellitant, qui interdum quidem praecaveri dicunt, ne morbus qui jam procreari coepit, adoleſcat; interdum vero curari, quemadmodum in rabioſo cane demorſis. Quae ſiquidem ab ipſis adhibentur medicamenta, duobus ipſi modis appellant, nonnunquam adverſus rabiem remedia, ac ſi ad affectionem rabiem procreantem dicerent;

Ed. Chart. IX. [64. 65.] Ed. Baſ. V. (243. 244.)

ἐλέγοντο. ἐνίοτε δὲ οὐκ ἰάματα προσαγορεύουσιν, ἀλλὰ προφυλακτικὰ τῆς μελλούσης ἔσεσθαι λύττης.

κγ'.

[65] Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

Τὰ ὀξέα νοσήματα μεγάλα τέ ἐστι καὶ πρὸς τὴν ἀκμὴν ἐπειγόμενα διὰ ταχέων. εἰκότως οἷν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ (244) τὰς μεταβολὰς ποιεῖται μεγάλας, ὅπερ ταὐτόν ἐστι τῷ κρίνεσθαι. τὰς γοῦν τοιαύτας μεταβολὰς, ὅταν ἀθρόως ἐν νόσῳ γενηθῶσιν, αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει κρίσεις, ἐνίοτε μὲν ἀθρόως ὑγιαζομένων τῶν νοσούντων ἢ ἀποθνησκόντων, ἐνίοτε δὲ μεταβολήν τινα μεγάλην ποιησαμένων ἐπὶ σωτηρίαν ἢ ὄλεθρον, οὐ μὴν παραχρῆμά γε σωθέντων ἢ ἀποθανόντων, ὥστ' εἶναι δ' τὰς ὀξυρρόπους ἐν αὐτοῖς

nonnunquam vero non remedia, ſed rabie futura praeſervantia vocitant.

XXIII.

Acuti morbi quatuordecim diebus judicantur.

Acuti morbi tum magni ſunt tum celeriter ad vigorem properant. Jure igitur pauco tempore et magnas mutationes faciunt, quod idem eſt quod judicari. Ipſe ſiquidem Hippocrates hujuscemodi mutationes, quum derepente in morbo fiunt, criſes, judicationes appellat, interdum quidem aegrotantibus ſanitatem illico recipientibus aut intereuntibus; interdum vero quandam magnam ad ſalutem aut ad mortem mutationem ſubeuntibus, qui tamen non ex tempore ſoſpites evadant aut intereant, ita ut quatuor ſint in ipſis repentinae mutationes, quas ipſe

Ed. Chart. IX. [65.] Ed. Baf. V. (244.)

μεταβολὰς, ἃς αὐτὸς ἐδίδαξεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἰπών· ἐπὶ σωτηρίην ἢ ὄλεθρον ἢ ῥοπὴν ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἢ τὸ χεῖρον. ὅτι δ' ἀνάγκη διὰ τὸ μέγεθος τῶν νοσημάτων καὶ τὴν σφοδρότητα τῶν συμπτωμάτων ἢ νικηθῆναι διὰ ταχέων τὴν δύναμιν, ὥστ' ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ πρὸς τὴν τῶν λυπούντων ἔκκρισιν ὁρμήσασαν, εἰ μὲν κρατήσειεν ὧν προὔθετο, κρίσιν ἀγαθὴν, εἰ δὲ κρατηθείη, κακὴν ἐργάσασθαι, πρόδηλον παντί. διὰ τοῦτ' οὖν ἀδύνατον εἰς μακρὸν χρόνον ἐκπεσεῖν τὴν κρίσιν ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν. ὅρον οὖν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ὁ Ἱπποκράτης ἔθετο, τὸν τοῖν δυοῖν ἑβδομάδοιν χρόνον, ὡς ἐξώτερον μὲν οὐδενὸς προϊόντος· ἔμπροσθεν δὲ τῆς ιδ' πολλῶν κρίνεσθαι δυναμένων. καὶ γὰρ ἡ ια' καὶ ζ' καὶ ἡ ε' πολλοὺς φαίνονται κεκρικυῖαι κατὰ τὰ τῶν ἐπιδημιῶν βιβλία. κρίνει δὲ καὶ ἡ σι' τινὰς, ἀλλ' οὐκ ἀγαθῶς, ὡς κἀν τοῖς περὶ κρισίμων ἡμερῶν ὑπομνήμασιν ἐπὶ πλέον ἐδείξαμεν, ἐν οἷς ἀξιοῦμεν τὸν μέλλοντα γεγυμνάσθαι παρακολουθήσειν οἷς Ἱπποκράτης διὰ βραχέων ἔγραψεν. ὅσαι δὲ τῶν κρίσεων οἷον ἡμόρ-

primo epidemion his verbis docuit: *Ad ſalutem aut mortem aut deſinentem in melius aut deterius impetum.* Quod vero neceſſarium ſit morborum magnitudine ac ſymptomatum vehementia vel cito vires adeo proſterni, ut homo moriatur; vel ad noxiorum humorum excretionem excitari; ac tum ſi modo quos invaſerint exſuperent, bonam; ſin aut exſuperentur, malam criſin fore omnibus notum eſt. Quas ob res in morbis acutis criſin in longum tempus excidere nefas. Hiſce igitur in omnibus Hippocrates terminum ſtatuit duarum ſeptimanarum tempus, quod nullus ulterius progrediatur, licet ante decimum quartum diem multi poſſint judicari. Etenim undecimus, nonus, ſeptimus et quintus multos in libris epidemiorum manifeſte indicarunt. Indicat autem et ſextus nonnullos, ſed non proſpere, quemadmodum in commentariis libris de diebus judicatoriis latius demonſtravimus, in quibus exercitatum eſſe volumus eum qui ea ſit aſſequuturus, quae Hippocrates paucis conſcripſit. Quibuscunque vero judicationibus

Ed. Chart. IX. [65. 66.] Ed. Baſ. V. (244.)

ῥοποι γίνονται, ταύταις τὸ τέλος ἄλλη τις τῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἐπιτίθησιν, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν, ὑποῖαί τινές εἰσιν ἐν τῷ προγνωστικῷ· διδάξει δέ τι καὶ ταῦθα κατὰ τὸν ἑξῆς ἀφορισμὸν ὑπὲρ αὐτῶν. ἔστι δέ τις καὶ τούτων τῶν ἡμιῤῥόπων κρίσεων ὅρος ἄλλος ἐξωτέρον, μεθ' ὃν οὐκέτι προέρχεσθαι πέφυκεν ἡ μ' τῶν ἡμερῶν. ὅσα μὲν οὖν ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἐκρίθη τελέως, ταῦθ' ἁπλῶς ὁ Ἱπποκράτης εἴωθε προσαγορεύειν ὀξέα, ὅσα δὲ ἡμιῤῥόπως κριθέντα τῶν ἐφεξῆς τινα κρισίμων ἡμερῶν ἄχρι τῆς μ' ἐφυλάχθη, ταῦτα οὐκέτι ἁπλῶς προσαγορεύειν ὀξέα εἴωθεν, ἀλλ' ἐν συνθέτῳ προσηγορίᾳ, δι' ὅλης τῆς λέξεως, ὀξέα τὰ ἐν μ' ἡμέραις κρίνόμενα σαφεστέρᾳ δ' [66] αὐτὰ λέξει δηλοῦσιν οἱ προσαγορεύοντες ἐκ μεταπτώσεως ὀξέα. περὶ τούτων μὲν οἶν ἐν τῷ προγνωστικῷ τάδε γράφει· εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίην ἐν ἅπασι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν, ὁκόσα ξὺν πυρετοῖς μέν

veluti hemirrhopis imperfectis aliorum deinceps dierum ſequentium aliquis perfectionem ac finem imponet, quos ipſe et quales ſint in prognoſtico docuit; hic etiam aliquid de ipſis ſequenti aphoriſmo traditurus eſt. Eſt autem et harum hemirrhoparum imperfectorumve indicationum terminus quidam alius exterior, ultra quem non amplius progredi liceat diem quadrageſimum. Quicunque igitur morbi intra quartum decimum diem integre judicantur, hos Hippocrates acutos abſolute nominare conſuevit. Quicunque vero aliquo ſubſequentium dierum judicatoriorum hemirrhopos imperfecte judicati aduſque quadrageſimum diem durarunt, hos non abſolute acutos nominare conſuevit, ſed oratione ex his omnibus dictionibus compoſita acutos morbos quadraginta diebus judicatos. Verum dilucidiore oratione declarant qui acutos morbos ex decidentia vocitant. Quapropter hanc in prognoſtico ſcribit ſententiam: *ſpirandi vero facilitatem exiſtimare oportet permagnam vim ad ſalutem habere in omnibus acutis morbis, qui febres ſortiuntur comites et*

Ed. Chart. IX. [66.] Ed. Baſ. V. (244.)

εἰσιν καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται. νυνὶ δὲ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς περὶ τῶν ἁπλῶς ὀξέων ἀποφαινόμενος ιδ' φησὶ κρίνεσθαι αὐτὰ ἡμέραις, οὐ μὰ Δία τοῦτο λέγων, ὥς τινες ὑπέλαβον, ὅτι ιδ' τὸν ἀριθμὸν εἰσιν αἱ τὴν κρίσιν ἐπὶ τούτων τῶν νοσημάτων ἐργαζόμεναι. κατὰ τοῦτον γὰρ τὸν λόγον καὶ τὰ μεταπιώσεως ὀξέα τὰς κρινούσας ἡμέρας μ' τὸν ἀριθμὸν εἶναι φήσομεν, ὡς ἡ αὐτή γε λέξις ἐπ' ἀμφοῖν ἐστιν, ἐνταυθοῖ μὲν εἰπόντος αὐτοῦ, ἐν ταῖς ιδ' ἡμέραις κρίνεσθαι τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων, ἐν δὲ τῷ προγνωστικῷ, ὁκόσα σὺν πυρετοῖς ἐστι καὶ ἐν ταῖς μ' κρίνεται ἡμέραις. ἀλλ' οὗτοι μὲν οὐχ εὑρίσκοντες ὅπως ἀλλήλοις ἐπιδείξωσιν ὁμολογοῦντας τοὺς λόγους, τήν τε ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς καὶ τὸν ἐν τῷ προγνωστικῷ γεγραμμένον ἀλλόκοτον ταύτην ἐπενόησαν ἐξήγησιν. οὐδὲ γὰρ εἰς τὴν ιδ' μέχρι τῆς μ' αἱ κρίσιμοι, ἀλλὰ μετὰ μὲν τῶν ἐκ μεταπτώσεως πλείους, ἄνευ δὲ ἐκείνων ἐλάττους, ὡς ἡ περὶ κρίσεως ἡμερῶν ἐδί-

quadraginta diebus judicantur. Nunc vero ubi inter aphoriſmos de ſimpliciter acutis loquitur, eos quatuordecim diebus judicari pronunciat, non per Jovem, hoc proferens, quod quidam autumarunt, eſſe quatuordecim numero dies qui his morbis judicationem faciant. Hac enim explicatione etiam dies illos qui morbos acutos ex decidentia aut degeneratione nominatos judicant, numero quadraginta eſſe dicemus, quod eadem in utrisque ſit oratio; hic quidem quum ait ipſe: *morbos acutos quadraginta diebus judicari;* in prognoſtico vero quum dicit: *quicunque acuti morbi febres habent comites, quadraginta judicantur.* Verum quum hi non invenirent, quomodo demonſtraturi eſſent utrosque ſermones, tum hunc in aphoriſmis, tum illum qui in prognoſtico conſcriptus eſt, inter ſe conſentire, hanc abſurdam interpretationem excogitaverunt. Neque enim quatuordecim ſunt ad quadrageſimum uſque dies judicatorii, ſed cum intercidentibus quidem plures, abſque illis vero pauciores, quemadmodum in no-

Ed. Chart. IX. [66.] Ed. Baſ. V. (244.)

δαξε πραγματεία σαφῶς. αὐτὴ δὲ ἡ τῶν πραγμάτων φύσις μαρτυρεῖ τῷ λογισμῷ τῷ φάσκοντι τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων ὅρον ἔχειν τῆς κρίσεως τὴν ιδ' ἡμέραν. οὐδὲν γὰρ οὐδέποτ' ὤφθη κινούμενον ἀπ' ἀρχῆς ὀξέως ὑπερβὰν τοῦτον τὸν ὅρον, ἄνευ τοῦ δέξασθαί τινα τῶν εἰρημένων τεσσάρων κρίσεων μίαν, ὡς ἔνιά γε καὶ βληχρὰ καὶ μικρὰ κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας ὄντα περὶ τὴν δ' ἢ τὴν ε' ἡμέραν ἀρξάμενα τῆς ὀξύτητος εἰς τὴν ι' ἐτελεύτησεν. ἄλλα δὲ ἐπὶ τῆς στ' ἢ ζ' ἡμέρας ἀρξάμενα τῆς ὀξύτητος εἰς τὴν κ' ἐτελεύτησεν. ὥστε μηδέποτε ὀξύτητα νοσήματος συνεχοῦς πλείους ἡμέρας δύνασθαι κατασχεῖν τῶν ιδ'. τῶν δ' ἀνωμάλους ἐχόντων τὰς κινήσεις ἐκτείνεται πολλὰ πρός τινα τῶν ἐξωτέρων προθεσμιῶν. λέγω δ' ἀνωμάλους ἐχόντων τὰς κινήσεις, ὅσαι τισὶν ἡμέραις σφυδρωθέντα μετὰ ταῦτα ἀσήμως ἐῤῥαστώνησαν, εἶτ' αὖθις ἐξαιξηθέντα τὴν συνέχειαν ἔλαβεν. ἐὰν οὖν τις, ὡς εἴρηκα, τὴν τήρησιν ἐπὶ τῶν ἀῤῥώστων ποιεῖται, πάντα εὑρήσει τὰ δι' ὅλων τοῖν

ſtro de diebus judicatoriis tractatu aperte demonſtratur. Ipſa etiam rerum natura eam rationem teſtatur, quae dicit acutos morbos judicationis terminum habere quartum decimum diem. Nullus enim unquam morbus, qui ab initio celeriter moveretur, hunc ſuperaſſe terminum inventus eſt, qui aliquam ex quatuor jam dictis judicationibus unam non ſubierit, adeo ut nonnulli primis diebus imbecilles ac parvi exiſtentes, quarto aut quinto die acumen exorſi decimo ſeptimo die terminati ſint. Alii vero ad ſextum aut ſeptimum diem acumen exorſi vigeſimo ceſſarint. Quare morbi continui acies plures quam quatuordecim dies conſequi nequaquam poteſt. Eorum vero qui motus habent inaequales multi ad aliquod uſque tempus ulterius praefinitum extenduntur. Dico autem inaequales habere motus eos qui quibusdam diebus vehementiores fuere, poſtea ſine aliqua ſignificatione remiſerunt, deinde rurſus adaucti continuitatem acceperunt. Si quis igitur, ut dixi, in aegrotantibus obſervationem faciat, omnes

Ed. Chart. IX. [66. 67.] Ed. Baſ. V. (244.)

δυοῖν ἑβδομάδοιν ὀξέως κινηθέντα, μηδέπω ἐξωτέρω προερχόμενα.

κδ'.

[67] *Τῶν ἑπτὰ ἡ τετάρτη ἐπίδηλος, ἑτέρης ἑβδομάδος ἡ ὀγδόη ἀρχὴ, θεωρητὴ δὲ ἡ ἑνδεκάτη. αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη τῆς δευτέρης ἑβδομάδος. θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη, αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, ἑβδόμη δὲ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης.*

Ἐπιδήλους καὶ θεωρητὰς εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν ἡμέρας, ἐν αἷς τι σημεῖον φαίνεται δηλωτικὸν τῆς ἐσομένης κρίσεως ἐν ἑτέρᾳ τινὶ τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν, ἅστινας αὐτὸς ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τετράδα ἐποιήσατο τέμνων ἑκάστην τῶν ἑβδομάδων δίχα. τὴν μὲν οὖν πρώτην τετράδα τῆς ζ' ἡμέρας ἐπίδηλον εἶναί φησι τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. ἑνδεκάτην δὲ τῆς ιδ', ὅτι καὶ αὐτὴ δίχα τμηθεῖσα

inveniet qui per duas integras ſeptimanas celeriter moventur, nunquam ad ulteriorem progredi terminum.

XXIV.

Septenariorum index quartus. Secundae ſeptimanae octavus principium. Undecimus quoque ſpectandus dies. Is enim ſecundae ſeptimanae quartus eſt. Rurſus vero ſpectandus decimus ſeptimus: is namque a decimo quarto quartus eſt et ab undecimo ſeptimus.

Indices et ſpectabiles dies nominare conſuevit Hippocrates, in quibus ſignum aliquod apparet futurae indicationis indicativum, in alio quodam judicantium dierum, quos ipſe in prognoſtico ſingulis ſeptimanis bipartito ſectis quaternarios digeſſit. Primum itaque quaternarium ſeptimi diei a principio inita ſupputatione indicem eſſe ait. Undecimum autem decimi quarti ſtatuit indicem, quod et hic

Ed. Chart. IX. [67.] Ed. Baſ. V. (244.)

τῆς δευτέρας ἑβδομάδος ἐγένετο. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ἡ ιζ' τῆς κ' ἐστὶν ἐπίδηλος ἐκ τοῦ τμηθῆναι τὴν γ', ἑβδομάδα δίχα γενομένην, πλὴν ὅτι ταύτην ἑβδομάδα συνάπτει τῇ β', καίτοι τὴν δευτέραν ἀποχωρίσας τῆς α', ἀρχὴν γὰρ αὐτῆς ἔφησεν εἶναι τὴν η' ἡμέραν, οὐ μήν γε τῆς γ' τὴν ιέ, ὥς τινες τῶν μετ' αὐτὸν ὑπέλαβον· ὅτι μηδὲ τὴν κα' τὸ πέρας, ἀλλ' ἀρχὴν μὲν τῆς γ' ἑβδομάδος τὴν ιδ' ἡμέραν, τελευτὴν δὲ καὶ πέρας τὴν κ'. διὰ τί δὲ τὰς πρώτας μὲν ἑβδομάδας κατὰ διάζευξιν ἀλλήλων ἔταξε, τὴν τρίτην δὲ τῇ δευτέρᾳ κατὰ συνέχειαν, ἐν τῇ περὶ κρισίμων ἡμερῶν πραγματείᾳ λέλεκται. καὶ δὲ τὸ παρὸν ἀρκεῖ καὶ χωρὶς τῆς αἰτίας ἐπίστασθαι τὸ διὰ τῆς πείρας μαρτυρούμενον. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἱπποκράτης παμπόλλους ἀῤῥώστους κατὰ τὴν τοιαύτην τάξιν τῶν κρισίμων ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις ἔγραψεν κεκριμένους. λέγω δὲ τοιαύτην τάξιν, ὥσιε τὰς πρώτας ἑβδομάδας τρεῖς εἰς τὴν κ' ἡμέραν περιά-

bipartito diviſus ſecundae ſeptimanae ſit index. Eadem ratione et decimus ſeptimus vigeſimi eſt index ex diviſione tertiae ſeptimanae in duas partes facta. Illud tamen intereſt, quod hanc tertiam ſeptimanam ſecundae conjungat, quamvis primam a ſecunda ſeparaverit. Secundae namque principium diem octavum eſſe dixit, non tamen tertiae decimum quintum, quemadmodum nonnulli poſt ipſum exiſtimarunt, quod neque viceſimum primum terminum ſtatuerit, ſed principium quidem tertiae ſeptimanae quartum decimum, finem autem et terminum viceſimum. Cur autem duas primas ſeptimanas per diſjunctionem a ſe invicem ſtatuerit, tertiam vero ſecundae per copulationem, in opere de diebus judicatoriis docuimus. In praeſentia vero ſufficit etiam citra cauſam noviſſe quod experientia comprobat. Nam ipſe Hippocrates permultos aegros ſecundum talem judicatoriorum dierum ordinem in libris epidemiorum ſcripſit fuiſſe judicatos. Dico autem talem eſſe ordinem, ut primae tres ſeptimanae ad

Ed. Chart. IX. [67. 68.] Ed. Baf. V. (244. 245.)

γεσθαι, τὰς δ' ἑφεξῆς αὐταῖς τρεῖς εἰς τὴν μ'. οὕτω δὲ καὶ τὴν ξ' καὶ τὴν π' ἐξόμεν κρισίμους μεμαρτυρημένας καὶ αὐτὰς τῇ πείρᾳ, καθότι κἀν τοῖς περὶ κρισίμων ἀπεδείξαμεν, παραγράψαντες τοὺς ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν κεκριμένους κατὰ τὴν εἰρημένην τάξιν τῶν ἡμερῶν. ἐκείνους μὲν οὖν τοὺς ἀῤῥώστους ἐνταῦθα περιγράφειν μακρὸν, ἀρκέσει δὲ μόνον (245) τὴν ἐκ τοῦ προγνωστικοῦ παρογράψαι ῥῆσιν, τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσαν. οἱ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτέῃσιν ἡμέρῃσι τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν τε περιγίνονται οἱ ἄνθρωποι καὶ ἐξ ὧν ἀπολλυνται. οἵ τε γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν καὶ ἐπὶ [68] σημείων ἀσφαλεσιάτων βεβῶτες, τεταρταῖοι παύονται ἢ πρόσθεν. οἵ τε κακοηθέστατοι καὶ ἐπὶ σημείων δεινοτάτοι γινόμενοι τεταρταῖοι κτείνουσιν ἢ πρόσθεν. ἡ μὲν οὖν πρώτη ἔφοδος αὐτέων οὕτω τελευτᾷ· ἡ δὲ δευτέρη εἰς τὴν ἑβδόμην περιάγεται, ἡ δὲ τρίτη εἰς τὴν ἑνδεκατην, ἡ δὲ τετάρτη εἰς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἡ δὲ πέμπτη εἰς τὴν ἑπτακαιδεκάτην, ἡ δὲ ἕκτη εἰς τὴν εἰκοστήν. αὗται μὲν οὖν διὰ τεσσάρων ἐκ τῶν ὀξέων εἰς τὰς εἴκοσιν ἐκ

vigeſimum diem, tres ſequentes ad quadrageſimum perducantur. Sic enim et ſexageſimum et octogeſimum diem indicatorios habebimus et ipſos experientia confirmatos, quemadmodum in libris de diebus judicatoriis demonſtravimus, illos qui in libris epidemiorum notantur, judicati ſunt ſecundum talem dierum ordinem deſcribentes. At illos aegrotos quoniam longum eſſet hic deſcribere, ſatis fuerit ſolam ex prognoſtico ſententiam hoc modo ſe habentem ſubſcribere: *febres iisdem numero diebus judicantur, tum quibus homines liberantur, tum quibus intereunt. Nam et mitiſſimae febres et quae tutiſſimis cum ſignis incedunt, quarto die aut etiam ante deſinunt. At maxime malignae febres et quae cum graviſſimis ſignis oboriuntur, die quarto aut prius interimunt. Primus itaque ipſarum inſultus ita terminatur; ſecundus vero ad ſeptimum ducitur; tertius ad undecimum; quartus ad quartum decimum; ſextus ad vigeſimum. Atque ii inſultus ex acutis per qua-*

Ed. Chart. IX. [68.] Ed. Baſ. V. (245.)

προσθέσεως τελευτῶσιν. αὕτη σαφῶς ἡ ῥῆσις ἐδίδαξεν ὅτι τὴν τρίτην ἑβδομάδα κατὰ συνάφειαν ἀριθμεῖ τῇ δευτέρᾳ καὶ ὅτι τὴν ιζ' ἐπίδηλον ποιεῖται τῆς κ'.

κε'.

Οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες. οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροὶ καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες.

Οὐ μόνον τεταρταῖοι βραχεῖς γίνονται τοῦ θέρους, ἀλλὰ καὶ τἄλλα νοσήματα διὰ τὸ χεῖσθαι περιττοὺς χυμοὺς καὶ πάντη τοῦ σώματος φέρεσθαι καὶ διαπνεῖσθαι. ἐφ' ὧν μὲν οὖν ἡ δύναμις εἴη ῥωμαλέα κενωθέντων τῶν λυπούντων αἱ νοῦσοι παύονται. ἐφ' ὧν δ' ἀσθενὴς ἅμα τοῖς λυποῦσι χυμοῖς κενουμένοις καὶ αὕτη διαλύεται ὥστ' εἰκότως οὐδὲν τῶν θερινῶν χρονίζει νοσημάτων. ὁ δ' Ἱπποκράτης ἐπὶ

tuor ad viginti ex adjectione terminantur. Haec ſententia manifeſte docet quod tertiam ſeptimanam per ſecundae copulationem numeret et quod diem decimum ſeptimum viceſimi faciat indicem.

XXV.

Aeſtivae quartanae plerumque breves exiſtunt; autumnales vero longe ac praeſertim quae ad hiemem contingunt.

Non ſolum quartanae breves aeſtate fiunt, ſed et ceteri morbi, quod redundantes humores fundantur ac per univerſum corpus ferantur, atque per cutim diſcutiantur. In quibus itaque vires validae ſunt, noxiis humoribus evacuatis morbi ceſſant; in quibus vero ſunt imbecilles, dum noxii humores vacuantur una et ipſae diſſolvuntur. Quare merito nulli aeſtivi morbi diuturni ſunt. Hippocrates vero de ſolo morbo longiſſimo fecit mentionem,

Ed. Chart. IX. [68. 69.]. Ed. Baſ. V. (245.)

τοῦ χρονιωτάτου μόνου τὸν λόγον ἐποιήσατο, καθάπερ ἐπὶ παραδείγματος, ἐνδεικνύμενος ἐκ τούτου περὶ τῶν ἄλλων. ὥσπερ δ' ἐν τῷ θέρει καὶ τοὺς χυμοὺς διαφορεῖσθαι καὶ τὴν δύναμιν διαλύεσθαι συμβέβηκεν, οὕτως ἐν τῷ χειμῶνι τἀναντία καὶ τοὺς χυμοὺς ἔνδον μένειν, ὥσπερ φωλεύοντας καὶ τὴν δύναμιν ἐρρωμένην διαμένειν. οὔτ' οὖν λύεται τὰ νοσήματα, μενόντων τῶν ποιούντων αὐτὰ χυμῶν, οὔτ' ἀποθνήσκουσιν οἱ κάμνοντες, ἐξαρκούσης αὐτῶν τῆς δυνάμεως.

κστ'.

Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γίνεσθαι ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ.

Αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐν τοῖς ἑξῆς ἀφορισμοῖς ἐρεῖ τὸν σπασμὸν ἐπὶ πληρώσει γίνεσθαι καὶ [69] κενώσει. ὅταν οὖν τινα τῶν ὑγιαίνοντων ἐξαίφνης συμβῇ σπασθῆναι, τὸν τοιοῦτον σπασμὸν ἀναγκαῖον ἐπὶ πληρώσεως γεγονέναι. καὶ

tanquam per exemplum de aliis loqui omnibus iſto indicans. Quemadmodum autem aeſtate et humores diſcuti et vires diſſolvi contingit, ſic et hieme contraria eveniunt, tum humores intus manere tanquam in latibulis deliteſcentes et vires ſervari ac permanere robuſtas. Quare neque morbi ſolvuntur permanentibus eorum efficientibus cauſis humoribus, neque aegroti moriuntur, viribus ipſorum abunde ſuffragantibus.

XXVI.

Febrem convulſioni ſuccedere praeſtat, quam febri convulſionem.

Ipſe Hippocrates in ſequentibus aphoriſmis convulſionem a repletione et vacuatione fieri dicturus eſt. Quum igitur aliquem ſanitate fruentem derepente convelli contigerit, talem a repletione fieri convulſionem neceſſe eſt.

Ed Chart. IX. [69.] Ed. Baſ. V. (245.)

τοίνυν πληροῦνται τὰ νεῦρα γλίσχρων καὶ ψυχρῶν χυμῶν, οἷσπερ καὶ τρέφεται, ὥστε σπασμὸν ὑπομένειν. τούτοις οὖν ὁ πυρετὸς ἐπιγενόμενος εἴωθεν ὡς τὰ πολλὰ θερμαίνειν θ' ἅμα λεπτύνειν καὶ διαφορεῖν. εἰ δ' ἐκ πυρετῶν διακαῶν ξηρανθῇ τὸ ὅλον σῶμα καὶ τὰ νεῦρα, κἄπειτα διὰ τὴν ξηρότητα σπασθείη, μέγιστόν τε τοῦτο κακόν ἐστι καὶ σχεδὸν ἀνίατον. ἐπειδὴ χρόνου μὲν δεῖται μακροῦ τὰ νεῦρα πρὸς τὴν ξηρότητος ἴασιν οὐκ ἀναμένει δὲ χρόνον ἡ συντονία τοῦ νοσήματος, ἀλλ' ἐν τάχει καταλύει μὲν τὴν δύναμιν, ὀξὺν δὲ θάνατον ἐπιφέρει.

κζ'.

Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παρὰ λόγον. τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιουτέων ἐστὶν ἀβέβαια καὶ οὐ πάνυ τοι διαμένειν οὐδὲ χρονίζειν εἴωθεν.

Replentur autem nervi frigidis et glutinoſis humoribus, quibus etiam aluntur, unde convulſionem patiuntur. His igitur febris ſuperveniens plerumque et caleſacere et tenuare et diſcutere conſuevit. Verum ſi febribus ardentibus univerſum corpus et nervi exſiccentur, deinde ob ſiccitatem convellantur, tum id maximum ac propemodum immedicabile malum evadit, quoniam longum quidem temporis ad ſiccitatis curationem nervi poſtulant, morbi autem vehementia tempus non exſpectat, ſed vires ſtatim dejicit et citum affert interitum.

XXVII.

Non ſecundum rationem levantibus fidendum minime eſt, neque admodum metuendum mala quae praeter rationem oboriuntur. Eorum namque multa incerta ſunt, neque multum perdurare, neque diutius morari conſueverunt.

Ed. Chart. IX. [69. 70.] Ed. Baf. V. (245.)

Ὅλος μὲν ὁ λόγος ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐν τοῖς περὶ κρίσεων εἴρηται. νυνὶ δὲ ὅσον εἰς ἐξήγησιν προκειμένων ἱκανόν ἐστι λέγειν, λεχθήσεται. ὅταν εἰσβάλλῃ νόσημα σφοδρὸν, εἶτ' ἐξαίφνης ῥᾳστωνήσει, μήτε δι' ἱδρῶτος ἢ ἐμέτων ἢ διαχωρημάτων ἢ αἱμορῥαγίας κενωθέντος τοῦ σώματος, ἀλλὰ μηδὲ πέψεως φανέντων σημείων, ἄπιστον ἡγεῖται εἶναι τὴν τοιαύτην ῥᾳστώνην, ὥστ' εἰ καὶ δυσπνοήσειεν ἀλόγως ἢ παραφρονήσειεν ἢ πυρέξειεν σφοδρώτερον ἢ καὶ μεγάλῳ ῥίγει καταληφθείη. καὶ γὰρ καὶ ταῦτά ἐστιν ἀβέβαια καὶ τοσοῦτον δεῖ χαλεπόν τι σημαίνειν, ὥστ' ἐνίοτε κρίσιν ἀγαθὴν, ὅσον οὔπω γενησομένην καταγγέλλεται· ὅπως δὲ ταῦτα χρὴ διαγινώσκειν τε καὶ προγινώσκειν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων εἴρηται.

κή.

[70] *Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως τὸ διαμένειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα ἢ καὶ συντήκε-*

Omnis quidem oratio de his omnibus in libris de criſibus pronunciata eſt. Nunc vero quantum ad propoſitorum explicationem ſatis eſt a nobis dicetur. Quum morbus invadit vehemens, qui poſtea derepente remittat, non evacuato per ſudorem aut vomitum aut dejectiones aut ſanguinis profluvium corpore, imo nec apparentibus coctionis ſignis talem remiſſionem inſidum eſſe ſignum autumat Hippocrates, quemadmodum etiam ſi quis praeter rationem difficile ſpiraverit aut deliraverit aut vehementius febricitaverit aut magno rigore correptus fuerit; haec etenim incerta quoque ſunt tantumque abeſt, ut quid moleſtum ac periculoſum ſignificent, ut interdum bonam indicationem quam primum futuram enuntient. Quomodo vero haec et dignoſcere et praenoſcere oporteat in libris de criſibus enarratum eſt.

XXVIII.

Febricitantium non omnino leviter, idem permanere nihilque concedere corpus, aut etiam magis quam ratio po-

Ed. Chart. IX. [70.] Ed. Baſ. V. (245.)

σθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον μοχθηρόν· τὸ μὲν γὰρ μῆκος νούσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν.

Τὸ μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως διορισμοῦ χάριν ὁ Ἱπποκράτης προσέθηκε. εἰ γὰρ ἁπλῶς εἴρητο, τῶν πυρεσσόντων τὸ διαμένειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, μοχθηρὸν ὑπάρχειν, οὐκ ἂν ἦν ἀληθὴς ὁ λόγος. ἐγχωρεῖ γοῦν ἐν καταστάσει ψυχρᾷ διὰ πλῆθός τινα νοσοῦντα μὴ συμπίπτειν τὸ σῶμα, μηδ' ἰσχνοῦσθαι, μικρῶν γινομένων αὐτῶν τῶν πυρετῶν, ἀλλ' ὅταν γε μείζους ὦσι, πάμπολύ τι πλῆθος ἐνδείκνυται. τὸ δὲ συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον μοχθηρόν ἐστι καὶ χωρὶς τοῦ προστεθεικέναι, τὸ μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως. ἄν τε γὰρ ἐπιπολαίως πυρέττωσιν ἄν τε καὶ μή, σημεῖον ἀσθενείας ἐστὶν ἡ παράλογος ἰσχνότης. οὐ γὰρ δὴ τὸ λεγόμενον κυρίως συντήκεσθαι νῦν εἰρῆσθαι πρὸς αὐτοῦ νομιστέον ἐστὶν, ἀλλὰ καταχρῆσθαι μᾶλλον αὐτὸν τῷ ῥήματι ἀντὶ τοῦ ἰσχνοῦσθαι. κάλλιστα δ' εἶπεν

ſtulat colliqueſcere pravum. Illud enim morbi diuturnitatem, hoc vero imbecillitatem ſignificat.

Iſta verba *non omnino leviter* diſtinctionis gratia appoſuit Hippocrates. Si namque ſimpliciter dixiſſet: *febricitantium corpus permanere nihilque decedere pravum*, vera non fuiſſet ejus ſententia. Contingit enim frigido caeli ſtatu cuiquam ob plenitudinem aegrotanti corpus non concedere, neque extenuari, quum febris parva fuerit; ſed quum vehementior extiterit, multam ineſſe plenitudinem ſignificat. At magis quam ratio poſtulat colliqueſcere pravum eſt, etiamſi non adjiciatur, *non omnino leviter*. Sive enim leviter febricitent ſive non, ſignum eſt imbecillitatis facta praeter rationem macies vel extenuatio. Non enim certe quod proprie dicitur *συντήκεσθαι, colliqueſcere, ſeu contabeſcere et abſumi*, nunc ab ipſo acceptum eſſe exiſtimandum, ſed potius ipſum hoc verbo abuſum fuiſſe pro *ἰσχνοῦσθαι*, id eſt attenuari ac imminui.

Ed. Chart. IX. [70.] Ed. Baſ. V. (245. 246.)

ἐν τῷ δευτέρῳ μέρει τοῦ ἀφορισμοῦ τὸ μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, καὶ βέλτιον εἰρῆσθαι νομίζειν αὐτὸν κατὰ τοῦ προτέρου μέρους, ὥσθ' ὅλον τὸν λόγον γενέσθαι τοιοῦτον· τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως τὸ διαμένειν τὸ σῶμα καὶ συνιήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον μοχθηρόν. ἵν' ἀμφοῖν ᾖ κοινῇ κατηγορούμενον τὸ μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον. ἄν τε γὰρ διαμένωσι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, ἄν τε ἰσχνοὶ γίνονται μοχθηρόν. αὐτὸ δὲ τὸ μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον ἄμεινον μὲν ἦν εἰρῆσθαι πρὸς αὐτοῦ, τίσι κρίνεται σκοποῖς. ἐπεὶ δ' ἀφοριστικόν ἐστι τὸ τῆς διδασκαλίας εἶδος ἐνταῦθα καὶ κατὰ βραχυλογίαν ἄκραν γινόμενον, ἡμεῖς ἐξηγούμενοι τὸ κατὰ λόγον, ἀνοίσομεν εἰς τὸ μέγεθος τοῦ πυρετοῦ καὶ τὸν χρόνον τῆς νόσου καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν χώραν καὶ τὴν ὥραν καὶ τήν ποτε ὑπάρχουσαν κατάσιασιν, ἔτι τε τὰς αἰσθητὰς κενώσεις, ἀγρυπνίας τε καὶ φροντίδας καὶ ἀσιτίας καὶ κινήσεις πλείονας. οἱ μὲν γὰρ μεί- (246) *ζους τῶν πυρετῶν θᾶττόν τε καὶ μᾶλλον ἰσχνοὺς ἀποφαί-*

Perbelle autem in ſecunda aphoriſmi parte dixit, *magis quam ratio poſtulat*; meliusque dicendum eſt ipſum haec verba priori aphoriſmi parti connectere, ita ut ejus tota ſit ejusmodi oratio: Febricitantium non omnino leviter permanere corpus magis *quam ratio poſtulat*. Aut colliqueſcere magis quam ratio poſtulat malum; ut communiter de utroque praedicetur magis quam ratio poſtulat. Sive enim febricitantium corpora permaneant magis quam ratio poſtulat ſive extenuentur malum eſt. Praeſtiterit autem haec verba *magis quam ratio poſtulat* ab eo quibus ſcopis explicentur judicenturque aperiri. Verum quoniam hic aphoriſticum doctrinae genus eſt ſummaque dicendi brevitate circumſcriptum, nos haec verba, *quam ratio poſtulat*, explicantes ad febris magnitudinem, morbi tempus, aetatem, regionem, anni tempeſtatem, praeſentem caeli ſtatum, manifeſtas etiam vacuationes, vigilias, curas, inedias et plures tum animi tum corporis motus referemus. Majores ſiquidem febres tum celerius tum ma-

Ed. Chart. IX. [70. 71.] Ed. Baſ. V. (246.)

νουσι τοὺς κάμνοντας, ὥσπερ γε καὶ τὸ τῆς νόσου μῆκος καὶ ἡλικιῶν, ἥ τε τῶν παίδων καὶ ἡ τῶν ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ, καθ' ἕτερον ἑκάτερα λόγον. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν παίδων διά τε τὴν ὑγρότητα καὶ τὴν θερμασίαν πλεῖστον ἀπορρεῖ καὶ κενοῦνται σώματα, ἐπὶ δὲ τῶν ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ διὰ τὴν τῆς δυνάμεως ἀῤῥωστίαν. ὡρῶν δὲ καὶ χωρῶν καὶ κατακασιώσεων αἱ μὲν θερμαὶ καὶ [71] ξηραὶ μᾶλλον κενοῖσιν, αἱ δ' ὑγραὶ καὶ ψυχραὶ μᾶλλον σφίγγουσι τὸ σῶμα καὶ κωλύουσι διαπνεῖσθαί τε καὶ κενοῦσθαι. περὶ δὲ τῶν αἰσθητῶν κενώσεων τί δεῖ λέγειν; οὐδένα γὰρ ἀγνοεῖν οἶμαι περὶ τοῦ δι' αἱμορῥαγίαν ἢ δι' ἱδρῶτας πολλοὺς ἢ οὔρου πλῆθος ἢ ἐμέτων ἢ διαχωρημάτων, ὥστ' εἰκότως ἐν τάχει λεπτύνεσθαι. παράκειται δὲ τοῖς εἰρημένοις αἰτίοις καὶ ἡ ἀσιτία, καὶ μὲν δὴ καὶ ἀγρυπνία καὶ φροντὶς ἱκανῶς λεπτύνουσιν, ὥσπερ γε καὶ κινήσεις πλείονες· ἀλλ' αὗται μὲν ὀλιγάκις ἐπὶ τῶν πυρετῶν γίνονται, κατάκεινται γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ἡσυχάζοντες. συμβαίνει γε μὴν ἔστιν ὅτε καὶ καθ'

gis aegrotantes macilentos efficiunt, quemadmodum et morbi diuturnitas et aetas, tum puerorum, tum ultimam ſenectutem degentium, altera ac diverſa ambae ratione. In pueris enim propter et humiditatem et caliditatem plurimum effluunt et exhauriuntur corpora; in ſumma vero ſenectute propter virium imbecillitatem. Ex anni autem tempeſtatibus et regionibus et conſtitutionibus calida quidem ac ſicca magis evacuant et extenuant, humidae vero ac frigidae magis conſtringunt ac difficari extenuarique corpora prohibent. De manifeſtis ac ſub ſenſum cadentibus vacuationibus quid dicendum eſt? Neminem enim ignorare arbitror ſanguinis profluvio aut ſudorum copia aut urinarum multitudine aut vomitionibus aut dejectionibus, vix ratione corpora quam primum extenuari. Dictis autem cauſis accedit et inedia atque etiam vigiliae et curae, quae corpus exſiccant, quemadmodum et plures quoque motus, ſed hi in febribus raro fiunt; aegri namque quieſcentes plerumque jacent. Verum tamen accidit inter-

Ed. Chart. IX. [71.] Ed. Baf. V. (246.)

ὁδοιπορίαν ἀρξαμένου τἀνθρώπου πυρέττειν, ἤτοι δι' ἀνάγκην ἢ διὰ τὸ σπεύδειν οἴκαδε καταλύσαντες αὐτὴν καταλύσασθαι, ἀλλὰ καὶ διὰ παραφροσύνην ἀνιστάμενοι συνεχῶς ἔνιοι τῶν νοσούντων ἢ κατακείμενοι μὲν, ἀεὶ δὲ κινοῦντές τι μόριον ἢ καὶ φθεγγόμενοί τι κατὰ λόγον, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἰσχνοὶ γίνονται. ταυτὶ μὲν οὖν ἅπαντα τοὺς κάμνοντας ἰσχνοὺς ἐργάζεται, καθάπερ γε τἀναντία τούτων ἐν ὄγκῳ μείζονι τὸ σῶμα φυλάττει. σημεῖον δὲ οὐδέν ἐστιν αὐτῶν ἀσθενοῦς δυνάμεως, ἀλλὰ μόνον αἴτιον ἕκαστον. ἐπ' αὐτῶν γὰρ ὥσπερ τὸ σῶμα λεπτύνεται κατὰ λόγον, οὕτω καὶ ἡ δύναμις καθαιρεῖται. τὸ δ' ἄνευ τῶν εἰρημένων λεπτύνεσθαι τὸ σῶμα παρὰ λόγον ἀσθενοῦς δυνάμεως εἶναί φησι σημεῖον ὁ Ἱπποκράτης, ἤντινα καὶ τῶν πάνυ γερόντων αἰτιώμενοι ταχέως αὐτῶν ἐφάσκομεν ἰσχνοῦσθαι τὸ σῶμα καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, ἐπὶ τῶν οὕτως ἐχόντων τὴν μὲν ἀσθένειαν αἰτίαν γίνεσθαι τῆς ἰσχνότητος, τὴν δ' ἰσχνότητα τῆς ἀσθενείας σημεῖον. οὕτως ἐπὶ πάντων ἔχει τῶν

dum etiam nonnullos homines in itinere conficiendo quum febricitare coeperint vel urgente neceſſitate vel domum ſtudio revertendi, in ea commorentur; ſed et ob delirium aegrotantium nonnullos aſſidue exſurgentes aut decumbentes quidem, ſed perpetuo partem aliquam moventes aut etiam quidquam a ratione alienum proferentes, paucis diebus extenuari. Haec igitur omnia aegrotos macilentos reddunt, ut et his contraria corpus majore in mole tuentur. Ipſorum autem nullum virium imbecillium ſignum eſt, ſed quodque cauſa tantum exiſtit. Nam quemadmodum in iis corpus ratione extenuatur, ſic et vires evertuntur. Absque his autem commemoratis corpus praeter rationem extenuari imbecillitatis virium ſignum eſſe pronunciat Hippocrates, quam et in valde ſenibus cauſam ſtatuentes, ipſorum corpus cito emaciari dicebamus. Nihilque mirum eſt ita ſe habentium imbecillitatem quidem extenuationis cauſam eſſe, extenuationem vero ſignum imbecillitatis. Sic enim in omnibus ſe res habet tum

Ed. Chart. IX. [71.] Ed. Baſ. V. (246.)

ποιούντων καὶ ποιουμένων. αὕτη μὲν ἡ τοῦ Ἱπποκράτους γνώμη διὰ παντὸς ἡγουμένου τὴν παρὰ λόγον ἰσχνότητα σημεῖον ἀσθενείας ὑπάρχειν. ἡμεῖς δὲ προσθῶμεν αὐτοῦ τῷ λόγῳ καὶ ἄλλην διάθεσιν, ὡς αἰτίαν ἰσχνότητος ἐν πυρετοῖς γινομένην. ἔστι δ' αὕτη λεπτύτης μὲν τῶν χυμῶν, ἀραιότης δὲ τοῦ σώματος. ὅταν γὰρ ἄμφω ταῦτα συνέλθῃ, τάχιστα κενοῦται τὰ σώματα κατὰ τὴν ἄδηλον καλουμένην διαπνοήν, ὥσπερ γε κἀπὶ τῆς ἐναντίας τῷ πάχει τῶν χυμῶν καὶ τῇ πυκνώσει τοῦ σώματος, οὔθ' ἡ κένωσις γίνεται τῶν χυμῶν καὶ τὸ διαμένειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸν ὄγκον αὐτοῦ τηνικαῦτα συμβαίνει. ταύτην μὲν οὖν τὴν διάθεσιν ἐδήλωσεν ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τοῦ ἀφορισμοῦ διὰ τοῦ φάναι μῆκος νόσου σημαίνεσθαι. τὴν δ' ἀντικειμένην αὐτῷ παρέλειπεν· ἀλλ' ἡμεῖς μέν γε κἀκείνην προσθέντες ὁλόκληρον ἤδη τὸν λόγον εἴπωμεν, εἰς ὅσον οἷόν τε διὰ βραχέων τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως, τὸ διαμένειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα ἢ καὶ συνιήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον μοχθηρόν. τὸ μὲν

cauſis efficientibus tum effectibus. Haec ipſa quidem eſt Hippocratis ſententia, ſemper autumantis factam absque ratione extenuationem imbecillitatis ſignum eſſe. Nos vero adjiciamus ejus orationi et aliam affectionem tanquam cauſam extenuationis in febribus obortam. Eſt autem haec humorum quidem tenuitas, corporis vero raritas. His enim duobus concurrentibus, celerrime corpora per occultam vocatam perſpirationem vacuantur extenuanturque, quemadmodum in contrario affectu, humorum craſſitie et corporis denſitate, neque fit humorum vacuatio et idem permanere corpus, nihilque de ipſius mole decidere contingit. Hunc itaque affectum in ultima aphoriſmi parte his verbis Hippocrates declaravit: *morbi diuturnitatem ſignificare.* Oppoſitum autem huic affectum praetermiſit, quem nos ſi addiderimus, jam integram orationem quam fieri poteſt, pauciſſimis verbis proferemus: *febricitantium non omnino leviter idem permanere corpus nihilque decidere aut etiam magis quam ratio poſtulat col-*

Ed. Chart. IX. [71. 72.] Ed. Baf. V. (246.)

γὰρ ἐπιμένειν ἐπὶ τῇ πυκνώσει τοῦ δέρματος γίνεται καὶ τῷ πάχει χυμῶν καὶ διὰ τοῦτο μῆκος νόσου σημαίνει, τὸ δὲ συνιήκεσθαι ποτὲ μὲν διὰ λεπτότητα χυμῶν καὶ μανότητα τοῦ δέρματος, ἔστι δ' ὅτε καὶ διὰ μόνην ἀσθένειαν δυνάμεως.

κθ'.

[72] Ἀρχομένων τῶν νούσων ἤν τι δοκέῃ κινεῖν, κίνει. ἀκμαζουσῶν δὲ ἡσυχίην ἄγειν βέλτιόν ἐστι.

Διὰ τί τοῦτο συνεβούλευσεν ὁ Ἱπποκράτης ἐδήλωσε κατὰ τὸν ἑξῆς ἀφορισμὸν, ὃν ἐὰν συνάψῃ τις τῷ προειρημένῳ, τὸν ὅλον λόγον ποιήσει τοιοῦτον. ἀρχομένων τῶν νούσων ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει. ἀκμαζουσῶν δὲ ἡσυχίαν ἔχειν βέλτιόν ἐστι. περὶ γὰρ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστερα, περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότερα. προσθεῖναι δ' αὐτῷ χρὴ πάντα τὰ συμπτώματα· περὶ γὰρ τούτων

liqueſcere malum. Nam idem permanere tum ob cutis denſitatem, tum ob humorum craſſitudinem accidit, propterea et morbi longitudo ſignificatur. Colliqueſcere vero nonnunquam ob humorum tenuitatem et cutis raritatem contingit. Contingit autem interdum ob ſolam virium imbecillitatem.

XXIX.

Incipientibus morbis, ſi quid movendum videatur, move; vigentibus autem quietem agere praeſtat.

Cur hoc conſulat Hippocrates, ſequenti indicat aphoriſmo, quem ſi quis praedicto copulaverit, totam ejusmodi orationem efficiet: *incipientibus morbis, ſi quid movendum videatur, move; vigentibus autem quietem agere praeſtat. Nam circa principia ac fines omnia imbecilliora ſunt, circa vigores autem vehementiora.* At huic dictioni, *omnia*, ſymptomata addere oportet; de his enim vocem

Ed. Chart. IX. [72.] Ed. Bas. V. (246.)

εἴρηκε τὸ πάντα· ὡς ἥ γε διάθεσις ἡ ταῦτα γεννῶσα, ἣν δὴ καὶ νόσον ὀνομάζομεν, οὐκ ἐξ ἁπάντος ἐν ταῖς ἀκμαῖς ἐστιν ἰσχυροτέρα, ἀλλ' ἐπί γε τῶν σωθήσεσθαι μελλόντων πολλῷ βελτίων ἢ ἐν ἀρχῇ τοῦ νοσήματος, ἐφ' ὧν καὶ συμβουλεύει νῦν Ἱπποκράτης, ἡσυχίαν ἔχειν ἀρχομένων τῶν νούσων, ἤν τε δοκέῃ κινοῦντας. τῶν γὰρ ὀλεθρίων νοσημάτων οὐ μόνον ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς οὐδὲν δεῖ κινεῖν, ἀλλὰ κἀν τοῖς ἔμπροσθεν ταύτης καιροῖς μεμνημένον, ἃς οὐ χρὴ κεκρατημένοις ἐγχειρεῖν, ἀλλ' ἀφίστασθαι δηλονότι προσαγορεύσαντα μόνον ἐς ὅ τι τελευτήσει τὸ νόσημα. κατὰ δὲ τὰς ἀρχὰς ἐκείνων τῶν νοσημάτων, ἐν οἷς ἐλπίζει σωθήσεσθαι τὸν κάμνοντα, πειρᾶσθαι χρὴ τὰ μείζω βοηθήματα προσφέρειν, ὑπὲρ ὧν εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης, ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει. ἔστι δὲ ταῦτα μὲν μάλιστα φλεβοτομία, ἐνίοτε δὲ καὶ ἡ κάθαρσις, ὧν οὐδέτερον ἐν τῇ ἀκμῇ χρὴ παραλαμβάνειν. ὡς γὰρ ἐν τῷ περὶ κρίσεων ἐδείξαμεν, αἱ πέψεις τῶν νοσημάτων τηνικαῦτα γίνονται μάλιστα. πρὸς

omnia pronunciavit. Affectus ſiquidem qui haec ſymptomata procreat, quem et morbum nominamus, non omnino in vigoribus eſt vehementior, verum in ſoſpitibus evaſuris multo melior, quam in morbi principio, in quibus etiam Hippocrates quietem agere nunc conſulit nobis in morborum principiis, ſi quid videntur, moventibus: non enim ſolum prope exitialium morborum vigorem, ſed nec aliis etiam temporibus ipſum vigorem praecedentibus quidquam nos movere oportet, memores deploratorum curationem ſuſcipiendum non eſſe, ſed ab iis pronunciato tantum morbi exitu diſcedendum. Per initia vero illorum morborum, in quibus ſit ſpes aegrotum convaliturum, tentandum eſt majora adhibere remedia, de quibus Hippocrates pronunciavit, *ſi quid videatur movendum, move.* Sunt autem haec quidem maxime venae ſectio, nonnunquam vero et purgatio, quorum neutrum in vigore venit uſurpandum. Nam ut in opere de criſibus oſtendimus, tunc temporis maxime fiunt morborum coctiones. Quo

Ed. Chart. IX. [72. 73.] Ed. Baſ. V. (246.)

μὲν οὖν τὸ γίνεσθαι θᾶττον αὐτὰς ἄμεινον ἐν ἀρχῇ κενοῦν ὅπως ἐλάττονα τὴν ὕλην γινομένην ῥᾷον ἡ φύσις δυνηθῇ πέψαι, κατὰ δὲ τὰς ἀκμὰς, ὁπότ' ἤδη πέττει, περιττὸν τὸ κενοῦν, διὰ τά τ' ἄλλα καὶ τῆς ψυχικῆς δυνάμεως κεκμηκυίας τοὐπίπαν ἐν ταῖς ἀκμαῖς, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἡ ζωτική τε καὶ φυσικὴ δύναμις ἰσχυραὶ διαμένοιεν.

λ'.

[73] *Περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστερα, περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότερα.*

Τὰ συμπτώματα πάντα περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη φησὶν ὑπάρχειν ἀσθενέστερα, τοὺς παροξυσμοὺς δηλονότι τῶν πυρετῶν καὶ τὰς ἀγρυπνίας καὶ τὰ ἀλγήματα καὶ τὴν ἄσην καὶ τὸ δίψος, ὡς τάς γε διαθέσεις αὐτὰς, ἐφ' αἷς ταῦτα γίνεται κατὰ τὰς ἀκμὰς ἀναγκαῖον εἶναι βελτίους ἐπὶ τῶν σωθήσεσθαι μελλόντων.

---

igitur hae celerius fiant, in principiis vacuare praeſtat, quo parciorem factam materiam facilius natura poſſit concoquere. At in vigore, quo tempore jam natura concoquit, vacuare ſupervacaneum fuerit, cum propter alia, tum quia facultas animalis omnino per vigorem fatigata laborat, licet quam maxime eo tempore facultas tum vitalis tum naturalis fortes permaneant.

XXX.

Circa morborum principia ac fines omnia imbecilliora; at circa vigores vehementiora ſunt.

Symptomata omnia circa principia ac fines ait eſſe imbecilliora, febrium nimirum acceſſiones aut exacerbationes, vigilias, dolores, jactationes et ſitim, ut et ipſos affectus in quibus haec per vigores fiunt, neceſſe eſt eſſe meliores in iis qui ſalvi ac ſani evaſuri ſunt.

Ed. Chart. IX. [73.] Ed. Baſ. V. (246.)

λα'.

Τῷ ἐξ ἀῤῥωστίης εὐσιτέοντι μηδεν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα μοχθηρόν.

Ἔδει καὶ τοῦτον τὸν ἀφορισμὸν καὶ τὸν ἑξῆς αὐτοῦ γεγραμμένον ἐξεῦχθαι τοῖς ἀνωτέρω γεγραμμένοις, ἡνίκα ἔλεγεν ἢν ἐκ νόσου τροφὴν λαμβάνων τις μὴ ἰσχύῃ. κατ' ἐκεῖνον μὲν οὖν τὸν ἀφορισμὸν ἀντὶ τῆς νῦν εἰρημένης λέξεως τῆς εὐσιτέοντι τροφὴν λαμβάνειν εἰπὼν, ἐδίδαξέ τι περὶ συμπτώματος τοῦ μὴ ἰσχύειν. ἐνταυθοῖ δὲ τὸ μὲν λαμβάνειν τὰ σιτία τὸ κοινὸν ἀμφοῖν ἐφύλαξε, τὸ σύμπτωμα δ' ὑπήλλαξεν, ἀνάλογον ἐκείνῳ τι γράψας. τὸ γὰρ μηδὲν ἰσχύειν τῷ μηδὲν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα παραπλήσιόν πώς ἐστιν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῆς δυνάμεως τῆς διοικούσης τὸ σῶμα· τοῦτο δ' αὐτοῦ τοῦ σώματός ἐστι πάθημα καὶ γίνεται δηλονότι τὸ μηδὲν εἰς εὐτροφίαν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα,

XXXI.

A morbo belle epulanti nihil proficere corpus malum.

Oportebat et hunc aphoriſmum et ſubſcriptum ipſius comitem ſuperioribus editis copulari, ubi dicebat: *ſi quis a morbo cibum aſſumens vires non recipiat.* In illo enim aphoriſmo pro nunc enunciata dictione: *εὐσιτέοντι belle epulanti, τροφὴν λαμβάνειν, cibum aſſumere,* dicens, aliquid de ſymptomate docuit, quod eſt vires non recipere ſeu non roborari. Hic vero illud cibos aſſumere, utrisque commune ſervavit, ſed ſymptomata nonnihil immutavit, ſcripto quodam illi conſimili. Nam illa oratio, vires non recipere, huic nihil proficere corpus, quodammodo eſt conſimilis. Illa ſiquidem facultatis corpus moderantis, haec autem ipſius corporis affectio eſt. Atque profecto nihil in euphoriam probamve ſui nutricationem corpus, proficere interdum quidem ob facultatis ipſum nutrientis im-

Ed. Chart. IX. [73. 74.] Ed. Baf. V. (246. 247.)

ποτὲ μὲν διὰ τὴν τῆς τρεφούσης αὐτὸ δυνάμεως ἀῤῥωστίαν, ἔστι δ' ὅτε καὶ διὰ μοχθηρῶν χυμῶν περιουσίαν.

λβ'.

[74] (247) *Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχοντες κατ' ἀρχὰς μὲν εὐσιτέοντες καὶ μηδὲν ἐπιδιδόντες, πρὸς τῷ τέλει πάλιν ἀσιτέουσιν. οἱ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀσιτέοντες ἰσχυρῶς, ὕστερον δὲ εὐσιτέοντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσιν.*

Ἔοικεν ἔτι καὶ οὗτος ὁ ἀφορισμὸς εἰρῆσθαι παρὰ τῶν ἀνακομιζομένων ἐκ νόσου. τὸ γὰρ μηδὲν ἐπιδιδόναι κατὰ τούτων εἰώθασι λέγειν οἵ τ' ἄλλοι καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης. ἐὰν οὖν τις εὐσιτῶν ἐν ἀρχῇ μὴ ἀναιρέφηται, δι' ἣν αἰτίαν τοῦτο πάσχει, διὰ ταύτην αὖθις ἔσται κακόσιτος. αἰτία δ' ἐστὶ τοῦ κατ' ἀρχὰς εὐσιτοῦντος μηδὲν ἐπιδιδόναι μοχθηρία μὲν ὅλου τοῦ σώματος, εὐρωστία δὲ τῶν

becillitatem, interdum etiam ob pravorum humorum redundantiam accidit.

XXXII.

Qui male ſe habentes per initia quidem laute epulantur, neque quidquam proficiunt, ii rurſus plerumque omnes in aſſitiam incidunt; qui vero per initia quidem vehementer cibum faſtidiunt, poſtea vero laute epulantur, melius convaleſcunt.

Hic etiamnum aphoriſmus de convaleſcentibus ex morbo dici videtur. Nihil namque proficere de his loqui conſueverunt cum alii, tum ipſe Hippocrates. Si quis igitur in principio laute epulatus non reficiatur, qua cauſa id accidat, eadem poſtea cibum male appetet. Cauſa vero qua per initia laute cibatus nihil proficiat, totius corporis eſt pravitas ſeu vitium et partium appetentium robur. Ve-

Ed. Chart. IX. [74.] Ed. Baſ. V. (247.)

ὀρεκτῶν μορίων. ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ διὰ τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς αὐξηθείσης τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μοχθηρίας βλαβήσεταί τι καὶ τὸ τῆς ὀρέξεως ὄργανον, ὥστ' ἀνορέκτους γενέσθαι τοὺς πρότερον ὀρεγομένους. καλῶς οὖν εὐσιτέοντας ὠνόμασεν. εἰρήκει δὲ κἀν τοῖς ἔμπροσθεν ἀφορισμοῖς αὐτὸ τοῦτο κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντι γίγνηται, εἰδέναι ὅτι κενώσεως δεῖται. τοὺς μέντοι κατ' ἀρχὰς μὲν ἀποσίτους ἰσχυρῶς γενηθέντας, ὡς παντάπασιν ὀλίγον λαμβάνειν, ὕστερον δ' εἰς τοὐναντίον μεταβάντας ἄμεινον ἀπαλλάττειν φησί. συμβαίνει δὲ τοῦτο εἰς τοὐναντίον πεψάσης τῆς φύσεως ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, καθ' ὃν ἂν ἐνδεῶς διητῶντο τὴν αἰτίαν τῆς ἀποσιτίας διάθεσιν.

λγ'.

Ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐρρῶσθαι τὴν διάνοιαν καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς ἀγαθὸν, τὸ δ' ἐναντίον κακόν.

---

rum proceſſu temporis ob alimentorum copiam aucto in toto corpore vitio ipſum etiam appetentiae inſtrumentum nonnihil oblaedetur, quare inappetentes fient qui prius cibos appetebant, quos prius appetentes nominavit. Hoc autem ipſum in praecedentibus aphoriſmis hoc modo pronunciaverat. Quod ſi cibum non aſſumenti iſtud contingat, eum vacuatione indigere ſciendum eſt. Qui vero per initia tam vehementer cibos averſantur, ut paucum omnino aſſumant, poſtea vero in contrarium acti appetant, eos in melius permutari ac convaleſcere profert. Ejusmodi autem in contrarium facta eſt mutatio, quum natura quo tempore parce ac tenuiter vivebant, affectionem inappetentiae cauſam concoxit.

XXXIII.

In omni morbo mente conſtare ac bene ad ea quae offeruntur ſe habere, bonum; contrarium vero malum.

Ed. Chart. IX. [74. 75.] Ed. Baf. V. (247.)

Οὔθ' ὅταν ἀγαθόν τι εἴπῃ τῶν κατὰ τὸ σῶμα, πάντως ἡγητέον ἐπ' αὐτῷ σωθήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον, οὔθ' ὅταν κακόν, τεθνήξεσθαι πάντως. καὶ [75] γὰρ ἀγαθὸν σημεῖον ὑπὸ μείζονος κακοῦ νικηθῆναι δυνατόν καὶ κακὸν ὑπὸ μείζονος ἀγαθοῦ. κατὰ τὰς τοιαύτας οὖν ἀποφάσεις ἀκουστέον ἐστὶν ἐκείνων μόνου τοῦ λεγομένου. λέγεται δ' ὅτι σημεῖον ἀγαθόν ἐστιν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ τόδε τι, κἄτα σημεῖον κακόν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ τόδε τι, περὶ δὲ σωθήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἢ τεθνήξεσθαι, πάντων τῶν σημείων τὰς δυνάμεις ἐκλογισαμένων οὕτω χρὴ ποιεῖσθαι τὴν ἀπόφασιν. ὡς καὶ τῷ προγνωστικῷ συνεβούλευσεν αὐτός. οὕτως οὖν καὶ νῦν τό τ' ἐρρῶσθαι τὴν διάνοιαν καὶ τὸ τὴν ὄρεξιν διαμένειν ἀγαθὰ σημεῖα κατὰ πάσας τὰς νόσους. ἔνια γὰρ οὐκ ἐν ἁπάσαις ἐστὶν ἀγαθά, καθάπερ καὶ αὐτὸς εἴωθεν ἐπισημαίνεσθαι λέγων, εὔπνοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν ἐς σωτηρίην, ἐν πᾶσι τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν. ὅτι δὲ τὸ τὴν διάνοιαν ἐρρῶσθαι σημεῖον ἀγαθόν ἐστιν ἐντεῦθεν γνώσῃ. τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλόν τε

Neque quum bonum quoddam dixerit eorum quae ad corpus ſpectant, hominem propterea ſalvum prorſus evaſurum augurandum eſt, neque quum malum, protinus interiturum. Etenim bonum ſignum a majore malo vinci poteſt et malum a majore bono. Quare ejusmodi nunciationes de eo ſolo quod dicitur intelligendae ſunt. Hoc autem dicitur, quantum in ſe eſt, bonum ſignum eſſe, illud vero, quantum in ſe eſt, malum ſignum eſſe. De hominis autem ſalute aut morte, perpenſis omnibus ſignorum viribus, pronunciatio ita ferenda eſt, quemadmodum et ipſe in prognoſtico conſulebat. Sic ſane et nunc mentem conſtare et appetentiam permanere, bona ſigna in omnibus morbis ſtatuit. Quaedam enim non in omnibus morbis bona ſunt, ut ipſe nobis his verbis ſignificare conſuevit: *in morbis acutis ſpirandi facilitatem permagnam ad ſalutem vim habere credendum.* Quod autem mente conſtare bonum ſit ſignum hinc cognoſces. Cerebrum

Ed. Chart. IX. [75.] Ed. Bas. V. (247.)

καὶ τοὺς μήνιγγας, ἔτι δὲ νωτιαῖον μυελὸν καὶ διάφραγμα καὶ ὅλως τὰ νευρώδη μόρια καὶ μάλισθ' ὅσα πλησίον ἐγκεφάλου ἐστὶ, πάντως ὑγιεινὰ σημαίνεται τῆς διανοίας ἐρρωμένης. ὥσπερ γε καὶ τὰ κατὰ γαστέρα τε καὶ ἦπαρ αὐτήν τε τὴν καρδίαν, ὅταν ἕτοιμοι πρὸς τὰς τῶν σιτίων ὧσι προσφοράς. πάντων δὲ τούτων ἐρρωμένων οὐ μικρὰ τῷ κάμνοντι τῆς σωτηρίας ἐλπίς.

λδ'.

Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν, οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος καὶ τῆς ἡλικίης καὶ τῆς ἕξιος καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ἢ μᾶλλον ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκειότατά τι τουτέων.

Τῆς φύσεως πολλαχῶς λεγομένης ἀκουστέον νῦν ἐστιν αὐτῆς κατ' ἐκεῖνο τὸ σημαινόμενον, ᾧ κέχρηται αὐτὸς, ἐν ἑτέροις πολλοῖς καὶ καθ' ὅλον γε τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου βιβλίον, ἐν ᾧ τὴν ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων κρᾶσιν ὀνο-

ipſumque inveſtientes meningas dorſique medullam et ſeptum transverſum, partes denique nervoſas ac maxime cerebro viciniores prorſus ſanas eſſe teſtatur mentis conſtantia, quemadmodum et partes ad ventrem et jecur et cor ipſum attinentes aegri, quum ad cibos oblatos promti feruntur. His autem omnibus ſanis ac robuſtis non parva ſalutis ſpes laborantibus conceditur.

XXXIV.

In morbis parcius periclitantur, quorum naturae, aetati, habitui et anni tempeſtati morbus conſentaneus ac proprius fuerit, quam quibus in horum aliquo minime cognatus ſit.

Quum natura multis modis dicatur, in eo nunc ſignificatu accipienda eſt, quo ſaepe cum multis aliis in locis tum in toto de natura hominis libro uſus eſt, in quo ortum ex primis elementis temperamentum naturam no-

Ed. Chart. IX. [75. 76.] Ed. Baſ. V. (247.)

μάζει φύσιν, ὡς εἰ καὶ οὕτως ἔφη, ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷς ἂν οἰκεία τῆς πρώτης τοῦ σώματος κράσεως καὶ τῆς νῦν διὰ τὴν ἡλικίαν ἢ τὴν ἕξιν ἢ τὴν ὥραν προσγεγενημένης ἡ νόσος ἢ μᾶλλον, ἢ οἷς ἂν μὴ οἰκεία κατά τι τούτων ᾖ. τῇ μὲν γὰρ θερμῇ φύσει καὶ ἡλικίᾳ καὶ ἕξει καὶ ὥρᾳ δηλονότι καὶ καταστάσει καὶ χώρᾳ τὰ θερμότερα τῶν νοσημάτων ἐστὶν οἰκεῖα, ταῖς δὲ ψυχροτέραις τὰ ψυχρότερα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ταῖς μὲν ξηρότεραις τὰ ξηρότερα, ταῖς δ' ὑγροτέραις τὰ ὑγρότερα. τὸ δ' ἐναντίον ὑπὸ Διοκλέους εἴρηται καὶ τῷ περὶ ἑβδομάδων, ὑπολαβόντων, ὡς εἴρηται, τῶν γραψάντων ἀνδρῶν αὐτά, παροξύνεσθαι μὲν ὑπὸ τῶν ὁμοίων τὰ νο- [76] σήματα, λύεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων, ἐπειδὴ καὶ πρὸς αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους εἴρηται, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα. νομίζουσιν οὖν ἐν χειμῶνι συστάντα καῦσον εὐϊατότερον εἶναι τοῦ καὶ τὸ θέρος, οὐκέτ' ἐννοοῦντες ὡς ἐπὶ μεγίστῃ διαθέσει γίνεται καῦσος ἐν χειμῶνι, μηδὲ γὰρ ἂν συστῆσαι τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἑτέρως, εἰ μὴ διὰ τὴν τῆς αἰτίας

minat; ac ſi ita diceret, in morbis ii minus periclitantur, quibus primario corporis temperamento aut praeſenti ab aetate aut habitu aut anni tempeſtate oborto magis familiaris eſt morbus quam quibus horum nulli affinis congruit. Calidae namque naturae et aetati et habitui et anni tempeſtati et coeli conſtitutioni et regioni morbi calidiores ſunt familiares; frigidioribus vero frigidiores; eadem ratione et ſiccioribus ſicciores et humidioribus humidiores. Contrarium autem a Diocle dictum eſt. Item libro de ſeptimanis, conjicientibus, ut narratur, viris rerum ipſarum auctoribus et ſimilibus quidem morbos exacerbari; ſolvi vero a contrariis, quoniam et ab ipſo Hippocrate pronunciatum eſt, *contraria contrariorum eſſe remedia.* Cauſum igitur hieme contractum curatu faciliorem eſſe autumant; non utique mente concipientes ab affectione maxima cauſum hieme fieri; neque enim ipſe aliter initio contractus fuiſſet, niſi hiemalis tempeſtatis

Ed. Chart. IX. [76.] Ed. Baſ. V. (247.)

ἰσχὺν ἐνίκησε τὴν ἐκ τῆς ὥρας ἐναντίωσιν. ὁπότ' οὖν οὐ κατέσχεν ἡ ὥρα τὸ μέγεθος τῆς αἰτίας, καίτοι βοηθὸν ἔχουσα τὴν ὑγίειαν, ἢ πού γ' ἂν ἐν τῇ νόσῳ κινήσειεν αὐτὴν, μηδὲ τῆς ὑγιεινῆς ἰσχύος ἔτι παρούσης. ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῆς τῆς πείρας ἐναργῶς φαίνεται τοῦτο. τῶν γὰρ ἴσων τὸ μέγεθος καυσων ὀλεθριώτερός ἐστιν ὁ ἐν χειμῶνι συνιστάμενος, ὅταν γε συστῇ μὲν ἐν θερμοτέρᾳ κατασιάσει, μεταβολὴ δ' ἐξαιφνίδιος εἰς ψυχρότερα γένηται, μεγάλως ὁ τοιοῦτος καῦσος ὑπὸ τῆς τοῦ περιέχοντος ὀνίναται ψύξεως, ἀμφοτέρων αὐτῷ γινομένων ἀγαθῶν. τῆς μὲν προτέρας κατασιάσεως, ἐν ᾗ τὴν γένεσιν ἔσχεν ὡς σημείου, τῆς δ' ἑτέρας ἐν ᾗ τὴν λύσιν, ὡς αἰτίου. ταῦτ' οὖν ἅπαντα μαρτυρεῖ μᾶλλον καὶ οὐ μάχεται τῇ κατὰ τὸν ἀφορισμὸν γνώμῃ. καθάπερ οὐδὲ τὸ βράγχους καὶ κορύζας τοῖς σφόδρα πρεσβυτέροις μὴ πεπαίνεσθαι, καίτοι γε οἰκεῖα παθήματα τῆς τῶν γερόντων ἡλικίας ὄντα. πρῶτον μὲν γὰρ οὐ ταυτόν ἐστι τῷ μὴ πεπαίνεσθαι τὸ κινδυνώδες ὑπάρχειν. εἶτα

contrarietatem cauſae vehementia ſuperaſſet. Quum igitur anni tempeſtas cauſae magnitudinem prohibere ac reprimere non potuerit, adjutricem licet ſanitatem haberet, multo minus ipſam in morbo ſuperaverit, quod non amplius ſit integrum ſanitatis robur. Sed id quoque ipſa experientia perſpicue proditur. Nam duorum cauſorum magnitudine parium qui hieme ortum habet pernicioſior exiſtit. Calidior enim e coeli ſtatu ſi ſit genitus et repentina fiat in frigidiorem ſtatum mutatio, ejusmodi cauſus a circumſtantis aëris frigore magnopere juvatur, utroque ipſi auxiliante ſtatu; priore quidem ſtatu, in quo ortum habuit, ut ſigno; poſteriore vero, in quo ſolutionem, ut cauſa. Haec igitur omnia aphoriſmum magis probare quam cum ejus ſententia pugnare videntur. Quemadmodum neque illud: *raucedines et gravedines in valde ſenibus concoctionem non admittere*; etiamſi ſenili aetati proprii ac familiares ſint affectus. Primum etenim non idem eſt coctionem non admittere et periculoſum eſſe.

Ed. Chart. IX. [76.] Ed. Baſ. V. (247.)

καὶ τὸ μηδ᾽ ἁπλῶς εἰρῆσθαι τοὺς πρεσβυτέρους, ἀλλὰ μετὰ τοῦ σφόδρα, πάντα γὰρ ἐκείνοις ἐστὶ κινδυνώδη διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως. οὐ μὴν οὐδὲ τὸ κατὰ τὸ πρῶτον τῶν ἐπιδημιῶν γεγραμμένον, καὶ μάλιστα ἔθνησκον οἷς ἔρρεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες, ἐναντιοῦται τοῖς εἰρημένοις. οὐ γὰρ τὴν ἐκ τῶν στοιχείων κρᾶσιν εἴρηκε νῦν, ἀλλὰ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν. ἔστιν ὅτε γὰρ ὀνομάζουσι φύσιν καὶ ταύτην. καὶ ὥσπερ ἀληθές ἐστι τὴν θερμὴν κρᾶσιν ἧττον ἐν τοῖς θερμοῖς κινδυνεύειν νοσήμασιν, οὕτως καὶ τοὺς στενοθώρακας οὐ μόνον μᾶλλον ἁλίσκεσθαι ὑπὸ φθίσεως, ἀλλὰ καὶ κινδυνεύειν ἁλόντας. ἔνιοι μέντοι τῶν ἐξηγησαμένων τοὺς ἀφορισμοὺς, ὑπὸ τῶν τοιούτων πιθανῶν ἀπατηθέντες, οἰκεῖον νόσημά τι τῇ τοῦ κάμνοντος φύσει τὸ κατὰ τὴν κρᾶσιν ἐναντίον ἔφασαν, ὡς εἰ καὶ ἐπιτήδειον εἴρηται, πάμπολυ καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας καὶ τῆς Ἱπποκράτους γνώμης ἁμαρτάνοντες, ὡς δέδεικται.

Deinde quod non abſolute ſenes, ſed addita particula, *valde*, dixerit: illis enim omnia ob virium imbecillitatem periculoſa ſunt. Sed neque illud ſupra dictis adverſatur, quod primo epidemiorum ſcriptum eſt: *et maxime moriebantur quibus ad tabem natura propendebat.* Non enim tum quod ex elementis conflatur temperamentum, ſed corporis ideam formamve intellexit; ſiquidem hanc etiam interdum naturam nominavit. Et quemadmodum verum eſt qui calido ſunt temperamento, eos calidis morbis minus periclitari, ſic etiam qui anguſto ſunt pectore, eos ſtenothoracas non ſolum promtius corripi, ſed correptos magis etiam periclitari. Nonnulli tamen eorum qui aphoriſmos explanarunt, ejusmodi probabilibus decepti familiarum aegrotantis naturae morbum dixerunt, qui ſit temperamento contrarius, ac ſi idoneus diceretur, multopere, quemadmodum demonſtratum eſt, etiam a rerum veritate et Hippocratis ſententia aberrantes.

Ed. Chart. IX. [77.] Ed. Baſ. V. (248.)

λε'.

[77] (248) Ἐν πάσῃσι νούσοισι τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν βέλτιόν ἐστι· τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς μοχθηρόν. ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας.

Ὅτι μὲν ἔξω εἶναι χρὴ πάσης διαθέσεως τῆς παρὰ φύσιν ἅπαντα τὰ κατ' ἐπιγάστριον χωρία πρόδηλόν ἐστι. καὶ λέλεκται κατὰ τὸ προγνωστικὸν, ἔνθα φησὶν ὑποχόνδριον ἄριστον μὲν ἀνώδυνόν τε εἶναι καὶ μαλθακὸν καὶ ὁμαλόν. ἀλλὰ καὶ τούτων αὐτῶν ἐστι τὰ μὲν ἰσχνότερα, τὰ δὲ παχύτερα, περὶ ὧν νῦν τὸν λόγον ποιεῖται, ὅσα μὲν παχύτερα, βελτίω ταῦτ' εἶναι λέγων, ὅσα δὲ ἰσχνὰ, μοχθηρὰ καὶ ὡς σημεῖα δηλονότι καὶ ὡς αἴτια. ὡς σημεῖα μὲν γάρ εἰσι τῆς ἐν τοῖς ἐκτετηκόσι μορίοις ἀσθενείας, ὡς αἴτια δὲ τοῦ μηδὲ πέττεσθαι καλῶς ἐν τῇ γαστρὶ τὰ σιτία, μηδ' αἱματοῦσθαι κατὰ τὸ ἧπαρ. ἄμφω γὰρ ταῦτα πάντα τὰ μόρια

XXXV.

In omnibus morbis partes ad umbilicum et imum ventrem poſitas craſſitudinem habere praeſtat. Valde autem tenues eſſe et tabefactas pravum. Ad inferiores autem purgationes id quoque periculoſum.

Quod extra omnem affectum praeter naturam eſſe oporteat univerſam abdominis regionem apertum eſt. Atque id in prognoſtico hiſce verbis pronunciatum eſt: *hypochondrium optimum quidem eſſe decet indolens, molle et aequale.* Verum harum ipſarum partium quaedam ſunt macilentiores, quaedam craſſiores, de quibus nunc verba facit: quae craſſiores ſunt, eas meliores; quae macilentiores ſunt, ipſas pravas eſſe et ut ſigna et ut cauſas affirmat. Signa ſiquidem ſunt imbecillitatis partium eliquatarum. Cauſae vero quod et in ventriculo cibaria non probe concoquantur, neque in jecore in ſanguinem commutentur. Has enim ambas partes omnino dictorum

Ed. Chart. IX. [77.] Ed. Baſ. V. (248.)

πρὸς τοῦ πάχους τῶν εἰρημένων σωμάτων ὠφελεῖται θαλπόμενα. τοσούτων οὖν εἰκός ἐστιν ἐκτακέντων αὐτῶν βλάπτεσθαι τὰς ἐνεργείας, ὅσον ὑγιαινόντων ὠφελοῦνται. ὅτι δὲ ἡ λεπτότης τῶν εἰρημένων μερῶν καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσεις ἐπισφαλής ἐστι πρόδηλον. ἰσχυρὰ γὰρ δεῖ εἶναι πάντα τὰ κάτω τοῦ θώρακος μόρια πρὸς τῷ καλῶς ὑπηρετεῖν ταῖς καθάρσεσιν· εἰ δὲ μή, μεγάλαις περιπίπτειν βλάβαις. διὰ τί δὲ μόνας εἶπε τὰς κάτω καθάρσεις ἄξιον ζητῆσαι. καὶ γὰρ αἱ ἄνω, τουτέστιν αἱ δι' ἐμέτων, ἐπισφαλεῖς εἰσι τοῖς οὕτω διακειμένοις. ἢ ταύτας μὲν ὡς σαφεῖς παρέλιπεν, ἐκείνων δ' ὡς ἀσαφεστέρων ἐμνημόνευσεν; ἦτρον δὲ ἰδίως ὀνομάζει τὸ κάτω χωρίον τῆς γαστρὸς, ὅσον ἐστὶ μεταξὺ τοῦ αἰδοίου καὶ τοῦ ὀμφαλοῦ. ὡς εἰς τρία ταῦτα διαιρεῖσθαι τὸ σύμπαν ἐπιγάστριον, ὑποχόνδριον, τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον.

---

corporum craſſitudo fovenda. Ipſis itaque macie confectis par eſt tantum earum actiones laedi, quantum integris illis per ſanitatem juvabantur. Quod autem dictarum partium extenuatio aut macies ad inferas purgationes ſit periculoſa manifeſtum eſt. Partes enim infra thoracem omnes robuſtas eſſe oportet, quo belle purgationibus auxilientur; alioqui magnas in laeſiones incidunt. Cur autem de ſolis inferis purgationibus mentionem fecerit, dignum eſt quaerere. Etenim ſuperae purgationes, hoc eſt quae vomitionibus fiunt, tali macie affectis periculoſae ſunt. An has tanquam manifeſtas praetermiſit, illarum autem tanquam obſcuriorum mentionem fecit? Imum autem ventrem etrum proprie nominat, inferiorem ventris regionem quae pudenda ac umbilicum interjacet, ut in haec tria totum abdomem dividatur, in hypochondrium, umbilicalem regionem et imum ventrem ſeu hypogaſtrium.

Ed. Chart. IX. [78.] Ed. Baſ. V. (248.)

λστ'.

[78] *Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα ἐν τῇσιν φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι ἐκλύονται ταχέως οἱ πονηρᾷ τροφῇ χρεέμενοι.*

Οἱ μὲν ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα δεόντως ἐν ταῖς φαρμακείαις ἐκλύονται ταχέως· συνιήκονται γὰρ, οὐ καθαίρονται. οἱ πονηρᾷ δὲ τροφῇ χρώμενοι διὰ τὴν περιουσίαν τῶν μοχθηρῶν χυμῶν ἐκλύονται ῥᾳδίως ἐπὶ ταῖς καθάρσεσιν. εἴτε δὲ τὴν ἔξωθεν εἰσφερομένην τροφὴν τῷ σώματι, εἴτε τὴν ἐν αὐτῷ περισχομένην εἴρηκε μοχθηρίαν, ἑκάτερος ἀληθὴς ὁ λόγος, ἐπειδὴ καὶ τὰ μοχθηρὰ σιτία μοχθηρὸν ἴωθεν αἷμα γεννᾶν. οὕτως οὖν καὶ λέγεται μοχθηρὰ τῆς ἀναφορᾶς γενομένης, ἐπὶ τὸ γενηθησόμενον ἐξ αὐτοῦ αἷμα.

XXXVI.

Qui ſanis corporibus donati medicamentis purgantibus purgantur celeriter exſolvuntur, quippe pravo alimento utuntur.

Qui ſanis ſunt corporibus, ii jure optimo cito in purgationibus medicamento factis exſolvuntur: colliquefiunt enim, non purgantur. Qui vero pravo utuntur alimento ob pravorum humorum redundantiam purgationibus facile exſolvuntur. Sive autem quod corpori exterius oblatum aſſumitur, ſive quod in ipſo continetur, id pravum alimentum nominet, utraque vera eſt oratio, quandoquidem prout alimenta prava pravum ſanguinem procreare conſueverunt, ſic ergo prava aut vitioſa edulia etiam dicuntur, ducta ad ſanguinem cui ex ipſis procreandum relatione.

Ed. Chart. IX. [78.] Ed. Baf. V. (248.)

λζ'.

Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες.

Οὐ τοὺς ὁτιοῦν φάρμακον προσφερομένους φαρμακεύεσθαι λέγειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλ' ἐπὶ μόνων τῶν καθαιρόντων τούτῳ χρῆται τῷ ῥήματι. ὁ μὲν οὖν προγεγραμμένος ἀφορισμὸς ἓν τῶν προσγινομένων αὐτοῖς ἐδήλωσε σύμπτωμα. ἐκλύεσθαι γὰρ ἔφη ταχέως ἐν ταῖς καθάρσεσι τοὺς ὑγιεινῶς ἔχοντας. ἐν τῇ δὲ γενικωτέρᾳ λέξει περὶ τῶν αὐτῶν ἀπεφήνατο, λέγων αὐτοὺς ἐργώδες εἶναι φαρμακεύεσθαι καὶ γὰρ ἰλιγγιῶσι καὶ στροφοῦνται καὶ δυσχερῶς αὐτοῖς ἡ κάθαρσις προχωρεῖ καὶ πρὸς τούτοις ἔτι ταχέως ἐκλύονται. γίνεται δὲ ταῦτα πάντα καθαρτικοῦ φαρμάκου τὸν οἰκεῖον μὲν ἕλκειν χυμὸν ἐφιεμένου, ἤτοι τὴν ξανθὴν ἢ τὴν μέλαιναν χολὴν ἢ τὸ φλέγμα ἢ τὸ ὑδατῶδες περίτ-

XXXVII.

Qui corporibus bene ſe habent, eos purgare medicamentis, opus moleſtum eſt.

Non qui quodcunque medicamentum aſſumunt, eos medicari pro conſuetudine dicit Hippocrates, verum in ſolis purgantibus medicamentis hoc vocabulum uſurpavit. Superior itaque ſcriptus aphoriſmus ſuccedentium ipſis ſymptomatum unicum declaravit. Eos namque celeriter exſolvi ac deficere dicebat in purgationibus, qui ſecunda valetudine fruuntur. In hoc autem orationem de iisdem generalius extulit, ipſos affirmans aegre moleſteque ferre purgationes. Etenim vertigenes incurrunt, torminibus vexantur, moleſte his purgatio procedit, praetereaque celeriter exſolvuntur. Haec autem omnia purgante medicamento quum proprium quidem humorem aut flavam bilem aut atram aut pituitam aut aquoſum excrementum prolectione nitatur, quo deſtitutum ſanguinem colliquit et

Ed. Chart. IX. [78. 79.] Ed. Baſ. V. (248.)

τωμα. τῷ δ' ἀπορεῖν αὐτοῦ τὸ αἷμα καὶ τὰς σάρκας συντήκει, ἵν' ἐξ ἐκείνων ἕλξῃ τὸ οἰκεῖον.

λη'.

[79] Τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ μᾶλλον αἱρετέον.

Οὐ διὰ τὸ κεχαρισμένον μόνον τῷ κάμνοντι τοῦτο ποιητέον, ἀλλὰ καὶ ὡς ὠφελιμώτερον αὐτῷ γενησόμενον. ὅσα γὰρ ἂν ἡδέως προσενεγκώμεθα, περιστέλλεσθαι τούτοις ἡ γαστὴρ εἴωθε καὶ πέττειν μᾶλλον αὐτὰ ῥᾳδίως. ἀποχωρεῖν δὲ ἀπὸ τῶν ἀηδῶν ὡς ἤτοι ναυτίας ἐπιφέρειν ἢ πνευματώσεις ἢ κλύδωνας. ὅπερ οὖν ἐπὶ τῶν πλείστων καὶ εὐχύμων ὄντων γίνεται, ὅταν ᾖ μικρῷ χεῖρον, ἐπὶ τῶν ἡδέως λαμβανόντων οὐ μόνον οὐκέτι χεῖρον, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ βέλτιον γίνεται.

carnes, quo ex ipſis quod ſibi proprium ac familiare eſt attrahat.

XXXVIII.

Paulo deterior, ſed ſuavior tum potus tum cibus, melioribus quidem, ſed minus gratis praeferendus.

Non id gratiam ſolum aegrotantis, ſed ad majorem quoque ipſius utilitatem faciendum eſt. Nam quaecunque cum oblectatione aſſumimus, ea ventriculus avidius complecti ac facilius concoquere conſuevit; inſuavia vero ac ingrata nauſeas aut inflationes aut fluctuationes concitantia reſpuere. Quae quidem quum in plurimis iisque euchymis cibariis oboriantur, paulo pejor cibus non ſolum deterior amplius non eſt ipſum cum voluptate aſſumentibus, verum etiam interdum melior redditur.

Ed. Chart. IX. [79. 80.] Ed. Baf. V. (248.)

λθ'.

Οἱ πρεσβῦται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον, ὁκόσα δ' ἂν αὐτέοισι χρόνια νοσήματα γένηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκουσιν.

Οἱ πρεσβῦται τῶν νέων οὐ πάντες ἧσσον νοσοῦσιν, οὐδὲ γὰρ ἅπαντες ἐγκρατέστερον διαιτῶνται. ὅσοις δ' οὐχ ὑπάρχει τοῦτο, μᾶλλον νοσοῦσιν ἀσθενέστεροι τῶν νέων ὄντες. ὅτι δ' αὐτοῖς πάμπολλα τῶν χρονίων νοσημάτων συναποθνήσκει πρόδηλον, εἴ γε καὶ ἡ δύναμις ἀσθενὴς, ὡς μήτε πέττειν ἔτι δύνασθαι ῥᾳδίως τὰς νόσους καὶ ψυχρὰ πάντα ἐστὶ τὰ χρόνια νοσήματα, διὸ καὶ μᾶλλον γέρουσιν ἢ νεωτέροις γίνεται. τοῖς γὰρ οἰκείοις νοσήμασιν ἑαλωτότεροι πάντες.

μ'.

[80] *Βράγχοι καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται.*

XXXIX.

Senes juvenibus quidem plerumque minus aegrotant. Quicunque vero illis morbi diuturni oboriuntur, cum iis frequentius ſimul intereunt.

Senes non omnibus juvenibus minus aegrotant; neque enim omnes temperatiore victus ratione continentur. Quibus vero id non eſt, ii magis aegrotant, quod juvenibus ſint imbecilliores. Diuturnos autem morbos complures ipſis ſenibus commori manifeſtum eſt: ipſis ſiquidem vires adeo ſunt imbecillae, ut facile morbos coquere nequeant frigidique ſint diuturni morbi omnes, proindeque magis ſenibus quam juvenibus accidant. Familiaribus ſiquidem morbis omnes promtius corripiuntur.

XL.

Raucedines et gravedines in valde ſenibus coctionem non admittunt.

Ed. Chart. IX. [80.] Ed. Baſ. V. (248.)

Ἐὰν συνάψωμεν ἀλλήλοις τοὺς ἀφορισμοὺς, ἑκατέρου ὁ λόγος ἔσται τοιοῦτος. οἱ πρεσβύτεροι τῶν νέων τὰ μὲν πλεῖστα νοσοῦσιν ἧττον, ὅσα δ' αὐτοῖς χρόνια νοσήματα γίνεται, τὰ πολλὰ συναποθνήσκει. βράγχοι γοῦν καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται, ὥστε οἷόν τι παράδειγμα τὸν ἀφορισμὸν εἶναι τοῦτον τοῦ προγεγραμμένου. συναποθνήσκει γὰρ οὐ ταῦτα μόνον τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ καὶ νεφρῖτις καὶ ποδάγρα καὶ ἀρθρῖτις καὶ ἰσχιὰς, αἵ τε περὶ κῶλον ἢ σπλῆνα διαθέσεις ψυχραὶ καὶ πρὸς ταύταις ἄσθματα, βῆχες, κυρτώσεις, λορδώσεις, σκολιώσεις, ὅσα τ' ἄλλα διὰ τοὺς ψυχροὺς γεννᾶται χυμοὺς, οὓς καὶ τῶν ἀκμαζόντων τισὶ, μὴ ὅτι πρεσβύταις χαλεπὸν ἐκπεφθῆναι.

μα'.

Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς ἄνευ φανερῆς προφάσιος ἐξαπίνης τελευτῶσιν.

Si hos inter ſe aphoriſmos copulaverimus, talis erit utriusque ſententia: *Senes juvenibus minus quidem aegrotant. Qui vero illis morbi diuturni oboriuntur, cum iis frequentius ſimul intereunt. Raucedines ſiquidem atque gravedines in valde ſenibus coctionem non admittunt.* Ita ut hic aphoriſmus ſit velut quoddam praecedentis exemplum. Neque enim hi ſoli morbi ſenes aduſque mortem comitantur, ſed nephritis quoque, podagra, arthritis, iſchias atque coli ac lienis affectus frigidi; ad haec aſthmata, tuſſes, cyrtoſes, lordoſes, ſcolioſes, denique quicunque ceteri morbi ex frigidis humoribus procreantur, qui in quibusdam juvenibus, nedum in ſenibus difficile coquuntur.

XLI.

Qui multoties ac vehementer citra manifeſtam cauſam animo linquuntur, derepente intereunt.

Ed. Chart. IX. [80. 81.] Ed. Baſ. V. (248. 249.)

Οὐ πάντες οἱ ἐκλυόμενοι ἐξαίφνης τελευτῶσιν, ἀλλ' εἰ προσθείης αὐτοῖς διορισμοὺς τρεῖς, ἕνα μὲν καὶ πρῶτον, ἵνα πολλάκις τοῦτο πάσχωσι, δεύτερον δὲ ἵνα ἰσχυρῶς καὶ τρίτον ἄνευ φανερᾶς αἰτίας. ἐπεὶ γυνή τις ἐπὶ πλεῖστον ἐν τῷ (249) βαλανείῳ διατρίβουσα χρόνον συνεχῶς ἐξελύετο, διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου καὶ ὅτι τὸ βαλανεῖον ὡς τὰ πολλὰ μοχθηροῖς ὑπεκαίετο ξύλοις. ἀλλ' οὐ νοσήματός που τοῦτο σημεῖον, ἐπὶ φανερᾷ προφάσει γινόμενον. ἑτέρα δὲ καὶ ὑστερικοῖς ἐνοχλουμένη παθήμασιν ἔπασχε τοῦτο· καί τις ἄλλος εἰ ἐπὶ πλέον ἀσιτήσας ἔτυχεν, ἐξελύετο λουμένη. ἄλλος δὲ εἰ μὴ προὔλαβεν ἄρτου τι, τοῦτ' ἔπασχεν, εἰ καὶ καθ' ὥραν ἐλούετο. τοῖς τοιούτοις μὲν οὖν ἡ ἀσθενὲς ἢ αἰσθητικὸν ἱκανῶς ἐστι τὸ τῆς γαστρὸς στόμα. ὅσαι δὲ διὰ μηδὲν τούτων ἐκλύνται πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς, [81] οὗτοι δι' ἀῤῥωστίαν τῆς ψυχικῆς δυνάμεως τοῦτο πάσχουσιν, ὥσπερ κἀκεῖνος, ᾧ μετὰ τῆς ἐκλύσεως παλμὸς ἐγένετο τῆς

Non omnes qui animo deficiunt derepente moriuntur, ſed, ſi tres ipſis diſtinctiones adjeceris, unam quidem ac primam, ut ſaepe; ſecundam, ut vehementer; tertiam, ut ſine cauſa manifeſta, id patiantur. Nam mulier quaedam plurimum in balneo tempus commorata frequenter exſolvebatur, tum ob temporis diuturnitatem, tum quia malis plerumque lignis balneum ſuccendebatur. Verum non erat hoc morbi ſignum quum cauſam haberet manifeſtam. Altera vero uterinis affectibus vexata id patiebatur. Quidam quoque alius ſi diutius inediam toleraſſet, dum lavaretur, exſolvebatur. Alteri etiamſi per horam lavaretur, idem accidebat, niſi panis pauxillum praeſumſiſſet. His itaque adde quod aut imbecillum aut admodum ſenſibile os erat ventriculi. Qui vero ob nullam ipſarum cauſarum ſaepe ac vehementer exſolvuntur, ii ob facultatis animalis imbecillitatem id patiuntur; quemadmodum et is, cui cum exſolutione vehemens cordis palpitatio acciderat, derepente fatis conceſſit; quemadmodum ii qui acutiſſimis

Ed. Chart. IX. [81.] Ed. Baſ. V. (248.)

καρδίας ἰσχυρὸς, ἀπέθανεν ἐξαίφνης ὥσπερ οἱ ταῖς ὀξυτάταις ἁλισκόμενοι καρδιακαῖς συγκοπαῖς.

μβ'.

Ἀποπληξίην ἰσχυρὴν λύειν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηϊδιον.

Ἐν ταῖς ἀποπληξίαις ἐξαίφνης ἀναίσθητοί τε καὶ ἀκίνητοι γίνονται πᾶν τὸ σῶμα, πλὴν μόνης τῆς ἀναπνοῆς, ὡς εἴ γε καὶ αὕτη κωλυθῇ, ἡ μεγίστη τέ ἐστιν ἥδε καὶ ὀξυτάτη τῶν ἀποπληξιῶν. ὅσοι δ' ἀναπνέουσι μὲν, ἀλλὰ μετὰ βίας σφοδροτάτης, ἰσχυρὰ τούτοις ἐστὶν ἡ ἀποπληξία. ἰσχυρὰ δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις, ἀλλ' ἧττον ὅσοι χωρὶς μὲν συντονίας καὶ βίας ἀνώμαλόν τε καὶ ἄτακτον, ἔτι δὲ διαλείπουσαν ἔχουσιν τὴν ἀναπνοήν. ὡς ἐφ' ὧν γε διασώζει τινὰ τάξιν, ἀσθενὴς ἡ τοιαύτη, καὶ πράττων ἃ χρὴ πάντα, τάχα ἂν αὐτὴν ἰάσαιο. πᾶσαι μὲν οὖν αἱ ἀποπληξίαι γίνονται

animi deliquiis, quas cardiacas ſyncopas vocitant, corripiuntur.

XLII.

Vehementem quidem apoplexiam ſolvere impoſſibile, debilem vero non facile.

Qui apoplexia percelluntur, ii totius corporis ſenſu motuque derepente privantur, ſola reſpiratione excepta; quod ſi etiam ipſa prohibeatur, apoplexiarum haec maxima eſt et acutiſſima. Qui vero reſpirant quidem, ſed magna cum vehementia, his vehemens eſt apoplexia. Vehemens autem et illis adeſt, ſed minus qui citra contentionem et violentiam, inaequalem atque inordinatam, ac praeterea intermittentem habent reſpirationem; quemadmodum in quibus aliquem ſervat ordinem, ejusmodi debilis exiſtit, cui ipſi fortaſſis medeberis, ſi quae deceant omnia confeceris. Omnes autem apoplexiae fiunt animali

Ed. Chart. IX. [81.] Ed. Baſ. V. (249.)

τῆς ψυχικῆς δυνάμεως ἐπιῤῥεῖν ἀδυνατούσης τοῖς κάτω τῆς κεφαλῆς, ἤτοι διὰ φλεγμονώδη τινὰ διάθεσιν ἐν αὐτῷ τῷ ἐγκεφάλῳ συστᾶσαν ἢ τῶν κοιλιῶν αὐτοῦ ἐμπιπλαμένων ὑγρότητος φλεγματώδους. ἀλλὰ τῷ μεγέθει τῆς αἰτίας καὶ τὸ τοῦ πάθους ἕπεται μέγεθος. ἀνίατον δ' ἐστὶν ὡς τὰ πολλὰ διὰ τὴν βλάβην τῆς ἀναπνοῆς. καὶ θαυμάσαι γε ἔσιιν ὅπως τῶν ἄλλων μυῶν ἁπάντων ἀκινήτων ἐν ταῖς ἀποπληξίαις γινομένων οἱ τὸν θώρακα διαστέλλοντες, εἰ καὶ μόγις, ἀλλὰ κινοῦνταί γε πολλάκις. ἔοικε δὲ γίνεσθαι τοῦτο διὰ τὴν χρείαν τῆς ἀναπνοῆς, ἐπεγειρούσης αὐτὴν τὴν ἐν τοῖς νεύροις δύναμιν ἐπὶ τὴν ἐνέργειαν. καὶ δι' αὐτό γε τοὐπίπαν ἅπαντες οἱ μύες ἐπὶ τῶν ἀποπλήκτων ἐνεργοῦσιν, οἱ κινοῦντες τὸν θώρακα, καίτοι πρόσθεν ὀλιγάκις ἐνεργοῦντες ἅπαντες, ὥσπερ ἐν ταῖς σφοδροτάταις γυμνασίαις, ἐπειδὴ πλείστης τῆς ἀναπνοῆς ἔσιι χρεία κατὰ ταῦτα. ἀλλὰ τοῖς ἀποπλήκτοις οὐ τῷ τὴν χρείαν ηὐξῆσθαι τῆς ἀναπνοῆς, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως συνεργεῖν ἀναγκάζονται πάντες οἱ τοῦ θώρακος μύες. ὥσπερ

facultate nequeunte ad partes capite inferiores influere aut propter aliquam affectionem inflammatoriam ipſo in cerebro conſiſtentem aut propter oppletos pituitoſo humore ejus ventriculos. Verum cauſae magnitudinem etiam affectus ipſius vehementia conſequitur, qui plerumque ob reſpirationis laeſionem eſt incurabilis. Atque mirari licet quomodo aliis muſculis omnibus immotis ſtupentibus in apoplexiis, qui thoracem attollunt, etſi vix, ſaepe tamen moveantur. Id autem propter reſpirationis neceſſitatem facultatem nervis inſitam ad functionem excitantis fieri videtur. Ob eamque cauſam omnino muſculi omnes thoracem moventes in apoplecticis agunt, etiamſi raro ante omnes agerent, quemadmodum in vehementiſſimis exercitationibus, in quibus plurima reſpiratione opus eſt. Verum in apoplecticis non propterea, quia reſpirationis adaucta eſt neceſſitas, ſed ob facultatis imbecillitatem omnes thoracis muſculi ſimul agere coguntur, quemadmodum

Ed. Chart. IX. [81. 82.] Ed. Baſ. V. (249.)

καὶ τῶν ἄλλως ἐν πυρετῷ ἀσθενῇ τὴν δύναμιν ἐχόντων δι' αὐτό γε τοῦτο καὶ κινεῖν ἀναγκάζονται πάντες ἑαυτοὺς εἰς ἓν ἀξιόλογον κεφάλαιον, τὴν ἐξ ἁπάντων ἐνέργειαν ἀθροίζοντες.

μγ'.

Τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων, μήπω δὲ τεθνηκότων οὐκ ἀναφέρουσιν οἷσιν ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα.

Πᾶσα μὲν ἀφροῦ γένεσις ἐκ μίξεως ἀποτελεῖται δυοῖν οὐσιῶν, τῆς μὲν ἑτέρας πνευματικῆς, ὑγρᾶς δὲ τῆς ἑτέρας. γίνεται δ' ἡ μίξις αὐτῶν εἰς πολλὰ θραυσθείσης ἑκατέρας καὶ πολλὰς ἐν τῇ συμπλοκῇ σμικρὰς πομφόλυγας ἐργαζομένων. ὅταν δὲ ἧ γλίσχρον τῇ συστάσει τὸ καταθραυσθὲν ὑγρὸν, οὗ περιπλεκομένου τῷ πνεύματι τὰς πομφόλυγας γινηθῆναι συμβῇ, δύσλυτός τε καὶ μόνιμος ὁ ἀφρὸς γίνεται, οἷον μάλιστα τοῖς δραμοῦσιν ἵπποις ἢ τοῖς θυμωθεῖσι

alioqui in iis etiam, qui per febrem vires habent imbecillas, ſeſe eadem de cauſa omnes movere coguntur, omnium actiones in ſummam unam inſignem colligentes.

XLIII.

Qui ſtrangulantur ac diſſolvuntur, nondum tamen mortui ſunt, ex iis non convaleſcunt quibus circum os ſpuma oborta fuerit.

Omnis ſpumae generatio ex duplicis ſubſtantiae mixtione conficitur, alterius quidem ſpirituoſae, alterius vero humidae. Fit autem earum mixtio fractis in multas partes utrisque multasque mutua colliſione parvas bullas efficientium. Quum vero effractus humor, quo ſpiritum complicante bullas generari contigit, viſcidus fuerit, tum ſoluta difficilis, tum ſtabilis ſpuma redditur, qualis maxime currentibus equis aut apris ira percitis circa os colligitur.

Ed. Chart. IX. [82.] Ed. Baſ. V. (249.)

κάπροις ἀθροίζεται περὶ τὸ στόμα. τὴν δ' ἑκατέρων τῶν οὐσιῶν θραῦσίν τε καὶ μίξιν ἐνίοτε μὲν ἐργάζεται βιαία κίνησις ἤτοι γ' ἀμφοῖν ἢ μόνης τῆς ἑτέρας, ἐνίοτε δὲ ἰσχυρὰ θερμότης, εἰ μὴ ἄρα καὶ ταύτην τῇ κινήσει τις λέγοι τὸν ἀφρὸν ἐργάζεσθαι. ἀλλὰ τῷ γε τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις ἑπομένῳ διττὴν ἀσφαλέστερόν ἐστι φάναι τὴν γένεσιν εἶναι, κατὰ μὲν τοὺς σφοδροὺς ἀνέμους ἐμπίπτοντας τῇ θαλάττῃ διὰ πληγὴν ἰσχυράν, ἐπὶ δὲ τῶν λεβήτων διὰ τὴν θερμασίαν. οὕτω δὲ κἀν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν ἐν μὲν τοῖς ἐπληπτικοῖς σπασμοῖς ἡ συντονία τῶν κινήσεων τὸν ἀφρὸν εἴωθε γεννᾶν, ἐπὶ δὲ τῶν κάπρων ἡ θερμασία, κατὰ δὲ τοὺς δρόμους τῶν ἵππων ἄμφω φαίνεται σύντονα. συνεχῶς γὰρ εἴσω καὶ ἔξω τοῦ κατὰ τὰς ἀναπνοὰς ἀέρος φερομένου τό τε σίελον αὐτοῖς λεπτύνεται καί τι κἀκ τοῦ πνεύμονος ἀτμοειδῶς ἀναφερόμενον, ἐπιμίγνυταί τε καὶ συμπλέπεται τῷ σιέλῳ τοῦ γενομένου τὴν οὐσίαν ἀφροῦ συναῦξον. ὅσοι δ' ἡγοῦνται τὸν ἀφρὸν τοῦτον ἐκ τῆς κοιλίας ἀναφέρεσθαι διαμαρτάνουσιν. οὔτε γὰρ ἀθρόως αὐτὸν ἐκεῖ-

At utriusque ſubſtantiae confractum ac mixtionem interdum quidem efficit motus violentus vel utriusque vel alterius tantum; nonnunquam vero et vehemens calor, niſi quis fortaſſis et hunc ſuo motu ſpumam excitare dixerit. Verum apertam rei evidentiam ſequenti tutius eſt dicere duplicem eſſe ſpumae generationem; unam quidem in mari ventis vehementius ingruentibus jactato ob fragoris vehementiam; alteram vero in lebetibus efferveſcentibus ob calorem. Sic quoque et animalium corporibus per epilepticas convulſiones vehemens motuum contentio ſpumam generare conſuevit; in apris vero calor; in equorum autem curſibus utriusque cauſae vehementia editur. Quum enim per reſpirationes aër intro ac foras continenter feratur, tum ſaliva ipſis tenuatur, tum etiam ex pulmone quiddam vaporis inſtar effertur quod ſalivae permiſcetur et complicatur, gignendae ſpumae ſubſtantiam ſimul augens. Qui vero hanc ſpumam e ventriculo prodire arbitrantur, aberrant. Neque enim confertim ipſam illinc

Ed. Chart. IX. [82. 83.] Ed. Baſ. V. (249.)

θεν ἥκειν ἐγχωρεῖ, μήτε ἐμοῦντος τοῦ ζώου τηνικαῦτα μήθ' ὅλως ναυτιῶντος, ὧν συμπτωμάτων χωρὶς οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἐκ τῆς γαστρὸς ἀνενεχθῆναί τι, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἀδύνατον ἀναφέρεσθαί τινα ἀτμὸν ὁμοίως τῷ κατὰ τὰς ἀναπνοάς, μηδεμιᾶς τοιαύτης ἐκ τῆς γαστρὸς ἀναφερομένης οὐσίας, οἵαν ὁ πνεύμων ἀναπνεῖ. καὶ γάρ τοι καὶ τὸ αἷμα τὸ μὲν ἐκ τοῦ πνεύμονος ἀναγόμενον ἀφρῶδες ὁμοίως ἐστὶ τῷ σπλάγχνῳ. τὸ δ' ἐκ τῆς γαστρὸς οὐδ' ἐγγὺς τῷ τοιούτῳ, ἀλλ' ὁ μὲν ἅμα τῷ αἵματι ἐκ τοῦ πνεύμονος συναναφερόμενος ἀφρὸς ἀθρόως τε καὶ μετὰ βηχὸς ἀνάγεται, ὁ δ' ἐκ τοῦ τοιούτου χυμοῦ [83] κατ' ὀλίγον ἐκπνεόμενος ἀτμὸς οὐ κινεῖ βῆχας. περιβληθείσης γε μὴν ἀγχόνης τῷ τραχήλῳ δεῖται μὲν ἡ καρδία καὶ ὁ πνεύμων ἐκπνεῦσαι τὸ λιγνυῶδες περίττωμα· δέδεικται γὰρ τοῦτο ἡμῖν ἐν τῷ περὶ χρείας ἀναπνοῆς γράμματι· κωλυόμενον δὲ διὰ τὴν ἀγχόνην βιαίως ὠθεῖ πᾶν αὐτὸ, κἂν τούτῳ καὶ τῆς οἰκείας ὑγρότητός τι συνεκβάλλει, καθάπερ κἂν ταῖς τοῦ αἵματος

ſpumam procedere conceditur, quum animans tunc temporis neque vomat, neque prorſus nauſeet, citra quae ſymptomata nihil quidquam e ventriculo efferri queat, multoque magis ſane fieri non poteſt ut vapor ullus eodem modo, quo in exſpirationibus efferatur; quum nulla ejusmodi e ventriculo ſubſtantia educatur, qualem pulmo inter reſpirandum exhalat. Etenim qui ſanguis quidem e pulmone educitur, ſpumoſus exiſtit viſceri ſimilis; qui vero e ventriculo effertur, nullam cum eo habet affinitatem, ſed quae una cum ſanguine e pulmone ſpuma educitur, ea confertim et cum tuſſi educitur. Qui vero paulatim ex tali humore vapor efflatur, tuſſes non excitat. Injecto itaque cervici ſtrangulante laqueo, tum cor tum pulmonem fuliginoſum excrementum efflare neceſſe eſt: id enim a nobis libro de reſpirationis uſu demonſtratum eſt. Sed pulmo laqueo prohibitus totum ad exitum violenter impellit ſimulque cum eo proprii humoris partem expellit, quemadmodum in ſanguinis ſit eductionibus.

Ed. Chart. IX. [83.] Ed. Baſ. V. (249.)

ἀναγωγαῖς. ὀλέθριον οὖν τοῦτο τὸ σημεῖόν ἐστιν, ἐπειδὴ τῆς βίας τοῦ πνεύμονός ἐστι δηλωτικὸν, ἣν πάσχει πνιγομένου τοῦ ζώου. μάλιστα δ' εἰκὸς αὐτῷ γίνεσθαι τοῦτο διὰ τὴν ἐκ τῆς καρδίας εἰς αὐτὸν ὠθουμένην θερμασίαν, ὥστε καὶ τῇ ζέσει τοῦ θερμοῦ καὶ τῇ τοῦ πνεύματος βιαίᾳ κινήσει καὶ τῇ σφοδρᾷ τοῦ πνεύμονος συντονίᾳ, τῆς ἀναγωγῆς γενομένης τοῦ ἀφροῦ, θανατῶδες τὸ σημεῖον. ἔνιοί γε μὴν ἐν τῷ σπανίῳ τῶν ἀπαγχομένων ἀπήνεγκαν, ἀφροῦ φανέντος περὶ τὸ στόμα· καὶ ἴσως ὁ Ἱπποκράτης οὐχ ὡς διὰ παντὸς ἀπολλυμένων, ἀλλ' ὅτι τοὐναντίον σπανιώτατα, οὕτως ἀπεφήνατο, καθάπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐδείκνυτο, ἔνθα φησὶ κατὰ τὸν ἀφορισμόν· ὁκόσοισι νέοισιν αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσι ξηραίνονται. τὸ γὰρ ὡς τὸ πολὺ παρέλιπεν ἐνταῦθα εἰπεῖν, ἐν τοῖς κατωτέρω προσθεὶς αὐτό, ἔνθα φησὶν, ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσι, νέοι μὲν ὄντες βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν ξηρὰς ἐχόντων, ἐς δὲ τὸ γῆρας χεῖρον ἀπαλλάσσουσι· ξηραίνονται γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖσιν ἀπογηράσκουσιν.

Exitiale itaque hoc ſignum eſt, quoniam pulmonis violentiam ſignificat, quam patitur dum animal ſuffocatur. Praecipue vero ipſi accidere conſentaneum eſt, propter calorem e corde ad ipſum propulſum. Quare quum caloris fervore et violento ſpiritus motu et vehementi pulmonis contentione ſpumae fit eductio, letale ſignum eſt. Nonnulli tamen, quamvis id raro accidat, convaluerunt, quibus ſtrangulatis ſpuma circa os apparuerat, ac fortaſſis Hippocrates non quod ſemper intereant, ſed quod contrarium rariſſime eveniat, ita pronunciavit, quemadmodum et paulo antea in altero aphoriſmo hiſce verbis declaraverat: *Quibus juvenibus alvi ſunt humidae, iis ſeneſcentibus exſiccantur.* Nam illic particulam, *plerumque*, dicere praetermiſit, quam tamen in ſequentibus his verbis addidit: *Quicunque alvos humidas habent, ſi juvenes quidem fuerint, melius degunt quam qui ſiccas habent, in ſenectute vero deterius; nam ſeneſcentibus plerumque exſiccantur.*

Ed. Chart. IX. [83.] Ed. Baf. V. (250.)

μδ'.

(250) *Οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν ταχυθάνατοι μᾶλλον γίνονται τῶν ἰσχνῶν.*

Τοὺς ἐκ τῆς πρώτης ἡλικίας παχεῖς καὶ ἰσχνοὺς ἀλλήλοις παραβάλλων ἀποφαίνεται περὶ τῶν παχέων, ὡς εἰσὶ ταχυθάνατοι μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν. ἄριστον μὲν γὰρ εὔσαρκον φῦναι, τουτέστι σύμμετρον, ὥστε μήτε παχὺν εἶναι μήτ' ἰσχνόν, οὕτω γὰρ ἂν δυνατὸν καὶ εἰς μακρὸν ἀφικέσθαι γῆρας. εἰ δ' ὑπερβάλλοι τὸ σύμμετρον, ἀμείνων μὲν ἰσχνότης, μοχθηρὰ δὲ ἡ εἰς πάχος ὑπερβολή. στεναὶ γάρ εἰσι τούτων αἱ ἀρτηρίαι καὶ αἱ φλέβες καὶ διὰ τοῦτο καὶ αἷμα καὶ πνεῦμα παντελῶς ὀλίγον ἔχουσιν, ὥστ' ἐπειδὰν προϊόρχωνται κατὰ τὴν ἡλικίαν, ταχέως αὐτοῖς ἐπὶ μικρᾷ προφάσει ἡ ἔμφυτος θερμασία διαφθείρεται. οἱ δ' ἰσχνοὶ ταύτῃ μὲν οὐ κινδυνεύουσι, τῷ δὲ διαχεῖσθαι τὰ κύρια μόρια μηδὲν ἔχοντα πρόβλημα, πρὸς τῶν ἔξωθεν αἰτίων ἑτοίμως βλάπτονται. ὅσοι μέντοι ἦσαν σύμμετροι, διαίτῃ

XLIV.

Natura admodum craſſi celerius quam graciles intereunt.

Craſſos a prima aetate et graciles inter ſe comparans craſſos celerius quam graciles emori pronunciat. Optimum ſiquidem eſt bene carnoſum naſci, hoc eſt ita commoderatum ut neque adſit craſſitudo neque gracilitas. Tales enim poſſunt ad longam ſenectutem pervenire. Si vero a commoderatione recedatur, praeſtantior quidem gracilitas, deterior vero craſſitudinis exceſſus eſt. Anguſtae enim ſunt horum arteriae ac venae, proindeque paucum omnino ſanguinem et ſpiritum continent, adeo ut ipſis aetate provectis levi occaſione calor nativus celeriter deſtruatur. Graciles autem hac quidem ratione non periclitantur. Quia vero partes in his principes ita affectae ſunt, ut nullum habeant propugnaculum, ab externis cauſis promte laeduntur. Qui autem natura quidem ſym-

Ed. Chart. IX. [83. 84.] Ed. Baſ. V. (250.)

δ' ἀγροτέρᾳ χρησάμενοι παχεῖς ἐγένοντο, τούτοις, εἰ καὶ σαρ- [84] κὸς καὶ πιμελῆς ἐπετράφη πλῆθος, ἀλλ' εὐρεῖαι αἵ τε φλέβες εἰσὶ καὶ αἱ ἀρτηρίαι καὶ διὰ τοῦτο μείζονα ἔχουσι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, ἧττον εὔσβεστον.

μέ.

Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισι ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ τῆς ἡλικίης καὶ τῶν χωρίων καὶ τῶν βίων ποιέουσιν.

Ἔγγὺς πῶς ἐστιν ἀποπληξίας τὸ τῆς ἐπιλήψιας πάθος, ὡς ἂν τὸν πάσχοντα τόπον ἐχόντων ἀμφοῖν τὸν αὐτὸν καὶ τὸν ποιοῦντα χυμόν. ἀλλ' ἡ μὲν ἀποπληξία διὰ παντελῆ στέρησιν τῆς ἐπιῤῥεούσης δυνάμεως τοῖς νεύροις, ἡ δ' ἐπιληψία διὰ πλημμελῆ κίνησιν γίνεται. ψυχρὸς δ' ἐστὶν ἀμφοῖν καὶ παχὺς χυμός. καὶ διὰ τοῦθ' ἡ τῶν νεανίσκων ἡλικία ξηρὰ καὶ θερμὴ τὴν κρᾶσιν ὑπάρχουσα μέγιστον βοήθημα γίνεται τῶν ἐπιληπτικῶν διαθέσεων, οὕτω δὲ καὶ

metri aut commoderati erant, hoc eſt corpulenti, ſed pleniore victu et otioſa vita uſi poſtmodum craſſi evaſerunt, iis etiamſi carnis et adipis copia acceſſerit, venae tamen atque arteriae latae ſunt, atque idcirco in ipſis calor nativus minus exſtinctioni obnoxius major eſt.

XLV.

Epilepticis juvenibus mutationes potiſſimum aetatis et regionum et victuum liberationem efficiunt.

Epilepſia affectus eſt apoplexiae quodammodo vicinus, quod utraque eundem locum affectum et eundem humorem cauſam efficientem ſortiatur. Verum apoplexia quidem univerſam motricis facultatis ad nervos influentis privationem, epilepſia vero ob inconcinnum ac depravatum motum generatur. Frigidus autem et craſſus humor utriusque cauſa eſt. Atque idcirco juvenum aetas temperamento calida et ſicca maximum epilepticis remedium eſt. Sic

Ed. Chart. IX. [84. 85.] Ed. Baf. V. (250.)

τῶν χωρίων αἱ ἀνάλογοι μεταβολαί. λέγω δ' ἀνάλογον, ὅταν εἰς ξηρότητά τε καὶ θερμότητα μεθιστῶνται. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τῶν βίων. οὐδὲ γὰρ αἱ τούτων μεταβολαὶ πᾶσαι λύουσι τὴν ἐπιληψίαν, ἀλλ' ὅσαι θερμοτέραν καὶ ξηροτέραν ἐργάζονται τὴν τοῦ σώματος ἕξιν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ ἁπλῶς ἀκοῦσαι τὴν μεταβολὴν τοῦ βίου τὰς ἐπιληψίας ὠφελεῖν. ἐπειδὴ τοὐπίπαν ἡ μοχθηρὰ δίαιτα γεννᾷ τὸ πάθος, ὥσθ' ἡ μεταβολὴ πάνυ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἄγει.

μστ'.

Δύο πόνων ἅμα γιγνομένων μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

Εἰ μὲν ἀκριβῶς ἀκούει τις τὸν αὐτὸν τόπον, οὐδέποτε δύο δύνανται πόνοι γίνεσθαι κατὰ τὸν αὐτόν. εἰ δ' ἐν πλάτει, δυνατόν. λέγω δ' ἐν πλάτει περὶ μόριον μεῖζον, οἷον ἢ περὶ βραχίονα ἢ πῆχυν ἢ μη- [85] ρὸν ἢ κνήμην. ἀλλ' οὗτοί γε οἱ πόνοι συναύξουσιν ἀλλήλοις τὴν ἀνίαν τοῦ

et proportionales regionum mutationes. Dico autem proportionales, quum hae in caliditatem ac ficcitatem migrant. Eodem modo et victus; neque enim omnis victus mutatio epilepſiam ſolvit, ſed quae calidiorem et ficciorem corporis habitum efficit. Contingit autem ſimpliciter etiam exaudire vitae mutationem epilepſiae prodeſſe, quandoquidem victus depravatus hunc affectum plerumque generat. Quare et victus mutatio prorſus ad melius agit.

XLVI.

Duorum dolorum ſimul non eodem in loco oborientium alterum vehementior obſcurat.

Si quis anguſte quidem locum eundem intelligat, nunquam duo poſſunt eodem in loco fieri dolores; ſi quis vero late interpretetur, poſſunt. Dico autem late in parte majore, ut brachio aut cubito aut femore aut tibia. Verum hi duo dolores loci moleſtiam ſimul augent, quum neu-

Ed. Chart. IX. [85.] Ed. Baf. V. (250.)

μορίου, μηδ' ἑτέρου τὸν κάμνοντα διαλανθάνοντος. εἰ δ' ἐν διαφόροις τόποις εἶεν, ὁ μὲν εἰ τύχῃ κατὰ τὸν πῆχυν, ὁ ἐν τῇ κνήμῃ. συμβαίνει τηνικαῦτα πρὸς τοῦ σφοδροτέρου τὸν ἕτερον ἀμαυροῦσθαι, τῆς αἰσθητικῆς δυνάμεως ὅλης ἐπὶ τὸ σφοδρότερον ἀπαγομένης τε καὶ περιελκομένης. τοῦτο γὰρ ἡμῖν καὶ κατὰ τὰς λύπας εἴωθε συμβαίνειν, οὔσας καὶ αὐτὰς οἷον ἀλγήματά τινα τῆς ψυχῆς ἄνευ τοῦ σώματος. κατακρύπτουσι γὰρ οὖν ἐν αὐταῖς αἱ σφοδρότεραι τὰς ἐλάσσους, ὅταν γε μὴ περὶ ἑνὸς γίνονται πράγματος· εἰ δὲ μή γε, ἀλλήλας κἀκεῖναι συναύξουσιν.

μξ'.

Περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου, οἱ πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ ξυμβαίνουσι μᾶλλον ἢ γενομένου.

Τὸ πῦον ἐξ αἵματος γίνεται, μεταβάλλοντος εἰς ἡμιμόχθηρον, ὡς ἂν εἴποι τις μεταβολήν. ἡ μὲν γὰρ ἁπλῶς

ter lateat aegrotantem. Si vero diverſis locis inſideant, alter quidem, ſi ita contigerit, in cubito, alter vero in tibia, tunc a vehementiore alterum obtundi contingit, ſenſitrice facultate tota ad vehementiorem ducta ac diſtracta. Idem enim et nobis per moerores accidere conſuevit, qui et ipſi citra corpus velut quidam animi dolores ac morbi ſunt. Quare et ex iis qui ſunt vehementiores, minores occultant, quum praeſertim ab una eademque re ortum non habeant; alias et illi mutuum ſibi dant incrementum.

XLVII.

Dum pus procreatur, ſimul dolores ac febres magis quam eo procreato oboriuntur.

Pus ex ſanguine fit, in ſemipravam, ſi cui ita loqui liceat, mutationem degenerante. Nam prava abſolute

Ed. Chart. IX. [85.] Ed. Baf. V. (250.)

μοχθηρὰ μετὰ σηπεδόνος ἀποτελεῖται δυσώδους, ὥσπερ καὶ ἡ ἁπλῶς χρηστὴ θρέψις ἐστὶ τῶν τοῦ ζώου μορίων· ἡ δὲ τὸ πῦον ἐργαζομένη μεταξὺ τούτων ἐστὶν, οὔθ' ὑπὸ τῆς παρὰ φύσιν μόνης οὔθ' ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμασίας γινομένη. μικτὴ γάρ πως ἐξ ἀμφοῖν ἐστιν ἡ τῆς φλεγμονῆς. πόνος μὲν γίνεται τεινομένου τε ἅμα καὶ θερμαινομένου παρὰ φύσιν τοῦ φλεγμαίνοντος μορίου. πυρετοὶ δ' ἕπονται καὶ ἀρχῆς συνεκθερμανθείσης καὶ ταῦτ' ἄμφω συμβαίνει, κατὰ τὴν οἷον ζέσιν τε καὶ καῦσιν τοῦ αἵματος. ἐπειδὰν δὲ τελέως καυθῇ τὸ λείψανον αὐτοῦ, πῦον γίνεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν καυθέντων ξύλων ἡ τέφρα. καὶ διὰ τοῦτο κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον οἵ τε πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ λωφῶσι καὶ μάλισθ' ὅταν ἐκκριθῇ τὸ πῦον, ὡς ἂν ἤδη δεδαπανημένης μὲν τῆς ὕλης, ἐσβεσμένης δὲ τῆς φλογώδους θερμασίας.

ſanguinis mutatio, grave plente putredine perficitur, quemadmodum abſolute bona partium animalis nutritio eſt; at quae pus procreat, inter has exiſtat media, quae neque a ſolo praeter naturam calore, neque a ſolo ſecundum naturam peragitur. Mixtus enim quodammodo ex utrisque calor eſt inflammationis. Dolor autem excitatur quum pars inflammata praeter naturam tum tenditur, tum incaleſcit. Febres vero accenſum ſimul vitae principium ſequuntur et haec ambo ex quodam veluti fervore atque incendio ſanguinis oboriuntur. Quum autem ſanguis plane exuſtus fuerit, ejus reſiduum pus efformatur, quemadmodum in lignis combuſtis cinis. Quare per id tempus tum febres ceſſant, praeſertim quum pus excretum fuerit, utpote jam materia conſumta et inflammatorio calore exſtincto.

Ed. Chart. IX. [86.] Ed. Baf. V. (250.)

μη'.

[86] Ἐν πάσῃ κινήσει τοῦ σώματος, ὅταν ἄρχηται πονέειν, τὸ διαναπαύειν εὐθὺς ἄκοπον.

Τὸ πονεῖν σημαίνει μὲν καὶ τὸ ἀλγεῖν, σημαίνει δὲ καὶ τὸ κάμνειν καὶ καθ' ἑκάτερόν γε ὁ λόγος αὐτῶν ἀληθής ἐστιν. ἐάν τε γὰρ ἀλγῶσιν ἤδη τὰ μόρια διὰ τὰς πλείονας κινήσεις, ἐάν τε καὶ κάμνωσιν, ὡς ἐνεργεῖν ἔτι μόγις δύνασθαι, τὸ διαναπαύειν εὐθύς ἐστιν ἄκοπον.

μθ'.

Οἱ εἰθισμένοι τοὺς συνήθεας πόνους φέρειν, κἂν ὦσιν ἀσθενέες ἢ γέροντες, τῶν ἀσυνήθων ἰσχυρῶν τε καὶ νέων ῥᾷον φέρουσι.

Ἄλλος ἄλλῳ συνήθης πόνος ἐστί, τῷ μὲν δρόμος, ἤ τις ἑτέρα κίνησις διὰ τῶν σκελῶν, τῷ δὲ τὸ χειρονομεῖν, ἤ τις ἄλλη διὰ τῶν χειρῶν ἐνέργειαν, τοῖς δὲ τὸ σκάπτειν ἢ ἐρέσ-

XLVIII.

In omni corporis motu, quum id laborare coeperit, quies ſtatim laſſitudinem levat.

Laborare verbum *dolere* ſignificat, ſignificat et defatigari, atque utroque ſignificatu ſententia vera eſt; ſive enim partes jam doleant propter plures motus, ſive etiam ita ſint defeſſae, ut vix jam ſuas functiones obire queant, requieſcere ſtatim laſſitudinem ſolvit.

XLIX.

Qui ſolitos labores ferre conſueverunt, etiamſi invalidi ſint aut ſenes, eos facilius ferunt quam non aſſueti, tum robuſti, tum juvenes.

Alter alteri labor conſuetus eſt; huic quidem curſus aut quidam alius motus cruribus obeundus; illi vero chironomia aut alia quaedam manuum functio. Alii terram

Ed. Chart. IX. [86. 87.] Ed. Baſ. V. (250. 251.)

σειν ἢ ἀροῦν ἢ ἁπλῶς ὁτιοῦν ἄλλο. διαφορὰ δ' ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις ἐστὶ πόνοις, παρά τε τὸ πλείοσιν ἢ ἐλάσσοσιν ἐνέρειν μορίοις καὶ παρὰ τὸ αὐτοῖς ἢ μᾶλλον ἢ ἧττον. ἀλλὰ τό γε κοινὸν ἐπὶ πᾶσιν, εὐτονώτερα τῶν ἄλλων γίνεσθαι τὰ γυμναζόμενα μόρια, καὶ διὰ τοῦτο ῥᾷον ὑπομένει τοὺς συνήθεις πόνους.

ν'.

[87] Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου συνήθεα, κἂν ᾖ χείρω τῶν ἀσυνήθων, ἧσσον ἐνοχλεῖν εἴωθε. δεῖ οὖν καὶ εἰς τὰ ἀσυνήθεα μεταβάλλειν.

Οὐ περὶ τῶν γυμνασιῶν ἐστι μόνον ὡς ὁ πρόσθεν, ἀλλὰ περὶ πάντων ἁπλῶς ἀποφαίνεται τῶν συνήθων ὁ ἀφο-(251) ρισμὸς οὗτος, ἐδεσμάτων, ποτάτων, λουτρῶν, ἀλου-σίας, ἀγρυπνίας, ὕπνου, θάλψεως, ψύξεως, φροντίδων. ἧττον γὰρ ἕκαστον αὐτῶν βλάπτει σύνηθες γινόμενον τοῦ

fodere aut remigare aut arare aut ſimpliciter quodvis aliud agere conſueverunt; differunt autem omnes iſti labores, quia vel plures vel pauciores partes operantur et quia vel vehementius vel levius laborant. Hoc tamen omnibus commune exiſtit, quod exercitatae partes fiant robuſtiores, proindeque labores conſuetos facilius ferant.

L.

Conſueta longo tempore, etiamſi deteriora ſint, inſuetis moleſta minus eſſe ſolent. Quare ad inſueta etiam mutatio facienda.

Non de ſolis exercitationibus, ut ſuperior, verum abſolute de omnibus conſuetis hic aphoriſmus enunciat, eſculentis, poculentis, balneis, illotionibus, vigiliis, ſomno, calefactione, refrigeratione, curis ac ſtudiis. Haec enim ſingula quae conſueta ſunt minus iis nocent, quae ſua

Ed. Chart. IX. [87.] Ed. Baf. V. (251.)

φύσει μὲν ἀβλαβεστέρου, μηδέποτε δὲ εἰς ἔθος ἀφιγμένον. τὸ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν γυμνασιῶν οὕτως ἔχειν εἰς τὴν εὐρωστίαν τῶν ἐνεργούντων μορίων ἀναφέρεται, καθ' ὅ τι προείρηται, τὸ δ' ἐπὶ τῶν ἄλλων ὅπως γίνεται νῦν ἐροῦμεν. ἐδέσματα μὲν καὶ πόματα φύσιν ἐπίκτητον ἐργάζεται, μάλιστα μὲν ἐν τῇ γαστρὶ, σὺν ἐκείνῃ δέ πως ἤδη καὶ κατὰ τἄλλα μόρια. καὶ γὰρ εἰ καὶ ὅτι μάλιστα κρατοῖτο καὶ μεταβάλλοιτο πρὸς τοῦ σώματος, ἀλλά τοι καὶ αὐτὰ διατίθησί πως αὐτὸ, κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν, ὥστ' ἐν τῷ χρόνῳ πολλὴν γενέσθαι τὴν ἐναλλαγὴν καὶ τὴν ὁμοίωσιν τοῖς τρεφομένοις συστῆναι πρὸς τὰ τρέφοντα. ἐπιδέδεικται γὰρ τοῦτο ἡμῖν ἐν τῷ περὶ ἐθῶν βιβλίῳ. δέδεικται δὲ καὶ ὅτι πρὸς τῶν ὁμοίων ἕκαστον θᾶττον ἀλλοιοῦται. διὰ τοῦτ' οὖν, ὅταν ὁμοιότερον γένηται τῷ μεταβαλλομένῳ τὸ μεταβάλλον, ἀλλοιοῖ θᾶττον αὐτό. καὶ μὲν δὴ καὶ πρὸς τῶν ἄλλων ἁπάντων, οἷς ὁμιλεῖ τὸ σῶμα, διατίθεταί πως οἷον ἐν ἀέρι ψυχρῷ καὶ θερμῷ, πυκνούμενον μὲν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, ἀραιούμενον δ' ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἀνέ-

quidem natura innocentiora, nunquam in conſuetudinem pervenerunt. Quod igitur ita ſe res habeat in exercitationibus ad partium agentium robur refertur, prout ante dictum eſt; in reliquis vero quomodo fiat jam dicemus. Cibi ac potus cum aliis in partibus tum maxime in ventriculo adſcititiam naturam efficiunt. Etenim etiamſi a corpore quam maxime vincantur et transmutentur, ipſam tamen quodammodo pro ſui natura ita afficiunt, ut proceſſu temporis multa fiat immutatio atque nutriendis cum nutrientibus ſimilitudo concilietur. Id enim a nobis in libro de conſuetudinibus demonſtratum eſt. Demonſtratum vero eſt etiam unumquodque a ſimilibus promtius alterari ac immutari. Ea re igitur quum ſimilius immutando corpori immutans fuerit, celerius ipſum alterat ac immutat. Et ſane ab aliis omnibus, in quibus verſatur et adhaeret corpus, quadamtenus afficitur, veluti in aëre frigido vel calido; a frigido quidem denſatur, a calido vero laxatur;

Ed. Chart. IX. [87. 88.] Ed. Baſ. V. (251.)

χονται μὲν τῶν συνήθων μᾶλλον, ἐνοχλεῖται δ' ὑπὸ τῶν ἀήθων. εἰ γὰρ ἀραιῷ σώματι διὰ τὴν πρὸς τὸ θερμὸν ὁμιλίαν ἐξαίφνης προσπέσοι τὸ ψυχρὸν, εἴς τε τὸ βάθος αὐτοῦ διαδύεται παραχρῆμα καὶ βλάπτει μεγάλως. ἡ μὲν οὖν αἰτία καθ' ἕκαστον τῶν συνήθων ἐν τῷ περὶ ἔθους λέγεται γράμματι. τὸ δ' ἐκ τῆς πείρας ἐγνωσμένον ἤδη γινώσκομεν, ὃ μόνον ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης, οὐκ ἀξιώσας προσγράψαι τὴν αἰτίαν. ἀλλ' ἡμεῖς καὶ πρὸς τὴν αὐτῆς εὕρεσιν ἀφορμάς τινας δεδώκαμεν. ταῦτα μὲν οὖν ἱκανὰ πρός γε τὸ πρότερον μέρος τοῦ κατὰ τὸν ἀφορισμὸν λόγου. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ γεγραμμένον, ἐν ᾧ συμβουλεύει μεταβάλλειν πως εἰς τὰ μὴ συνήθη, χάριν ἀσφαλείας ὑγιεινῆς εἴρηται. σφαλερὸν γάρ ἐστι πᾶν ἔθος μονοειδὲς, ἀδοκήτοις τύχαις πραγμάτων ὑποπεπτωκο- [88] τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων. ἵν' οὖν μή ποτ' ἐξαίφνης περιπέσοντες ἀήθεσι πράγμασι μεγάλως βλαβῶμεν, ἄμεινον εἶναί φησιν ἁπάντων πεπειράσθαι. γένοιτο δ' ἂν τοῦτο, μὴ μενόντων ἡμῶν

atque ideo conſueta facilius perfert, ab inſuetis vero laeditur. Si enim caloris vicinia rarefacto corpori derepente frigus occurrerit, ejus altum quam primum permeat laeditque magnopere. Cauſa itaque cujusque rerum conſuetarum in libro de conſuetudinibus declarata eſt. Quod vero experientia notum eſt jam noſcimus; quod ſolum ſcripſit Hippocrates, qui ejus cauſam adſcribere non cenſuit. Nos vero ad hujus inventionem quasdam anſas et occaſiones dedimus. Haec igitur ad prioris partis aphoriſmi explicationem ſufficiunt. Quod vero ad finem ſcriptum eſt, ubi conſulit ad inſueta quodammodo faciendam eſſe mutationem, id ſanitatis ſecurius tuendae gratia additum eſt. Omnis enim uniformis conſuetudo periculoſa eſt; quum omnes homines inopinatis rerum caſibus ſubjiciantur. Ne igitur quandoque ex improviſo in res inſuetas illapſi graviter oblaedamur, ſatius eſſe inquit omnia tentare. Id autem fiet, ſi iisdem in rebus aſſuetis non

Ed. Chart. IX. [88.] Ed. Bas. V. (251.)

ἐπὶ τοῖς συνήθεσι διὰ παντὸς, ἀλλὰ ποτὲ μὲν καὶ τῶν ἐναντίων ἀποπωρωμένων.

να'.

Τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν ἢ πληροῦν ἢ θερμαίνειν ἢ ψύχειν ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν σφαλερόν. καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. τὸ δὲ κατ' ὀλίγον ἀσφαλὲς καὶ ἄλλως ἢν καί τις ἐξ ἑτέρου μεταβαίνῃ ἐφ' ἕτερον.

Διὰ τί τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης πληροῦν ἢ κενοῦν ἢ θερμαίνειν ἢ ψύχειν ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν κινεῖν τὸ σῶμα σφαλερόν ἐστιν αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπὼν ἅπαν εἶναι τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. ἔστι γὰρ ἡ φύσις ἐν συμμετρίᾳ τῶν στοιχείων ἔχουσα τὴν οὐσίαν. εἰκότως οὖν τὸ πολὺ πᾶν, ὡς ἂν φθεῖρον, τὴν συμμετρίαν διαλυτικόν ἐστι τῆς τοῦ ζώου συστάσεως. τὸ δὲ κατὰ μικρὸν, φησὶ, πληροῦν ἢ κε-

semper immoremur, sed insolitas quoque interdum et contrarias experiamur.

LI.

Confertim ac repente vacuare vel replere, calefacere vel refrigerare aut alio quocunque modo corpus movere, periculosum. Omne siquidem nimium naturae inimicum. Quod autem paulatim fit, securum est cum alias tum maxime si quis ab altero ad alterum transierit.

Cur confertim ac repente implere aut vacuare, calefacere vel refrigerare aut alio quocunque modo corpus movere periculosum sit, ipse declaravit, quum nimium omne naturae inimicum esse pronunciaret. Nam in elementorum commoderatione natura suam habet substantiam; quare ratione nimium omne, ut quod destruat commoderationem, animalis constitutionem dissolvit. Paulatim vero,

Ed. Chart. IX. [88. 89.] Ed. Baſ. V. (251.)

νοῦν ὀηλονότι καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις ἑξῆς εἶπεν ἀσφαλὲς ἄλλοτε γινόμενον καὶ μάλισθ' ὅταν ἐξ ἑτέρου τινὸς τῶν ἐν ἕθει τὴν μεταβολὴν εἰς ἕτερον ποιώμεθα. συνεβούλευσε γὰρ ἐν τῷ πρὸ τούτου ἀφορισμῷ καὶ ἐς τὰ ἀσυνήθη μεταβαίνειν. ἐν ταῖς τοιαύταις οὖν μεταβάσεσι τὸ μὲν κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης σφαλερὸν ἱκανῶς ἐστι, τὸ δὲ κατὰ μικρὸν ἀσφαλές.

νβ'.

Πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι, μὴ γινομένων τῶν κατὰ λόγον, μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

Οὐ σμικρᾶς ἐπιστήμης ἔργον ἐστὶ τὸ μὴ μεταβαίνειν ἀπὸ τῶν ὀρθῶς δοξάντων, εἰ καὶ μηδέπω φαίνηται σαφὴς ἡ ὠφέλεια, τοῖς οὕτω γινομένοις ἑπομέ- [89] *νη. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλήττοντος τὴν ὑποκειμένην πέτραν σταλαγμοῦ*

inquit, implere nimirum aut vacuare et quae cetera deinceps commemorat facere, cum alias tum maxime quum a re quadam conſueta ad alteram mutationem facimus. Nam in praecedente aphoriſmo conſulebat etiam ad inſueta transeundum eſſe. In hiſce igitur mutationibus quod univerſim ac repente fit admodum periculoſum eſt, quod vero paulatim tutum.

LII.

Omnia pro ratione molienti, ſi ex ratione non ſuccedant, non ad aliud progrediendum eſt, decreto ab initio conſtante.

Non parvae ſcientiae munus eſt a rectis decretis non diſcedere, etſi nondum manifeſta proditur utilitas, res ita factas ſequuta. Quemadmodum enim gutta ſubjectam petram cadendo feriente vix longiſſimo tempore ſenſibilem

Ed. Chart. IX. [89.] Ed. Baſ. V. (251.)

παμπόλλῳ χρόνῳ μόγις αἰσθητὸν γίνεται τὸ τοῦ λίθου πάθος, οὕτω συμβαίνει καὶ τῶν δυσπέπτων διαθέσεων, ἐφ' ὧν ὁ κατὰ λόγον ὀρθὸν εὑρηκὼς τὸ συμφέρον οὐκ ἀφίσταται τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς, οὐδ' ἂν μηδὲν φαίνηται σαφὲς ἐπὶ τῇ χρήσει γεγενημένον.

νγ'.

Ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσι, νέοι μὲν ὄντες βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν τὰς ξηρὰς ἐχόντων, ἐς δὲ καὶ τὸ γῆρας χεῖρον ἀπαλλάσσουσι. ξηραίνονται γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖσιν ἀπογηράσκουσιν.

Καὶ σαφὴς ἐστιν ὁ ἀφορισμὸς καὶ ὅσα χρὴ λεχθῆναι περὶ αὐτοῦ, πρόσθεν ε ρηται κατ' ἐκεῖνον τὸν ἀφορισμὸν οὗ ἡ ἀρχὴ, ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσι ξηραίνονται.

---

lapidi laeſionem adferre deprehenditur, ſic etiam in dyſpepſiis crudisque affectibus ſe res habet, in quibus qui recta ratione quod conducat invenerit, ab eo non diſcedit, quod ab exordio faciendum exiſtimavit, etiamſi nihil certum ex illius uſu ſubſequutum appareat.

LIII.

Quicunque alvos humidas ſortiuntur, ii quidem ſi juvenes ſint, melius degunt quam qui ſiccas habent; at in ſenectute deterius ea defunguntur. Ipſis namque ſeneſcentibus plerumque exſiccantur.

Manifeſtus eſt tum hic aphoriſmus, tum patent quae de eo dicenda ſunt ſuperius prodita eo aphoriſmo, cujus principium eſt: *Quibus juvenibus alvi ſunt humidae, iis ſeneſcentibus exſiccantur.*

Ed. Chart. IX. [89. 90.] Ed. Baſ. V. (251.)

νδ'.

Μεγέθει δὲ σώματος ἐννεάσαι μὲν ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀηδές ἐστιν. ἐγγηράσαι δὲ εἶ δύσχρηστον καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

Μέγεθος σώματος κυρίως μὲν ὀνομάζεται τὸ κατὰ μῆκος καὶ βάθος καὶ πλάτος ὑπὲρ τὸ σύμμετρον ηὐξημένον, ἤδη δὲ καὶ τὸ κατὰ μῆκος μόνον ἐπὶ πλέον ηὐξημένων σῶμα προσαγορεύομεν ἐνίοτε μέγα, καίτοι τό γε κύριον ὄνομα τούτου τὸ μακρόν ἐστιν. ὀνομάζουσι γὰρ ἐνίοτε καὶ τὸ κατὰ πλάτος τε [90] καὶ βάθος, ὑπὲρ τὴν ἀναλογίαν ηὐξημένον σῶμα μέγα, καίτοι καὶ τοῦτο παχὺ λέγεται κυρίως ὀνομαζόμενον. εἰ μὲν οὖν μέγεθος σώματος εἴρηκεν ὁ Ἱπποκράτης τὸ κυρίως λεγόμενον, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μακροτέρου χεῖρον ἐν γήρᾳ, εἰ δὲ τὸ μακρὸν ἢ παχὺ δηλοῖ, χείρω καὶ δυσχρηστότερα ταῦτα γερόντων γίνεται. ἀλλὰ τῷ γε πάγει οὐδ' ἐννεάσαι καλὸν οὐδ' ἐλευθέριον. ἐπὶ τοίνυν

LIV.

Magnitudo corporis juventutem obeunti ingenua nec indecora; ſenectutem vero degenti incommoda parvitateque deterior eſt.

Magnitudo corporis proprie quidem appellatur, quae longitudine, latitudine et profunditate commoderationem exſuperat. Jam vero et quod longitudine ſola amplius auctum eſt corpus, id magnum appellamus, quamvis huic proprium nomen ſit longum. Nam et interdum quod latitudine ac profunditate ultra modum corpus auctum eſt, magnum eſſe proferunt, quamvis et id craſſum proprie nominetur. Si igitur magnitudinem corporis quae proprie dicitur Hippocrates intellexerit, nihilo ipſa deterior eſt ſenectuti quam parvitas. Si vero corporis longitudinem vel craſſitudinem intellexerit, hae deteriores atque ſeneſcentibus moleſtiores ſunt. Verum juventuti craſſitudo neque decora neque liberalis eſt. De ſola ergo longitu-

Ed. Chart. IX. [90.] Ed. Baſ. V. (251.)

μόνου τοῦ μακροῦ τὸ ἐννεάσαι μὲν ἐλευθέριον, ἐγγηράσαι δὲ δύσχρηστον ἀληθῶς λέγοιτο· κυφοῦται γὰρ τούτων γηρώντων καὶ μύγις δύνανται βαστάζειν, ὅπερ εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης δύσφορον.

dine, quod ſit juventuti liberalis, ſenectuti vero gravis et incommoda vere diceretur. Haec enim ſeneſcentibus incurveſcit, qui vix grave id onus perferre queunt, quod Hippocrates dyſphorum moleſtumque dixit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟΥΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

Ed. Chart. IX. [91. 92.] Ed. Baf. V. (252.)

[91] (252) *Προοίμιον Γαληνοῦ. Ἐν τῷ τρίτῳ τῶν εἰς τοὺς ἀφορισμοὺς ὑπομνημάτων τῷδε περὶ τῶν κατὰ τὰς ὥρας τε καὶ ἡλικίας Ἱπποκράτει γεγραμμένων ἐξηγησόμεθα. μάλιστα μὲν οὖν ὅσον ἐν αὐτοῖς ἀ-* [92] *σαφές ἐστι σαφηνίζοντες, ἔργον γὰρ τοῦτο ἴδιον ἐξηγήσεως, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἑκάστου τῶν ὀρθῶς εἰρημένων προστιθέντες, ἐπειδὴ καὶ τοῦτ' ἔστιν ἔθος ἐν τοῖς ὑπομνή-*

HIPPOCRATIS APHORISMI ET GALENI IN EOS COMMENTARII.

Praefatio Galeni. Hocce tertio in aphoriſmos commentario, quae tum de anni temporibus, tum aetatibus ab Hippocrate ſcriptis prodita ſunt, explicabimus, ea maxime declarantes quaecunque in ipſis obſcura deliteſcunt, hoc enim proprium eſt explicationis opus, appoſita tamen ſingulorum quae recte dicta fuerint demonſtratione, quoniam hoc quoque in commentariis fieri conſue-

Ed. Chart. IX. [92.] Ed. Baſ. V. (252.)

μασιν γίνεσθαι. θαυμάζω δὲ κἀνταῦθα τὴν ἀνωμαλίαν τοῦ Λύκου γράφοντος μέν, ὡς φησιν, ἐξηγήσεις Κοΐντου τοῦ διδασκάλου, μηδενὶ δὲ τῶν κατὰ τὰς ὥρας καὶ ἡλικίας εἰρημένων προσθέντος πίστιν ἀποδεικτικὴν, ἀλλ' εἰς ἐμπειρίαν καὶ τήρησιν ἀναπέμψαντος ἅπαντα, καίτοι γ' ἄλλους πολλοὺς ἀφορισμοὺς ἐξηγούμενος αὐτὸς ἐπισκέπτεται λογικῶς ὑπὲρ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀληθείας, οὐκ ἀρκούμενος μόνῃ τῇ πείρᾳ. ὅτι δ' οὐ δυνατόν ἐστι μόνῃ τῇ πείρᾳ τοιαύτην ἀθροῖσαι θεωρίαν Ἱπποκράτης τε αὐτὸς ἐνδείκνυται τοῦτο καὶ προδόντος ἐπιδειχθήσεται τοῦ λόγου.

α'.

Αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταβολαὶ ἢ ψύξιος ἢ θάλψιος καὶ τἄλλα κατὰ λόγον οὕτως.

---

vit. Miror autem hic Lyci inconſtantiam, qui quidem, ut ipſe ait, Quinti praeceptoris interpretationes ſcribat, nec eorum quae de anni tempeſtatibus et aetatibus dicta ſunt demonſtrativam ullam probationem adjiciat, ſed ad experientiam et obſervationem omnia referat, etiamſi ipſe alios multos aphoriſmos interpretando, rationalem de contenta in ipſis veritate ſpeculationem adhibeat, non ſola experientia contentus. Quod vero ſola experientia talem contemplationem colligere nequeat, id et ipſe oſtendit Hippocrates et in orationis proceſſu demonſtrabitur.

I.

Tempeſtatum anni mutationes morbos potiſſimum pariunt et in ipſis anni tempeſtatibus magnae mutationes aut frigoris aut caloris et ita pro ratione cetera.

Ed. Chart. IX. [92.] Ed. Baſ. V. (252.)

Μεταβολὰς ὡρῶν ἔνιοι νομίζουσι λέγεσθαι καθ' ἃς εἰς ἀλλήλας μεταβάλλουσιν, ὡς εἰ καὶ διαδοχὰς τὰς μεταβολὰς εἰρήκει. χειμῶνος μὲν γὰρ εἰς ἔαρ μεταβάλλοντος ἡ γένεσίς ἐστι τῶν εἰρημένων νοσημάτων, ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἐφεξῆς ἐρεῖ. τοῦ μὲν γὰρ ἦρος τὰ πανικὰ καὶ τὰ μελαγχολικὰ καὶ τὰ ἐπιληπτικά. τοῦ δ' ἦρος πάλιν εἰς θέρος μεταβάλλοντος, ὅπερ ἐστὶν ἀρχομένου θέρους, πυρετοὶ συνεχεῖς, φησὶ, καὶ τριταῖοι καὶ καῦσοι καὶ τἆλλα ὅσα τούτοις ἐφεξῆς κατέλεξε. καὶ περὶ φθινοπώρου δὲ καὶ χειμῶνος ὁμοίως ἔγραψεν, ὡς φασιν οἱ τὰς μεταβολὰς ἐν ἴσῳ τῷ διαδοχὰς ἡγούμενοι λέγεσθαι. ἀλλὰ τὸ μάλιστα προκείμενον ἐν τῇ λέξει τοῦ ἀφορισμοῦ τὴν ἐξήγησιν ταύτην οὐ προσίεται. μεταβαλλουσῶν γὰρ ἐνίοτε εἰς ἀλλήλας τῶν ὡρῶν, ὥσπερ ἔνια συνίσταται νοσήματα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ λύεται. καὶ τοῦτο αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Ἱπποκράτης· ὥστε οὐδὲν μᾶλλον αἱ διαδοχαὶ τῶν ὡρῶν τίκτουσι νοσήματα, ἀλλὰ καὶ τὸ μάλιστα προσέθηκεν. ἄμεινον τοίνυν ἐστὶ διὰ τὴν προσ

Mutationes temporum nonnulli autumant dici, quibus invicem commutantur, quaſi ſucceſſiones mutationes diceret. Nam hieme ad ver transeunte fit dictorum morborum generatio, de quibus ipſe deinceps loquetur. Vere namque maniae, melancholiae et epilepſiae. Veris autem rurſum in aeſtatem mutatione, quod aeſtatis eſt initio, febres continuae, inquit, et tertianae et ardentes, ceteriqne deinceps morbi quos connumeraverit. Atque de autumno ac hieme ſimiliter ſcripſit, ut inquiunt illi qui pro eodem mutationes et ſucceſſiones accipi augurantur. Sed vox potiſſimum aphoriſmi textui addita hanc explicationem non admittit. Nam quemadmodum interdum in mutuis tempeſtatum anni commutationibus quidam morbi generantur, eodem etiam modo ſolvuntur et hoc ipſe Hippocrates pronunciavit. Quare nihilo magis ſucceſſiones tempeſtatum morbos pariunt quam ſolvunt. Quomodo igitur non ſat fuit ipſi dicere: mutationes temporum morbos pariunt, ſed et potiſſimum addidit? Melius itaque

Ed. Chart. IX. [92. 93.] Ed. Baſ. V. (252.)

θήκην τήν τε μεταβολὰς ἀκούειν τὰς κατὰ τὴν κρᾶσιν αὐτῶν ἀλλοιώσεις. αὗται γάρ εἰσιν αἱ μάλιστα τίκτουσαι νόσους, ὅταν ἐφεξῆς ἀλλοιώσεις ὦσι πλείους, ὡς ἐν ταῖς ἐπιδημίαις ἔγραψε καὶ νῦν δ' ὀλίγον ὕστερον ἐρεῖ. ἡ δὲ μιᾶς ὥρας ἀλλοίωσις μόνης [93] *ἐργάζεται μὲν νόσους τινὰς, ἀλλ' οὐ μάλιστα. πότ' οὖν μάλιστα νόσοι γίνονται κατὰ μίαν ὥραν ἀλλοιωθεῖσαν; ὅταν συμβῇ μεγάλην ἔσεσθαι τὴν μεταβολήν καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸς εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης· καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταβολαὶ ἢ ψύξιος ἢ θάλψιος ἤ τινος τῶν ἄλλων, οἷον ὑγρότητος ἢ ξηρότητος ἢ πνευμάτων ἢ ἀπνοιῶν. αὕτη μὲν οὖν ἡ ἐξήγησις ὀρθῶς εἴρηται τῆς προκειμένης γραφῆς. ἔστι δέ τις καὶ ἄλλη γραφὴ τοιάδε· αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων τίκτουσι νοσήματα μέγιστα. μάλιστα δὲ καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταβολαί. καθ' ἣν οὐδέν ἐστιν ἀσαφὲς καὶ μάλιστα τοῖς ἀκηκοόσιν ὧν ἄρτι πέπαυμαι λέγων. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τινὲς*

fuerit propter hanc additionem, eas tempeſtatum mutationes intelligere, quae pro ipſarum temperamento fiunt alterationes. Hae ſiquidem ſunt quae potiſſimum morbos pariunt, quum plures alia poſt aliam alterationes oboriuntur, quemadmodum in epidemiis ſcripſit et nunc etiam paulo poſt dicturus eſt. At vero unius temporis ſolius alteratio morbos quidem nonnullos efficit, non tamen potiſſimum. Quando igitur fiunt morbi potiſſimum ex unius tempeſtatis alteratione? Quum magnam alterationem eſſe contigerit, propterea namque dicebat et in ipſis tempeſtatibus magnae mutationes aut caloris aut frigoris aut alterius cujusdam humiditatis aut ſiccitatis, ventorum horumve ſilentii. Ipſa igitur eſt praeſentis textus explicatio recte prodita. Eſt et alter quidam ejusmodi textus: mutationes temporum pariunt morbos maximos, potiſſimum autem et in quibusdam temporibus magnae mutationes, in quo nihil obſcurum exiſtit, iis praeſertim qui ea audierunt, quae a me ſtatim antea dicta fuerunt. Sunt denique quaedam

Ed. Chart. IX. [93.] Ed. Baſ. V. (252.)

γραφαὶ τῆς αὐτῆς ῥήσεως, ἃς καὶ νοήσεις καὶ δοκιμάσεις, ἐξ ὧν εἶπον ὁρμώμενος.

β'.

Τῶν φυσίων αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ ἢ κακῶς πεφύκασιν.

Φύσεις εἴρηκε νῦν ὁ Ἱπποκράτης κατὰ τὸ κυριώτατόν τε καὶ πρῶτον σημαινόμενον, ὃ καθ' αὐτὴν μάλιστα τὴν οὐσίαν ἐστὶ τῆς φύσεως. ἐλέγομεν δ' ἐν τοῖς ἔμπροσθεν αὐτὴν κρᾶσιν εἶναι τῶν τεσσάρων στοιχείων, ὑγροῦ καὶ ξηροῦ καὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ. καὶ μέντοι καὶ δέδεικται πρὸς ἡμῶν ἐν τοῖς περὶ κράσεων μία μὲν κρᾶσις ἡ εὔκρατός τε καὶ ἀρίστη, δύσκρατοι δὲ καὶ μοχθηραὶ τὸν ἀριθμὸν ὀκτώ, τέσσαρες μὲν κατὰ μίαν ἐπικρατοῦσαν ποιότητα, τέσσαρες δ' ἄλλαι κατὰ δύο· κατὰ μίαν μὲν ἡ θερμὴ καὶ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ καὶ ὑγρά, κατὰ δύο δὲ ἡ θερμὴ καὶ ξηρὰ

et aliae hujus textus lectiones, quas iis quae diximus concitatus intellexeris atque probaveris.

II.

Naturarum quaedam ad aeſtatem, aliae ad hiemem bene aut male ſe habent.

Naturas hic appellavit Hippocrates in maxime propria ac primaria ſignificatione, quae ſecundum ipſam maxime ſubſtantiam naturae eſt. Dicebamus autem in praecedentibus ipſam eſſe temperamentum ex quatuor elementis, humido, ſicco, calido et frigido. In libris quoque de temperamentis demonſtratum eſt unum quidem eſſe temperamentum eucratum, temperatum, idque optimum; dyſcrata vero, intemperata eaque prava, octo numero; quatuor quidem unica praedominante qualitate; quatuor vero alia duabus qualitatibus. Atque una quidem praedominante calida, frigida, ſicca, humida; duabus vero

Ed. Chart. IX. [93. 94.] Ed. Baf. V. (253.)

καὶ ὑγρὰ καὶ θερμὴ καὶ ψυχρὰ καὶ ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ καὶ ξηρά. πρὸς μὲν δὴ τὸ θέρος αἱ ψυχραὶ καὶ ὑγραὶ φύσεις ἄριστα διάκεινται, πρὸς χειμῶνα δὲ αἱ θερμαὶ καὶ ξηραί. καθάπερ γε καὶ κακῶς αἱ μὲν θερμαὶ καὶ ξηραὶ πρὸς θέρος, αἱ δὲ ψυχραὶ καὶ ὑγραὶ πρὸς χειμῶνα. τελειότατα μὲν οὖν αἱ φύσεις αὗται πρὸς τὰς εἰρημένας ὥρας ἄριστά τε καὶ χείριστα διάκεινται, μετρίως δὲ αἱ καθ' ὁτιοῦν ἢ ὠφελούμεναι πρὸς τὰς ὥρας ἢ βλαπτόμεναι, καθάπερ ἡ ὑγρὰ καὶ θερμὴ θέρους καὶ χειμῶνος, ἐπειδὴ κατὰ τὸ θέρος μὲν ὡς ὑγρὰ βέλτιον διατίθεται, κατὰ δὲ τὸν χειμῶνα πάλιν ὡς θερμή.

γ'.

[94] *Τῶν νούσων ἄλλα πρὸς τὰς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι. καὶ ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας καὶ χώρας καὶ διαίτας.*

Ἀτακτότερον ἡρμηνευκέναι μοι δοκεῖ τὸν ἀφορισμὸν τοῦτον ὁ Ἱπποκράτης. ἄμεινον γὰρ ἂν οὕτως εἴρητο, τῶν

superantibus calida et ſicca, calida et humida, frigida et humida, frigida et ſicca. Ad aeſtatem itaque frigidae et humidae naturae optime afficiuntur; ad hiemem vero calidae et ſiccae, quemadmodum calidae et ſiccae per aeſtatem, frigidae et humidae per hiemem male afficiuntur. Perfectiſſime igitur hae naturae ad dicta tempora optime ac peſſime afficiuntur; mediocriter afficiuntur quae aliquo modo a temporibus aut juvantur aut laeduntur, ſicuti humida et calida, aeſtate et hieme, quoniam aeſtate quidem ut humida, hieme vero ut calida melius afficitur.

III.

Morborum alii et alia bene vel male ſe habere conſueverunt et quaedam aetates ad tempeſtates et regiones et victus rationes.

Inordinatius hunc aphoriſmum extuliſſe mihi videtur Hippocrates; melius enim utique ita dixiſſet: morbi et

Ed. Chart. IX. [94.] Ed. Baſ. V. (252.)

νοίσων καὶ τῶν ἡλικιῶν, ἄλλαι πρὸς ἄλλας ὥρας καὶ χώρας καὶ διαίτας εὖ καὶ κακῶς πεφύκασι. νόσοι μὲν οὖν εὖ πεφύκασι πρὸς ὥρας, ὡς μὲν πρὸς γένεσιν αἱ ὅμοιαι, ὡς δὲ πρὸς λύσιν αἱ ἐναντίαι. διώρισται γὰρ ἡμῖν ὑπὲρ τοῦδε πρόσθεν ἡνίκα ἐξηγούμεθα τὸν ἀφορισμὸν, οὗ ἡ ἀρχὴ, ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν, οἷς ἂν οἰκείη τῆς φύσεως. ἡλικίαι δὲ ὥσπερ καὶ φύσεις αἱ ψυχραὶ μὲν πρὸς θερμὰς, αἱ δὲ θερμαὶ πρὸς ψυχράς. ἡ μὲν τῶν γερόντων πρὸς θέρος, ἡ δὲ τῶν ἀκμαζόντων πρὸς χειμῶνα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ πρὸς τὰς χώρας οὐχ αἱ νοῦσοι μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ ἡλικίαι διάκεινται. γεννῶνται γὰρ μᾶλλον ἐν ταῖς θερμοτέραις χώραις αἱ θερμαὶ νοῦσοι καὶ ἧσσόν εἰσι κινδυνώδεις. ὑγιαίνουσί τε μᾶλλον ἐν ταῖς ψυχροτέραις χώραις αἱ θερμότεραι τῶν ἡλικιῶν, ἐπί τε τῶν ἄλλων ἀνάλογον. οὕτω δὲ καὶ πρὸς διαίτας ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ καὶ κακῶς διάκεινται νοῦσοί τε καὶ ἡλικίαι. αἱ μὲν γὰρ θερμότεραι πρὸς τὰς ψυχροτέρας, αἱ δὲ ψυχρότεραι πρὸς τὰς θερμοτέρας. καὶ αἱ μὲν ξηρότεραι πρὸς τὰς ὑγρο-

aetates, alii ad alia tempora et loca et victus genera bene maleve ſe habent. Morbi igitur bene ſe habent ad tempora quod ad ſui quidem generationem attinet, ſimiles, quod ad ſolutionem vero, contrarii. Id enim a nobis ſuperius definitum eſt, quum aphoriſmum illum explicaremus, cujus initium eſt: *In morbis parcius periclitantur, quorum naturae proprius.* Aetates autem quemadmodum et naturae frigidae quidem ad calida, calidae vero ad frigida tempora bene ſe habent. Senum quidem aetas ad aeſtatem, juvenum vero ad hiemem habent melius. Eadem ratione a locis quoque non morbi tantum, ſed etiam aetates afficiuntur. Nam morbi calidi in locis calidioribus magis procreantur minusque periculoſi ſunt, ſalubriusque degunt in frigidis regionibus aetates calidiores et in aliis ad proportionem. Sic vero et ad victus genus, alii ad aliud bene maleve ſe habent tum morbi tum aetates. Nam calidiores ad frigidiorem victum, frigidiores ad calidiorem, et ſicciores ad humidiorem, humidiores ad ſiccio-

Ed. Chart. IX. [94. 95.] Ed. Baf. V. (253.)

τέρας, αἱ δὲ ὑγρότεραι πρὸς τὰς ξηροτέρας εὖ διάκεινται, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν αἱ μὲν ἐναντίαι πρὸς τὰς ἐναντίας καλῶς, κακῶς δὲ αἱ ὅμοιαι πρὸς τὰς ὁμοίας. πλὴν εἰ ἡ σύμμετρος ἡλικία συμμέτρῳ παραβάλλοιτο διαίτῃ τε καὶ ὥρᾳ καὶ χώρᾳ. μόνον γὰρ οὕτως ὑπὸ τῶν ὁμοίων αἱ ὅμοιαι καλῶς διακείσονται. ταῖς δ' ἀμετρότερον ἐχούσαις ἡλικίαις κατὰ τὴν κρᾶσιν αἱ ἐναντίαι (253) χῶραι καὶ ὧραι καὶ δίαιται συμφορώτεραι. τῶν νόσων δ' ἀμετριῶν οὐσῶν ἁπάντων ἡ γένεσις μὲν ἐν ταῖς ὁμοίαις ὥραις καὶ χώραις, ἡ λύσις δ' ὑπὸ τῶν ἐναντίων γίνεται.

δ'.

[95] Ἐν τῇσιν ὥρῃσιν, ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρας ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος ποιέει, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι χρή.

Δεόντως, οὐ γὰρ αἱ προσηγορίαι τῶν ὡρῶν αἰτίαι τῶν νοσημάτων, ἀλλ' αἱ κράσεις εἰσίν. ὅταν οὖν αὗται μετα-

rem bene ſe habent. Et ut ſimpliciter dixerim, contrarii quidem ad contrarium victum, ſimiles autem ad ſimiles male habent; praeterquam ſi aetas commoderata et victui et regioni et loco temperatiori comparetur: hoc enim ſolo modo ſimiles a ſimilibus bene afficientur. Quae vero immoderatius a temperie receſſerint aetates, iis temperamento contraria loca, tempora et victus genera magis conferunt. Quum vero omnes morbi ametriae quaedam ſint, eorum quidem a ſimilibus locis ac temporibus ortus eſt, a contrariis vero ſolutio.

IV.

Quum per anni tempeſtates eodem in die modo calor, modo frigus oboriatur, autumnales morbi exſpectandi ſunt.

Merito ſane; non enim tempeſtatum appellationes, ſed temperaturae morborum cauſae ſunt. Quum itaque

Ed. Chart. IX. [95.] Ed. Baſ. V. (253.)

πέσωσιν, ἀναγκαῖόν ἐστι συμμεταπίπτειν καὶ τὰ νοσήματα.

ε'.

Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοί. ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι πάσχουσι. ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι, φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσι ἀῤῥωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή.

Τὸ μὲν οὖν γινόμενον ἐδήλωσεν εἰπὼν ὅτι νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεις, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοί. τὴν δ' αἰτίαν προσγράψας, ὅταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι πάσχουσιν. ἀεὶ γὰρ χρὴ τὸν ἰατρὸν ἀποχωρίζειν τε καὶ διακρίνειν τὸ διά τι τῶν ἔξωθεν, οὐ διὰ

ipſae diverſe immutantur, morbos quoque diverſos parturire neceſſe eſt.

V.

Auſtri auditus hebetudinem, viſus caliginem, capitis gravitatem, torporem ac reſolutionem excitant; quum hi imperium habuerint, iſta in morbis patiuntur. At ſi aquilonia tempeſtas fuerit, tuſſes, faucium aſperitates, alvi durae, urinae ſtillicidia, horrores, laterum et pectoris dolores oboriuntur. Hoc itaque dominante talia in morbis exſpectanda ſunt.

Rei quidem effectum declaravit his verbis, quod auſtri auditus hebetudinem, viſus caliginem, capitis gravitatem, torporem ac reſolutionem excitant; cauſam vero his adſcriptis indicavit: quum hi imperium habuerint, in morbis talia patiuntur. Semper enim medicum id diſtinguere ac ſeparare oportet, quod propter externam ali-

Ed. Chart. IX. [95. 96.] Ed. Baf. V. (253.)

τὰς νόσους γεγονὸς, ἵνα καὶ τὰς προγνώσεις ἀκριβέστερον ποιῆται. τὴν δ' αἰτίαν δι' ἣν οἱ νότοι βαρυηκοΐαν ποιοῦσι καὶ ἀχλυώδη τὴν ὄψιν, οὐ χαλεπὸν ἐκ τῆς κράσεως αὐτοῦ κατανοῆσαι, θερμοῦ καὶ ὑγροῦ τὴν φύσιν ὑπάρχοντος. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα πληρωτικὰ τῆς κεφαλῆς εἰσι, διὰ τοῦτ' οὖν τά τε τῶν αἰσθήσεων ὄργανα μετὰ πολλῆς ὑγρότητος ἀποφαίνουσι καὶ καρηβαρίας ἐργάζονται. τῆς δ' ἀρχῆς τῶν νεύρων ὑγρασμένης, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ περὶ τὰς καθ' ὁρμὴν ἐνεργείας γίνεσθαι νωθρότητα καὶ ὥσπερ διαλελυμένον ἐν ἑαυτῷ φαίνεσθαι τὸν ἄνθρωπον. ἐξ ὑπεναντίου δὲ πάλιν ἐν τοῖς βορείοις, ὡς αὐτὸς ἐρεῖ κατω- [96] τέρω, συνίσταται τὰ σώματα καὶ εὔτονα, εὐκίνητα καὶ εὐηκοώτερα γίνεται. νυνὶ δὲ οὐκ ἀνθέθηκε ταῦτα τοῖς ὑπὸ τοῦ νότου περὶ τὸ σῶμα συμβαίνουσιν, ἐπειδὴ κατὰ τὸν ἀφορισμὸν τοῦτον αὐτῷ περὶ τῆς ἐξ ἑκατέρων τῶν ἀνέμων βλάβης διελθεῖν, προὔκειτο μόνον, ἵν' εἰδότες ταῦτα ἀποχωρίζωμεν ὅσα διὰ τὰς νόσους συμβαίνει· ἐν τοῖς βορείοις οὖν, φησὶ, γίνονται βῆχες διὰ δυσκρασίαν δηλονότι τῶν

quam cauſam, non ratione morborum accidit, ut accuratius praenotiones moliatur. Quam vero ob cauſam auſtri graviorem auditum et viſum caliginoſum efficiant, difficile non eſt ex ipſius temperamento intelligere, quum calida et humida ſit natura. Etenim ejusmodi omnia caput replent, proindeque ſenſuum inſtrumenta plurima implent humiditate et capitis gravitatem efficiunt. Humefacto autem nervorum principio neceſſe eſt et circa voluntarios motus ſtuporem evenire, ac veluti in ſe ipſo languidum ſolutumque hominem conſpici. Contra vero in aquiloniis, ut ipſe dicturus eſt inferius, corpora coguntur, robuſta, vegeta, ad motus promtiora et auditu valentiora reddunturur. Nunc vero haec non oppoſuit ab auſtro corpori oborientibus, quoniam hoc aphoriſmo de laeſione tantummodo quae ex utroque accidit vento, differere propoſuit, ut his cognitis, quae ex morbis accidunt, ſeparemus. In aquiloniis igitur, inquit, tuſſes oboriuntur propter vide-

Ed. Chart. IX. [96.] Ed. Baſ. V. (253.)

ἀναπνευστικῶν ὀργάνων καὶ διὰ τὴν τραχύτητα τῆς φάρυγγος, ὑπὲρ ἧς ἐνεδείξατο προσθεὶς τὸ φάρυγγες, ἵνα προσυπακούσωμεν τὸ πάσχουσι. καὶ γὰρ καὶ οὕτως εἴωθεν ἑρμηνεύειν ἐνίοτε· μετ' ὀλίγα οὖν ἐρεῖ τοῦ μὲν φθινοπώρου καὶ θερινῶν τὰ πολλὰ, πυρετοὶ τεταρταῖοι καὶ πλάνητες καὶ σπλῆνες. ἔνεστι δὲ καὶ συνάπτοντας ἀναγινώσκειν ἅμα τὰ δύο. φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, καθάπερ ἔνιοι τῶν ἐξηγητῶν ἠξίωσαν. αἵ τε γὰρ φάρυγγες ἐν ταῖς βορειαις καταστάσεσι γίνονται σκληραὶ διὰ τὸ ξηραίνεσθαί τε καὶ ψύχεσθαι καὶ ἡ γαστὴρ ἡ κάτω σκληρὰ διαχωρεῖ διά τε τὴν κρᾶσιν τῆς καταστάσεως ἐπὶ ξηρότερον ῥέπουσαν, ὅλου τοῦ σώματος ξηραινομένου καὶ μᾶλλον ἕλκοντος εἰς ἑαυτὸ τὰς ἐκ τῶν σιτίων ὑγρότητας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διό τε χρόνῳ πλείονι μένοντα καὶ μὴ διαχωρούμενα πάντα ἐξικμάζεται. καὶ αἱ δυσουρίαι δὲ γίνονται τῆς κύστεως βλαπτομένης ἐν τῷ βορρᾷ διὰ τὴν ψύξιν· ἄναιμός τε γάρ ἐστι ψυχρὰ καὶ διὰ ταῦτα πλέον ἢ τἄλλα μόρια τοῖς ψυχροῖς αἰτίοις εὐάλωτα. ἡ αὐτὴ δὲ τοῦ βορρᾶ ψυχρότης καὶ τὰς

licet inſtrumentorum reſpirationi ſervientium intemperiem et propter faucium aſperitatem, de qua nobis ſe loqui oſtendit, quum *fauces* addidit, ut inde ſubintelligeremus, patiuntur. Nam interdum hoc modo loqui conſuevit. Paulo poſt enim dicet: autumno aeſtivi multi morbi et febres quartanae et erraticae et lienum tumores. Poſſumus et conjunctim iſta legere, fauces, alvi durae, ut nonnulli augurantur interpretes. Faucis enim aquiloniis conſtitutionibus durae fiunt, quoniam tum exſiccantur, tum refrigerantur, venterque inferior dura dejicit, tum propter temporis conſtitutionem ad ſiccius temperamentum vergentem, toto ſicceſcente corpore et avidius ad ſe obortas ex cibis humiditates trahente; tum etiam quia longiori tempore retenta excrementa nec permeantia tota exſucta areſcunt. Dyſuriae etiam accidunt, laeſa aquilonis frigore veſica; eſt enim tum exſanguis tum frigida, proptereaque cauſis frigidis patens plus quam ceterae partes ab ipſis afficitur. Idem boreale frigus etiam thoracis tum

Ed. Chart. IX. [96.] Ed. Baf. V. (253.)

τοῦ θώρακος ὀδύνας ἐργάζεται τῇ κοινῇ πρὸς τἆλλα μόρια βλάβῃ καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀναπνοῆς αὐτοῦ προσειληφότος, ἥτις οὐχ ὁμοίως ἅπτεται πνεύμονός τε καὶ καρδίας, διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἐν αὐτοῖς θερμασίας. τὸ δὲ φρικώδεις γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν ταῖς βορείαις καταστάσεσι, πρόδηλον ὡς διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀκόλουθον κρᾶσιν.

στ'.

Ὁκόταν θέρος γένηται ἦρι ὅμοιον, ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἱδρῶτας πολλοὺς προσδέχεσθαι χρή.

Ὥσπερ ὀλίγοι ἔμπροσθεν ἔλεγεν, ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος ποιέῃ, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα δεῖ προσδέχεσθαι, οὕτω νῦν πάλιν, ὅταν θέρος ὅμοιον γένηται ἦρι, τουτέστι σύμμετρον τῇ κράσει, προδέχεσθαί φησι χρῆναι πολλοὺς ἱδρῶτας ἐν τοῖς πυρετοῖς· εἰκότως. οὔτε γὰρ ἄνευ τοῦ θερμὸν εἶναι τὸ περιέχον ἱδρῶτες δύνανται γίνεσθαι πολλοὶ οὔτ' ἄνευ τοῦ περιέχε-

dolores efficit communi aliis partibus laeſione, tum proprium ipſius partis dolorem conſequutae, qui non peraeque pulmonem et cor attingit ob caloris ipſarum partium copiam. Homines vero ab aquilonio flatu horridos fieri produnt conſentaneae ambientis aëris temperaturae.

VI.

Quum aeſtas veri ſimilis fuerit, in febribus copioſi ſudores exſpectandi ſunt.

Quemadmodum paulo ante dicebat, quum eodem die modo calor, modo frigus accidit, morbos autumnales exſpectare oportet; ſic nunc rurſus: quum aeſtas ſit veri ſimilis, hoc eſt temperamento commoderata, exſpectare, inquit, oportet multos ſudores in febribus, ratione optima. Nam ſine aëris nos ambientis calore et niſi ali-

Ed. Chart. IX. [96. 97.] Ed. Baf. V. (253.)

σθαί τινα ὑγρότητα περιττὴν ἐν τῷ σώματι. τούτων δὲ τὸ μὲν ἕτερόν ἐστιν ἐν τῷ θέρει, τὸ δ' ἕτερον ἐν τῷ χει-
[97] μῶνι. κατὰ δὲ τὸ φθινόπωρον οὐδέτερον, ἄμφω δ' ἐν τῷ ἦρι. δεόντως οὖν τὸ μὲν αὐχμηρὸν ἱκανῶς θέρος δαπανᾷ τε καὶ διαφορεῖ τὴν ὑγρότητα, τὸ δ' ὅμοιον ἦρι διὰ μὲν τὴν θερμασίαν ἕλκει πρὸς τὸ δέρμα, διὰ δὲ τὴν ὑγρότητα διαφορεῖν ἀτμοειδῶς οὐ δύναται. ἀθρόως οὖν ἐν ταῖς τῶν νούσων κρίσεσι τὸ ὑγρὸν ἅπαν ἐκκρινόμενον, ἱδρῶ-τας πολλοὺς ἐργάζεται.

ζ'.

Ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίνονται, καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, ὁκοίην καὶ τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.

Οὐ πολλοὺς πυρετοὺς ἐν τοῖς αὐχμοῖς γίνεσθαί φησιν, ἀλλ' ὀξεῖς, ἐπεί τοί γε μετ' ὀλίγον ἐρεῖ· τῶν δὲ καταστά-

qua redundans humiditas in corpore contineatur, multi ſudores fieri nequeunt. Horum primum aeſtate, alterum hieme, neutrum autumno, utrumque vere oboritur. Decenter igitur aeſtas quae ſit arida ſatis humiditatem abſumit diſcutitque. Similis autem veri per calorem quidem ad cutim attrahit, ſed prae humiditate in vaporis ſpeciem diſcutere non poteſt. Morborum itaque criſibus dum tota humiditas affatim excernitur, multos ſudores efficit.

VII.

Per ſqualores febres acutae fiunt. Quod ſi annus magna ex parte talis extiterit, qualem temporis ſtatum effecerit, tales plerumque morbos exſpectare oportet.

Non multas ait oboriri febres ſiccitatibus, ſed acutas, quoniam paulo poſt dicturus eſt: *ex anni conſtitutionibus*

Ed. Chart. IX. [97.] Ed. Baſ. V. (253. 254.)

σεων τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρίων μᾶλλόν εἰσιν ὑγιεινότεροι καὶ ἧσσον θανατώδεες καὶ τοῦτο ἐφεξῆς συνάπτων πάλιν ἐρεῖ· νοσήματα δὲ ἐν μὲν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνονται, πυρετοί τε μακροὶ δεόντως. ἡ μὲν γὰρ ὑγρότης τοῦ περιέχοντος τούς τε φλεγματωδεις ἀθροίζει χυμοὺς καὶ τῶν ὑδατωδῶν περιττωμάτων οὐκ ὀλίγα, ἡ δὲ ξηρότης ἐνδεεστέρους μὲν τῷ πλήθει τοὺς χυμοὺς ἐργάζεται, χολωδεστέρους δὲ τῇ ποιότητι καὶ διὰ τοῦτο οἱ πυρετοὶ τὸν ἀριθμὸν μέν εἰσιν ἐλάττους τῶν ἐν ταῖς ἐπομβρίαις, ὀξύτεροι δὲ γίνονται. τὰ δ' ἐξῆς τούτων εἰρημένα κατὰ τὸν ἀφορισμὸν εὔδηλα.

η'.

(254) Ἐν τοῖσι καθεστεῶσι καιροῖσι, ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδίδωσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέστατοι γίνονται αἱ νοῦσοι. ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι.

---

in univerſum dixerim ſiccitates imbribus longe ſalubriores minusque letales. Rurſum illud deinceps conjungens pronunciabit: *per aſſiduos imbres morbi plerumque generantur et febres longae*, decenter profecto: nam ambientis humiditatis pituitoſos humores congerit, neque aquoſa excrementa pauca accumulat; ſiccitas vero copia quidem pauciores humores, ſed qualitate bilioſiores efficit, ac proinde febres numero quidem iis ſunt pauciores, quae per aſſiduos imbres oboriuntur, ſed acutiores. Quae vero deinceps in aphoriſmo dicuntur, manifeſta ſunt.

VIII.

Si ſtatis temporibus tempeſtive anni tempeſtates ſuccedant, morbi bene morati et iudicatu faciles oriuntur. Male vero conſtitutis, male morati ac intempeſtivi difficilisque judicii.

Ed. Chart. IX. [97. 98.] Ed. Baſ. V. (254.)

Καθεστῶτας καλεῖται καιροὺς τὰς ὥρας τὰς ἐν τάξει τὴν οἰκείαν κράσιν ἀπειληφυίας. τίνα δὲ καθεσιῶτα [98] *καλεῖ τῶν ἐτῶν ἐνεστί σοι μαθεῖν παρ' αὐτοῦ λέγοντος ἐν τοῖς περὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ ἀέρων ὧδε· ἢν μὲν κατὰ λόγον γένηται τὰ σημεῖα ταῦτ' ἐπὶ τοῖσι ἄστροις δύνουσί τε καὶ ἐπιτέλλουσι, ἔν τε τῷ μετοπώρῳ, ἢν ὕδατα γένηται καὶ ὁ χειμὼν μέτριος καὶ μήτε λίαν εὔδιος, μήτε ὑπερβάλλων τὸν καιρὸν τῷ ψύχει, ἔν τε τῷ ἦρι γένηται ὕδατα ὡραῖα καὶ ἐν τῷ θέρει, οὕτω τὸ ἔτος ὑγιεινότατον εἰκὸς ὑπάρχειν. ὁπότ' οὖν ἤδη μεμάθηκας ὁποῖόν τι τὸ καθεστὸς ἔτος εἶναι βούλεται, ῥᾷστόν σοι νοῆσαι τὸ ἀκατάστατον. ἅπαντα γὰρ ὅσα μὴ φυλάττῃ κατά τι τὴν τοῦ καθεστῶτος ἔτους ἀγωγήν, αὐτά τε καλεῖ νῦν καὶ Ἱπποκράτης ἀκατάστατα καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς νόσους ὁμοίως προσαγορεύει. φησὶ δ' αὐτὰς καὶ δυσκρίτους εἶναι, τουτέστι κακοκρίτους. ἢ γὰρ μετὰ κινδυνωδῶν συμπτωμάτων αἱ κρίσεις γίνονται τοῖς τοιούτοις νοσήμασιν ἢ αὐτίκα ὀλέθριοι ἢ πάντως ὑποτροπιάζουσιν.*

Stata tempora vocitant anni tempeſtates ordinatim proprium temperamentum ſortitas. Quem vero ſtatum annum appellet, ab ipſo tibi licet diſcere in libro de aëre, locis et aquis ita pronunciante: ſi ſane in ſiderum ortu et occaſu rationi conſona ſigna appareant, ſi autumni poſtremo imbres fiant, ſi hiems moderata ſit, neque nimis tepens, neque frigore tempus legitimum excedens, ſi vere et aeſtate imbres tempeſtivi decidant, ſic annum fore ſaluberrimum par eſt. Quum itaque jam didiceris, quem ſtatum annum aut conſtantem eſſe velit, facile eſt etiam inſtabilem et inconſtantem intelligere. Nam quaecunque tempora aliqua ex parte ſtati anni moderationem non ſervarint, ea nunc Hippocrates inſtabilia et intempeſtiva vocitat et qui in ipſis oboriuntur morbi, eos ſimiliter inſtabiles et intempeſtivos appellat. Ait autem ipſos difficilis, hoc eſt pravi eſſe judicii. Aut enim cum periculoſis ſymptomatibus criſes in morbis eveniunt aut quam primum pernicioſi ſunt, aut omnino revertuntur.

Ed. Chart. IX. [98.] Ed. Baſ. V. (254.)

ϑ'.

Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι καὶ θανατωδέστατοι ὡς ἐπίπαν. ἦρ δὲ ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

Ὁπόταν αἱ ὧραι τὴν προσήκουσαν ἅπασαν φυλάττωσι κρᾶσιν, ὑγιεινότατον μὲν ἐν αὐταῖς ἔσται τὸ ἔαρ, ὡς ἂν εὔκρατον ὄν. ὀξυτάτας δὲ νόσους καὶ θανατώδεις, ὡς ἐν ὥραις, οἴσει τὸ φθινόπωρον, ἐπειδὴ τὸ μὲν ἔαρ εὔκρατόν ἐστι, τὸ δὲ φθινοπώρῳ πρῶτον μὲν ὑπάρχει, τὸ τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος ἴσχει. εἶτα διαδέχεται τὴν θερινὴν ὥραν, ἐν ᾗ πολλοῖς μὲν οἱ χυμοὶ κατωπτήθησαν, ἐνίοις δὲ καὶ ἡ δύναμις ἔκαμεν. οὐ μόνον δὲ κατὰ τοῦτο μοχθηρόν ἐστι τὸ φθινόπωρον, ἀλλὰ καὶ ὅτι πρῶτον μὲν οἱ χυμοὶ τὴν ὑπὸ τὸ δέρμα κίνησιν ἐκινοῦντο καὶ διεπνέοντο. κατὰ δὲ τὸ φθινόπωρον εἰς τὸ βάθος, ὑπὸ τῆς τοῦ περιέχοντος ψύξεως, ὠθοῦνταί τε καὶ συνελαύνονται. ταῦτα μὲν οὖν ἅπασιν ἀνθρώποις κοινά, τοῖς δ' οὐκ ὀρθῶς διαιτωμένοις ἐξ ἐπιμέτρου προσέρχεται τὸ κατα

IX.

Autumno in univerſum morbi acutiſſimi et maxime letales; ver autem ſaluberrimum et minime exitiale.

Quum anni tempeſtates conſentaneum ſervant totum temperamentum, ver quidem earum erit ſaluberrimum prout temperatum exiſtit, morbos autem acutiſſimos atque letales pro tempeſtatum ratione autumnus advecturus eſt, quoniam ver quidem probe temperatum eſt, autumno vero hoc in primis ineſt mali, quod eodem die modo calorem, modo frigus proferat; deinde quod aeſtivam tempeſtatem excipiat, in qua plerisque humores quidem aſſati fuerunt, quibusdam vero etiam vires proſtratae. At non ſolum hac ratione autumnus pravus eſt, verum etiam quod qui prius ad cutim humores movebantur atque perſpiratu diſcutiebantur, per autumnum ab ambientis aëris frigore in altum propellantur coganturque. Atque haec omnibus hominibus ſunt communia. Sed pravo victu utentibus

Ed. Chart. IX. [98. 99.] Ed. Baf. V. (254.)

τὰς ὀπώρας, ὧν ἀφθόνως ἐμπιπλάμενοι κακοχυμίας πληροῦνται.

ι'.

[99] Τὸ φθινόπωρον τοῖσι φθίνουσι κακόν.

Ἐμέμφετο μὲν καὶ ἄλλως τὸ φθινόπωρον ἐν τῷ πρόσθεν ἀφορισμῷ, νυνὶ δ' ὡς ἐξαιρέτως αὐτοὺς βλάπτον τοὺς φθίνοντας αὖθις μέμφεται. πότερον δὲ τοὺς φθόην νοσοῦντας μόνους ὀνομάζει φθίνοντας, οἷς ἥλκωται δηλονότι ὁ πνεύμων, ἢ πάντας τοὺς ὅπωσοῦν συνηκομένους, οὐχ οἷόν τε ἀμφιβάλλειν. ὅτι δ' ἀμφοτέροις κακὸν τὸ φθινόπωρον εὔδηλον, ἐπειδὴ ξηρόν τέ ἐστι ἅμα καὶ ψυχρὸν καὶ ἀνώμαλον.

ια'.

Περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τοῦ

amplius accedunt autumnales fructus, quibus copioſius impleti pravorum humorum copiam accumulant.

X.

Autumnus tabidis malum.

Superiore quidem aphoriſmo alias autumnum, nunc autem ut ipſis tabidis noxium rurſum vituperat. Utrum vero phthoe laborantes ſolos tabidos nominet, quibus nimirum pulmo exulceratus eſt, an omnes quomodocunque colliqueſactos, conjicere non poſſumus. Autumnum autem utrisque malum eſſe, quum ſimul ſiccus ac frigidus et inaequalis exiſtat, apertum eſt.

XI.

Inter anni tempeſtates, ſi hiems ſicca quidem et aquilonia fuerit; ver autem pluvioſum et auſtrinum, febres acu-

Ed. Chart. IX. [99.] Ed. Baſ. V. (254.)

θέρεος πυρετοὺς ὀξέας καὶ ὀφθαλμίας καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα δὲ τῇσι γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι τοῖσιν ὑγρὰς ἔχουσι τὰς φύσιας.

Περὶ τῆς ἐν ταῖς ὥραις ἀλλοιώσεως ἐν τούτοις διδάσκει, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ χειμῶνος αὐχμηροῦ καὶ βορείου ποιησάμενος, ἦρος δ' ἐπόμβρου καὶ νοτίου. μικραὶ μὲν οὖν αἱ τοιαῦται μεταβολαὶ, παρὰ φύσιν δ' ὅμως εἰσί· διὸ καὶ εἰς τὸ θέρος ἔσεσθαί φησι νοσήματα, πυρετοὺς ὀξεῖς καὶ ὀφθαλμίας καὶ δυσεντερίας. τὴν δ' αἰτίαν τοῦ πλεονάζειν ἐπὶ τῇ προειρημένῃ κατασιάσει τοιαῦτα νοσήματα διῆλθεν αὐτὸς ἐν τῷ περὶ ὑδάτων τόπων καὶ ἀέρων. ἔχει δ' ἡ ῥῆσις ὧδε· ἢν δὲ ὁ μὲν χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δ' ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τὸ θέρος πυρετώδες εἶναι καὶ ὀφθαλμίας ἐγγίνεσθαι. ὅταν γὰρ τοῦ θέρους ἐπιγίνεται, πνῖγος ἐξαίφνης τῆς τε γῆς ὑγρᾶς οὔσης ὑπὸ τῶν ὀμβρίων τῶν ἠρινῶν καὶ ὑπὸ τοῦ νότου, ἀνάγκη διπλοῦν τὸ καῦμα εἶναι, ἀπό τε τῆς γῆς διαβρόχου οὔσης

tas, lippitudines et dyſenterias ad aeſtatem oboriri neceſſe eſt, praeſertim vero mulieribus ac viris humidiore natura praeditis.

De tempeſtatum anni variatione ac mutatione agit hic aphoriſmus, ab hieme quidem ſicca et aquilonia et vere pluvioſo ac auſtrali ducto exordio. Ejusmodi autem mutationes quamquam parvae exiſtunt, ſunt tamen praeter naturam, quare et adventante aeſtate morbos fore praedicit, febres acutas, opthalmias, dyſenterias. Cauſam vero qua poſt talem praedictum ſtatum hujuscemodi exuberent morbi, ipſe explicuit in libro de aëre, locis et aquis. Sic autem ſe habet textus: *ſi hiems quidem ſicca et aquilonia, ver autem pluvium et auſtrinum fuerit, aeſtatem febribus abundare et ophthalmias et dyſenterias oboriri neceſſe eſt. Quum enim vernis imbribus et auſtro madefacta et humectata terra, aeſtatis derepente aeſtus intervenerit, tum a terra permadeſcente et calida, tum a*

Ed. Chart. IX. [99. 100.] Ed. Baſ. V. (254.)

καὶ θερμῆς καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καίοντος, τῶν τε κοιλιῶν [100] μὴ συνεστηκυιῶν τοῖς ἀνθρώποις, μήτε τοῦ ἐγκεφάλου ἀνεξηραμμένου. οὐ γὰρ οἷόν τε τοῦ ἦρος τοιούτου ἐόντος μὴ συντήκεσθαι τὸ σῶμα καὶ τὴν σάρκα, ὥστε τοὺς πυρετοὺς συνεμπίπτειν ὀξυτάτους τοῖσιν ἅπασι, μάλιστα δὲ τοῖσι φλεγματίαισι. τὰς δὲ δυσεντερίας εἰκὸς γενέσθαι τῇσι γυναιξὶ καὶ τοῖσιν ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροτέροισιν. ταῦτα μὲν οἶν ὁ Ἱπποκράτης εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ ἀέρων. ἡμεῖς δὲ ἐπὶ πλέον ἐξειργασάμεθα τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ πρῶτόν γε διὰ τί μήτ' ἐν αὐτῷ τῷ χειμῶνι μήτ' ἐν τῷ ἦρι κατὰ τὴν τοιαύτην κατάστασιν ἐπιδημεῖν φησι νοσήματα. καίτοι γε ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν κατ' αὐτὴν τὴν βεβλαμμένην ὥραν, ἐν Κρανῶνι λέγων γενέσθαι τοὺς ἄνθρακας. ἔχει δ' ἡ ῥῆσις οὕτως· ἄνθρακες ἐν Κρανῶνι θερινοὶ, ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λάβρῳ δι' ὅλου. ἐγίνοντο δὲ μᾶλλον νότῳ. δῆλον τοίνυν ἐξ ὧν εἶπε καὶ ἡ αἰτία τοῦ κατὰ τὸ θέρος ἐν Κρανῶνι γενέσθαι τοὺς ἄνθρακας· οὐ γὰρ ἐπὶ βραχὺ μετέστη τῆς κατὰ φύσιν κρά-

ſole adurente geminari ardorem neceſſe eſt, hominum propterea neque conſtantibus, ſed potius laxatis ventribus, neque reſiccato cerebro. Neque enim fieri poteſt, quin ubi ver ejusmodi praeceſſit, corpus et caro colliquefiant, ſimulque tum omnibus acutiſſimae febres, tum maxime pituitoſis eveniant. Mulieribus vero par eſt, dyſenterias fieri et viris natura humidioribus. Haec in libro de aëre, locis et aquis protulit Hippocrates. Nos vero latius ejus orationem explanabimus, ac primo quidem quamobrem neque ipſa hieme, neque vere per ejusmodi ſtatum morbos vulgus adoriri dixerit, quamvis ſecundo epidemiorum ipſa laeſa tempeſtate Cranone carbunculos ortos fuiſſe prodiderit. Sic autem ſe habet ejus dictio: Cranone anthraces aeſtivi; ubique per aeſtus imbre largo pluebat iique auſtro magis fiebant. Patet igitur ex ejus dictis etiam cauſa, cur Cranone per aeſtatem facti ſint carbunculi. Non enim parum naturale temperamentum mutave-

Ed. Chart. IX. [100.] Ed. Baſ. V. (254.)

σεως, ἀλλ' εἰς τοιαύτην κατάστασιν ἦκον, ἐν ᾗ σήπεται ῥᾳδίως, ὅσα σήπεσθαι φύσιν ἔχει· ἱκαναὶ μὲν γὰρ ὑγρότητες ἄμετροι γενηθεῖσαι σήπειν, ὥσπερ αὐτὸς ἐρεῖ. νοσήματα δὲ ἐν μὲν ταῖς ἐπομβρίαις ὡς τὰ πολλὰ γίνεται πυρετοί γε μακροὶ καὶ κοιλίης ῥύσιες καὶ σηπεδόνες, ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτῶν αἱ θερμότητες. ἐς ταυτὸν δ' ἀμφοῖν ἀφικομένων οὕτως ἰσχυρῶν τε καὶ ἀμέτρων ὡς ἐν Κρανῶνι. δευτέραν ὥραν οὐκ ἀναμένει τὸ σῶμα, φθάνον ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ μέγιστα βλάπτεσθαι. κατὰ δὲ τὸν αὐχμηρὸν καὶ βόρειον χειμῶνα λυπηθείη μὲν ἄν τι τὰ σώματα τοιοῦτον, οἷον αὐτὸς εἶπε· ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι φρικώδεες, ὀδύναι πλευρῶν, στηθέων· οὐ μὴν ἀξιόλογόν γε τὸ νόσημα συστήσεται. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ αἱ ξηρότεραι τῶν καταστάσεων ὑγιεινότεραι. τὸ γὰρ ὅλον, φησὶν, οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρίων εἰσὶν ὑγιεινότεροι καὶ ἧττον θανατώδεες. ὁ δὲ χειμὼν ὁ βόρειος καὶ αὐχμηρὸς λυπήσει μὲν ὀρθοστάδην τοὺς ἀνθρώπους εἰς βῆχάς

rat, ſed ad talem ſtatum pervenerat, per quem facile putrent quaecunque naturam putredini obnoxiam ſortiuntur. Poſſunt enim humiditates praeter modum auctae putrefacere, quemadmodum ipſe dicturus eſt. At morbi pluvioſis temporibus plerumque fiunt, febres longae, alvi fluxus et putredines; ſed iis ipſis etiamnum magis calores. Ambabus vero in idem concurrentibus et ut Cranone vehementibus ac immoderatis alteram tempeſtatem corpus non exſpectat, quum in ipſa priore maxime laedi queat. Per hiemem vero ſiccam et aquiloniam corpora iis moleſtiis afficiuntur, quas ipſe prius his verbis protulit: *At ſi aquilonia tempeſtas fuerit, tuſſes, faucium aſperitates, alvi durae, dyſuriae, horrores, laterum et pectoris dolores oboriuntur.* Non tamen morbus effatu dignus contrahetur; nam et alioqui ſicciores tempeſtates ſunt ſalubriores minusque letales: *in univerſum enim*, dixit, *ſicciores tempeſtates pluvioſis eſſe ſalubriores minusque letales.* Hiems itaque aquilonia et ſicca homines quidem recta ſtructura

Ed. Chart. IX. [100.] Ed. Bas. V. (254. 255.)

τε καὶ γαστρὸς ἐποχὴν καὶ δυσουρίαν καὶ τὰς ὀδύνας τῶν κατὰ τὸν θώρακα χωρίων· οὐ μὴν πυρετοὺς ἢ δυσεντερίας ἢ τοιοῦτόν τι ἐργάσεται. τί δή ποτ' οὖν οὐδὲ κατὰ τὸ ἔαρ ἔπομβρόν τε καὶ νότιον γενόμενον ἐπιδημή- (255) σει νοσήματα; ὅτι προϋπῆρχεν ὁ χειμὼν ἱκανῶς ψυχρός τε καὶ ξηρός. εἰρήκει δ' αὐτὸς, οὐχ ἁπλῶς χρὴ σκοπεῖσθαι τὰς ἐνεστώσας κατασάσεις, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξ οἵων εἰς οἷά εἰσιν αἱ μεταβολαὶ προσεπισκοπεῖσθαι. προεξηρασμένον οὖν τὸ σῶμα κατὰ τὸν χειμῶνα γινόμενον αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, οὐ μόνον οὐδὲν πείσεται τοῖς ὄμβροις τοῖς ἠρινοῖς, ἀλλά τι καὶ προσωφεληθήσεται μέχρι τινὸς εἰς κατὰ φύσιν ἐπανερχόμενον συμμετρίαν· εἰ δ' ὅλον τὸ ἔαρ ὑγρὸν γενηθῇ, πρὸς τὴν ἐναντίαν ἀχθήσεται τὸ σῶμα κατάστασιν τῆς ἔμπροσθεν ὑπαρχούσης αὐτῷ τῆς ξηρᾶς, ὑπερβαῖνον τὴν ἐν τῷ μέσῳ συμμετρίαν, ὥσθ' ἕτοιμον αὐτὸ πρὸς βλάβην διαδέξεται τὸ θέρος, ἔτι τῆς γῆς ὑγρᾶς οὔσης, καὶ διὰ τοῦτο πνῖγος ἐργαζομένης, ἅτε μήτε τῶν ἐτησίων ἤδη πνεῖν δυναμένων. ὕστερον γὰρ ἐκεῖνοι καὶ μετὰ κύνα πεφύκα-

donatos, tuſſibus, alvi retentione, dyſuria partiumque thoracicarum doloribus vexabit, non tamen febres aut dyſenterias aut quid ejusmodi effectura eſt. Sed cur ne vere quidem pluvioſo atque auſtrali in vulgus morbi graſſantur? Quia praeceſſit hiems vehementer frigida et ſicca. Ipſe vero dixerat non ſimpliciter praeſentes conſtitutiones ſpectandas eſſe, ſed etiam ex quibus in quas fiant mutationes. Corpus itaque prius per hiemem ſiccam et aquiloniam reſiccatur, non modo nihil ex vernis imbribus patietur, ſed nonnihil ad naturalem quadamtenus rediens commoderationem juvabitur. Si vero totum ver humidum fuerit ad contrariam priori, quae ipſi ſicca erat, conſtitutionem ducetur corpus, in medio poſitam ſymmetriam excedens. Quare paratum ipſum ad laeſionem aeſtas excipiet, terra adhuc humectata exiſtente atque ob id ſuffocantem aeſtum efficiente, eteſiis nimirum jam flare minime ſolitis. Nam ii poſtea et poſt canem pro conſuetudine flare incipiunt. Quare totum illud tempus medium

Ed. Chart. IX. [101.] Ed. Baf. V. (255.)

[101] σιν ἄρχεσθαι, ὥστε ὁ μεταξὺ χρόνος ἅπας ἕξει τούς τε πυρετοὺς ὀξεῖς διά τε τὴν ὑγρότητα καὶ θερμότητα σηπομένων τῶν ἐν τῷ σώματι χυμῶν καὶ τὰς ὀφθαλμίας καὶ τὰς δυσεντερίας, κατά γε τὴν ἐπιτηδειότητα τῶν δυναμένων βλάπτεσθαι μορίων. ἄλλα γὰρ ἄλλων μᾶλλον εὐπαθῆ τέ ἐστι καὶ δυσπαθῆ κατὰ τὰς κράσεις τῶν σωμάτων. αἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμίαι σχεδὸν ἅπαντας ἐνοχλοῦσι πληρουμένης τῆς κεφαλῆς, πλήν εἴ τινες ἰσχυροὶ πάνυ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶεν. δυσεντερίαι δ', ὡς αὐτὸς εἴρηκε, τοῖς ὑγρὰς ἔχουσι τὰς φύσεις καὶ ταῖς γυναιξὶν, ὑγρότεραι γάρ εἰσιν αὗται τῶν ἀνδρῶν. εἴπερ οὖν ὅλην τὴν κατάστασιν ὡς σήπουσαν ἡμῶν τὰ σώματα μεμφόμεθα, πρόδηλον ὅτι μᾶλλον ἡ σηπεδὼν ἐν τοῖς ὑγροῖς ἔσται σώμασιν. αὐτὸ γὰρ δὴ τοῦτ' ἔστι τὸ σηπόμενον ἐν τοῖς σώμασιν ὑγρὸν, ὡς ὕλη τις ὑπὸ δυνάμεως τῆς θερμότητος. ἡ δ' ὑγρότης ἡ τοῦ περιέχοντος ὅτι κωλύει ξηραίνεσθαι τὴν ἐν τῷ σώματι περιουσίαν τῶν ὑγρῶν, κατὰ τοῦτο συντελεῖ τῇ σηπούσῃ δυνάμει. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν ἐν ταῖς τοιαύταις κατασκά-

febres habebit acutas propter caliditatem et humiditatem humoribus in corpore putrefcentibus; ophthalmias quoque et dyfenterias pro partium facile laefionem admittentium aptitudine. Aliae namque aliis pro corporum temperamentis ad patiendum faciliores aut difficiliores funt. Nam ophthalmiae prope omnes infeftant repleto capite, nifi quibus oculi funt praevalidi. Dyfenteriae vero, ut ipfe dixit, natura humida praeditos ac mulieres, hae fiquidem viris funt humidiores. Si igitur totam conftitutionem tanquam noftra putrefacientem corpora damnamus, conftat putredinem humidis corporibus magis oborturam. Enimvero quod noftris in corporibus putrefcit humidum, id ipfum tanquam materia quaedam eft vi caloris parta. Ambientis vero humiditas quod humores in corpore redundantes deficcari prohibeat, propterea vim putrefacientem adjuvat. Itaque nihil mirum talibus con-

Ed. Chart. IX. [101.] Ed. Baſ. V. (255.)

σεσι μᾶλλον βλάπτεσθαι τὰς ὑγροτέρας φύσεις. διὰ τοῦτο καὶ τοὺς πυρετοὺς ἔφη τοῖς φλεγματώδεσι μᾶλλον γίνεσθαι· καὶ γὰρ καὶ τούτους ὑγροτέρους ἀναγκαῖον εἶναι. μενούσης μὲν οὖν ἐν τῷ σώματι τῆς σηπεδόνος οἱ πυρετοὶ γίνονται, κενουμένης δὲ διὰ τῆς γαστρὸς αἱ δυσεντερίαι, καὶ ταῦτ' ἔσται σοι δι' ὅλου τοῦ θέρους, ἐὰν μὴ μεταβολή τις περὶ κυνὸς ἐπιτολὴν γένηται, περὶ ἧς αὐτὸς ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ ἀέρων ἐφεξῆς τῇ γεγραμμένῃ μικρὸν ἔμπροσθεν ῥήσει διῆλθεν, ἧς ἐστι τελευτή. τὰς δὲ δυσεντερίας εἰκὸς γίνεσθαι ταῖς γυναιξὶ καὶ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ὑγροτέροις. τούτοις γὰρ συνάπτων ἐφεξῆς γράφει, καὶ ἢν μὲν ἐπιγένηται περὶ κυνὸς ἐπιτολὴν ὕδωρ καὶ χειμὼν, ἐτησίαι πνεύσουσιν, ἐλπὶς παύσεσθαι καὶ τὸ μετόπωρον ὑγιεινὸν γενέσθαι· εἰ δὲ μὴ, κίνδυνος θανάτου γενέσθαι τοῖς παιδίοις καὶ ταῖς γυναιξὶν, ἥκιστα δὲ τοῖσι πρεσβυτέροισι, τοὺς δὲ παραγενομένους εἰς τεταρταῖον ἀποτελευτᾶν καὶ αὐτὸν τεταρταῖον εἰς ὕδρωπα. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ὧν προσέθηκεν ἐν τῷ περὶ ἀέρων καὶ τόπων καὶ ὑδάτων, ὅταν τὰ εἰς ἐκεῖνο τὸ

ſtitutionibus naturas humidiores magis laedi et propterea febres pituitoſis magis oboriri; hi ſiquidem neceſſario ſunt humidiores. Manente igitur putredine in corpore fiunt febres; ſi vero ea per alvum vacuetur, dyſenteriae. Atque haec per totam aeſtatem aderunt, niſi circa canis ortum alia fiat mutatio, de qua ipſe in libro de aëre, locis et aquis egit; poſt ſententiam paulo ante deinceps ſcriptam, cujus haec fuit clauſula. Dyſenterias autem mulieribus par eſt accidere et viris humidioribus. His enim ſubſequentem textum connectens ſcribit: *et quidem ſi circa canis ortum ſupervenerit aqua et hiberna tempeſtas et eteſiae flaverint, ſpes eſt ceſſuros morbos et autumnum fore ſalubrem; alioqui mortis periculum pueris imminet et mulieribus, minime vero ſenibus et ne qui evaſerint, in quartanam decidant et ipſa quartana in hydropem terminetur.* Verum de iis quae adjecit in libro de aëre, locis et aquis, quum eum librum interpretabimur,

Ed. Chart. IX. [101.] Ed. Baſ. V. (255.)

βιβλίον ἐξηγησώμεθα, διασκεψόμεθα, περὶ δὲ τῶν κατὰ τὸν προγεγραμμένον ἀφορισμὸν αὐτάρκως εἴρηται, πλὴν μιᾶς λέξεως τῆς ἐξ ἀνάγκης, ἣν οὐ μόνον ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς προσέθηκεν, ἀλλὰ κἀν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ ἀέρων ἐνδεικνύμενος ὅτι τῇ φύσει τοῦ πράγματος πεπιστευκὼς, οὐ τηρήσει τινὶ γράφει ταῦτα. ποσάκις οὖν εἰκός ἐστιν ἑωρακέναι τοιαύτην αὐτὸν κατάστασιν ἢ ἐν πόσοις χωρίοις, ἆρά γε δὶς ἢ τρὶς ἔσται ἢ τετράκις, ἀλλ' οὐδ' εἰ πλεονάκις εἴπῃς, δυνατόν ἐστιν ἤδη εἰπεῖν ὅτι διὰ παντὸς οὕτως ἔσται, καθάπερ οὐδ' εἰ κεκαθαρμένους ὑπὸ φαρμάκου τινὸς ἴδῃς ἀνθρώπους στ' ἢ ζ' δυνήσῃ διατεταγμένως εἰπεῖν, ὅτι πάντες οἱ μετὰ ταῦτα ἐξ ἀνάγκης καθαρθήσονται. δῆλον οὖν ἐστιν ὅτι τῇ φύσει τοῦ πράγματος ὁ Ἱπποκράτης ἑπόμενος οὐ τηρήσει τινὶ προσέγραψεν εἰπὼν, ἀνάγκη τοῦ θέρους πυρετοὺς ὀξεῖς καὶ ὀφθαλμίας καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι.

---

accuratius diſceptabimus. De iis vero quae in praeſenti aphoriſmo opponuntur, ſatis dictum eſt excepta dictione, *neceſſe*, quam non ſolum in aphoriſmis appoſuit, ſed etiam in libro de aëre, locis et aquis, per eam indicans quod rei natura perſuaſus, non aliqua obſervatione haec literis prodidit. Quoties igitur par eſſet ipſum vidiſſe talem conſtitutionem vel quot in locis, num bis terve quaterve? At neque ſi viciſſe multoties dixerit, jam poſſumus ita ſemper fore pronunciare; quemadmodum neque ſi medicamento aliquo videris ſex aut ſeptem homines purgatos dicere certo poteris omnes poſthac homines ex neceſſitate purgandos eſſe. Quare pro manifeſto relinquitur, quod rei naturam Hippocrates, non aliquam obſervationem ſequutus his verbis ſcripſerit, neceſſe eſt aeſtate febres acutas et opthalmias et dyſenterias oboriri.

Ed. Chart. IX. [102.] Ed. Baſ. V. (255.)

ιβ'.

[102] Ἦν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος καὶ εὔδιος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ᾗσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσιν. αἱ δ' ἂν τέκωσιν, ἀκρατέα καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσιν, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι ἢ λεπτὰ καὶ νοσώδεα ζῇν ἐόντα. τοῖσι δὲ ἄλλοισι δυσεντερίαι καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίνονται, τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι κατάῤῥοοι συντόμως ἀπολλύντες.

Ἔμπαλιν ἡ κρᾶσις ἔχει ταῖς κατὰ τὸν πρότερον ἀφορισμὸν εἰρημέναις ὥραις δύο πρὸς τὰς νῦν λεγομένας. οἷος μὲν γὰρ πρότερος ὁ χειμὼν ἐν ἐκείνῳ, τοιοῦτον νῦν ἐστι τὸ ἔαρ, ὁποῖον δὲ τὸ ἔαρ ἐν ἐκείνῳ, τοιοῦτον νῦν ἐστιν ὁ χειμών. ὅτι μὲν οὖν ἐπ' ἐκείνων οὐκ ἦν ἀναγκαῖον ἐν τῷ ἦρι νόσους ἐπιδημῆσαι σφοδρὰς αὐτάρκως ἐδείχθη. νυνὶ δὲ ὅτι τοῦ χειμῶνος μὲν ὑγροῦ καὶ θερμοῦ γενομένου, τοῦ δ' ἦρος ξηροῦ καὶ ψυχροῦ, νοσεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι τοὺς ἀν-

XII.

At ſi auſtralis hiems et pluvioſa ac tepens fuerit; ver autem ſiccum et aquilonium; mulieres quidem quibus ad ver partus imminet, ex quacunque cauſa abortiunt. Quae vero pariunt, ita imbecillos ac morboſos infantes edunt, ut aut quamprimum intereant aut tenues et valetudinarii vivant. Ceteris autem mortalibus dyſenteriae et ophthalmiae aridae oriuntur; ſenioribus vero catarrhi qui brevi enecant.

Duarum anni tempeſtatum ſuperiore aphoriſmo proditarum temperatura ad eas quae nunc explicandae ſunt tempeſtates vice verſa ſe habet. Qualis enim erat hiems prius in illo, tale nunc ver eſt; quale vero erat in illo ver, talis nunc exiſtit hiems. Itaque in illis non fuiſſe neceſſarium vere morbos vehementes graſſari abunde dictum eſt. Nunc autem quod hieme humida quidem et calida exiſtente, vere autem frigido et ſicco neceſſarium

Ed. Chart. IX. [102.] Ed. Baſ. V. (255.)

θρώπους ἐν αὐτῷ τῷ ἦρι δεικτέον ἐστί. αἱ μὲν οὖν γυναῖκες αἷς ἂν ὁ τόκος ᾖ πρὸς τὸ ἔαρ, ἐπὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσιν ἐκτιτρώκουσιν. ὑγρὰ γὰρ τὰ σώματα καὶ μαλακὰ, ἀραιὰ γεγονότα κατὰ τὸν εὔδιον χειμῶνα, ῥᾳδίως εἰς τὸ βάθος αὐτῶν διαδίδωσι τὴν ἐκ τοῦ περιέχοντος ψύξιν, ὥσθ' ὅσα τῶν παίδων ἤδη πολυχρόνιον ἔθος ἔσχεν ἀέρος ἀλέας, ταῦτα πληττόμενα σφοδρῶς ὑπὸ τοῦ κρύους εἰκότως ἁλίσκεται τὰ μὲν ἤδη νεκρὰ, τὰ δ' ἀποθνήσκοντα κατ' αὐτὸν τὸν τόκον. ἃ δ' ἂν αὐτῶν ζῶντα τεχθῇ, τὴν εἰς τοὐναντίον ἐξαιφνίδιον οὐ φέροντα μεταβολὴν, ἤτοι διὰ τάχους ἀποθνήσκει ἢ λεπτὰ καὶ νοσώδεα γινόμενα μόλις διαζῇ. τῶν δ' ἄλλων τοῖς μὲν φλεγματώδεσι καὶ ταῖς γυναιξὶ δυσεντερίας φησὶ γίνεσθαι, φλέγματος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς τὴν γαστέρα καταῤῥέοντος. εἰκὸς γὰρ δήπου τοῦτο πολὺ γεννᾶσθαι κατὰ τὴν εἰρημένην κατάστασιν· ἐν μὲν τῷ χειμῶνι πληρωθείσης τῆς κεφαλῆς, ψυχθείσης δὲ ἀθρόως ἐν ἀρχῇ τοῦ ἦρος, ἐπειδὴ φλεγματικὰ περιττώματα πέφυκε γεννᾶν ὁ ἐγκέφαλος, ὅταν ψυχθεὶς ἀδυνατεῖ κρατεῖν τῆς

fit ipſo vere homines aegrotare demonſtratum eſt. Mulieres itaque quibus partus ad ver ſit, quacunque occaſione abortiunt. Corpora ſiquidem per hiemem tepentem humida et mollia et rara facta intro ita facile ad intimas uſque ſui partes ambientis aëris frigus admittunt, ut qui jam infantes diuturno tempore aëris tempori aſſueverunt, vehementer a frigore percuſſi, cum ratione hi quidem prius, jam in utero mortui deprehendantur, illi vero mox in partu intereant. Qui vero ex ipſis vivi in lucem prodierint repentinam in contrarium mutationem non ferentes vel brevi poſt tempore moriuntur vel tenues ac morboſi facti vix in vita perdurant. Ceteris vero pituitoſis ut mulieribus dyſenterias ex pituita a capite in alvum defluente oboriri pronunciat. Hunc enim humorem par eſt dicto coeli ſtatu copioſum procreari; per hiemem quidem capite repleto; per veris autem initia repente refrigerato; quandoquidem cerebrum pituitoſa excrementa procreare conſuevit, quum refrigeratum alimentum vin-

Ed. Chart. IX. [102. 103.] Ed. Baſ. V. (255. 256.)

τροφῆς. ὑπάρχει δὲ καὶ τοῦτο τῇ τοῦ φλέγματος γενέσει, τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ ψύξεως ἰσχυρᾶς γιγνόμενον ὀξὺ γίγνεται. τὸ δ' ὑπὸ θερμασίας πληροῖσης τὴν κεφαλὴν [103] ἁλυκὸν, ὥσπερ γε καὶ τὸ διὰ βραχεῖαν ψύξιν ἢ τι βραχὺ γλυκύτητος ἔχει ἢ μηδεμίαν ἐναργῆ ποιότητα. τὸ τοίνυν ἐπὶ τῇ προκειμένῃ καταστάσει γενόμενον φλέγμα διὰ τὴν ἐν τῷ χειμῶνι θερμασίαν ἁλυκὸν ἔσται καὶ κατὰ τοῦτο μάλιστα γεννήσει δυσεντερίας, ὅταν ἐν (256) χρόνῳ πλείονι δάκνον καὶ ξύον κακώσῃ τὸ ἔντερον. ἅτε γὰρ διὰ τὴν γλίσχρότητα κατὰ τὴν διέξοδον ἐν τοῖς ἐντέροις ἰσχόμενόν τε καὶ βραδῦνον, ἀεί τε ῥῖπτον αὐτὸ διὰ τὴν ποιότητα τὴν δυσεντερίαν ἐργάζεται. τοῖς μέντοι φύσει θερμοῖς καὶ χολώδεσιν αὐτός φησιν ὀφθαλμίας γίνεσθαι ξηράς. οὕτω δ' ὀνομάζει τὰς ἄνευ ῥεύματος. εἰκὸς δὲ δήπου ταῖς θερμαῖς καὶ ξηραῖς φύσεσιν ἐν ξηρᾷ καὶ ψυχρᾷ καταστάσει διαδεξαμένη θερμὴν καὶ ὑγρὰν τοιαύτας γίνεσθαι τὰς ὀφθαλμίας. ἡ μὲν γὰρ κεφαλὴ πεπλήρωται πρόσθεν τῇ θερμῇ καὶ ὑγρᾷ κατασάσει, τὸ δὲ κρύος ἐπιγινόμενον, ὥσπερ χείρ τις ἔξω-

cere ac coquere non poteſt. Id autem et pituitae generationi accedit, ut quae a vehementi frigiditate fit, arida evadat; quae vero a calore caput replente ſalſa, quemadmodum et quae ob exiguam fit frigiditatem vel paucam dulcedinem vel nullam manifeſtam qualitatem habeat. Quae igitur ob praeſentem aëris ſtatum pituita fuit propter hiemis calorem ſalſa erit, et hac ratione maxime dyſenterias generabit, quum longiori tempore mordens et radens inteſtinum oblaeſerit. Nam et quum propter lentorem in tranſitu inteſtinis haereat et immoretur, ſemperque ſua qualitate ipſa jactet ac deterat, dyſenteriam efficit. Natura vero calidis ac biliofis dicit ipſe Hippocrates ophthalmias ſiccas accidere. Sic autem eas appellat quae citra fluxionem oboriuntur. Calidis ſiquidem ac ſiccis naturis ſicco ac frigido ſtatu calidum et humidum excipiente ophthalmias fieri rationi conſentaneum eſt. Caput enim prius calido ac humido ſtatu repletum eſt; frigus autem ſuperveniens, velut manu quadam exterius

Ed. Chart. IX. [103.] Ed. Baſ. V. (256.)

θεν λαβοῦσα καὶ θλίψασα, καθάπερ τινὰ σπόγγον τὸν ἐγκέφαλον ἐκθλίβει τὴν κατ' αὐτὸν ὑγρότητα. φερομένη δ' αὕτη ἄλλοτε πρὸς ἄλλον τόπον τῶν εὐπαθῶν πλείονα γεννᾷ τὰ νοσήματα. καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ὀφθαλμίαι συμβήσονται τοῖς ἀσθενέσι φύσει τοὺς ὀφθαλμούς. ἀποῤῥήσεται δὲ οὐδὲν αὐτῶν ἐκτὸς διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ περιέχοντος πυκνοῦντος τὴν ἐπιφάνειαν. ὅτι δ' αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης εἰς τάσδε τὰς αἰτίας ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἀναφέρει, δῆλον ἐξ ὧν ἔγραψεν ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ ἀέρων κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν. τοῖσι μὲν οὖν φλεγματικοῖσι τὰς δυσεντερίας εἰκὸς γίνεσθαι καὶ τῇσι γυναιξί, φλέγματος ἐπικαταῤῥέοντος ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσεως, τοῖσι δὲ χολώδεσιν ὀφθαλμίας ξηρὰς διὰ τὴν θερμότητα καὶ ξηρότητα τῆς σαρκός. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἀφορισμοῦ γεγραμμένον· τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι κατάῤῥοι συντόμως ἀπολλύντες, κατὰ τήνδε τὴν λέξιν αὐτὸς ἔγραψεν ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ ἀέρων· τοῖσι δ' ἄγαν πρεσβυτέροισι κατάῤῥους διὰ τὴν ἀραιότητα καὶ τὴν ἔκτη-

apprehenſo ac compreſſo, ut ſpongia quadam cerebro contentam humiditatem exprimit. Haec vero delata alias ad alium locum injuriae excipiendae opportunum complures morbos procreat; et quibus oculi natura ſunt imbecilles, iis ophthalmiae oboriuntur. Nihil autem foras ex ipſis effluet propter ambientis aëris frigus ſuperficiem denſantis. Quod vero ipſe Hippocrates ad cauſas ſingula quae diximus referat, liquet ex iis quae libro de aëre, locis et aquis his verbis prodidit. Pituitoſis itaque et mulieribus par eſt dyſenterias oboriri propter naturae humiditatem, pituita a cerebro, bilioſis autem ſiccas ophthalmias, carnis caliditatem ac ſiccitatem. Quod vero in aphoriſmi fine ſcriptum eſt: *ſenibus vero catarrhi qui brevi enecant*, ipſe in libro de aëre, locis et aquis his verbis ſcripſit: Valde autem ſenibus tales propter venarum raritatem et extenuationem catarrhi fiunt, ita ut

Ed. Chart. IX. [103.] Ed. Baſ. V. (256.)

ξιν τῶν φλεβῶν, ὥστε ἐξαπίνης ἀπόλλυσθαι, τοὺς δὲ παραπλῆγας γίνεσθαι τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερά. διὰ τούτων ἔνικεν ὁ Ἱπποκράτης οὐ τοὺς πάνυ συνήθεις λεγομένους καταῤῥόους δηλοῦν, τοὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν πνεύμονα διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας γιγνομένους, ἀλλὰ πάντα καταφερόμενα ῥεύματα διὰ τῶν φλεβῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς τὰ κάτω μόρια. διὸ καὶ τὸ συντόμως ἀπολλύντες καλῶς δοκεῖ προσκεῖσθαι, διότι ταχεῖαν τὴν κρίσιν οὗτοι ποιοῦνται τῶν ἄλλων χρονιζόντων. ἔνιοι δὲ τῶν ἐξηγητῶν καταῤῥόους ἀκούσαντες τοὺς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν πνεύμονα γιγνομένους διὰ φάρυγγος καὶ ἀρτηρίας, μετὰ τῆς ἀποφάσεως τῆς οὐ γράφουσι τὴν λέξιν. καταῤῥόους γίγνεσθαι τοῖς πρεσβυτέροισι, οὐ συντόμως ἀπολλύντας, εἰκότως φάσκοντες. οὐ γὰρ πέττεται τὰ ψυχρὰ τῶν ῥευμάτων αὐτοῖς διὰ τὴν ἡλικίαν. ἔν τισι δὲ τῶν ἀντιγράφων γέγραπται συντόμως ἀπολλύντες, ἐπειδὴ κἀν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ ἀέρων αὐτὸς εἶπεν, ὥστε ἐξαπίνης ἀπόλλυσθαι.

---

derepente nonnulli intereant; quibusdam vero pars dextra ſiniſtrave reſoluta ſtupeat. His verbis Hippocrates non illos valde conſuetos catarrhos appellatos, qui ex capite per aſperam arteriam ad pulmonem fiunt, ſed eas fluxiones omnes, quae a capite per venas in partes inferiores feruntur. Quare illud, *brevi enecant*, belle adjectum videtur, quia hae fluxiones cita criſi terminantur, quum alii catarrhi diutius perdurent. Nonnulli tamen interpretes per eos catarrhos defluxiones quae a capite per fauces et arterias in pulmones fiunt, cum negatione *non* hanc orationem ſcribentes: *ſenibus vero catarrhi qui brevi non enecant*, decenter loquuntur. Non enim ipſis ob aetatem frigidae fluxiones coquuntur, verum in quibusdam exemplaribus ſcriptum eſt: *brevi enecant*, quandoquidem et in libro de aëre, locis et aquis ipſe inquit: *ut repente ex iis nonnulli intereant.*

Ed. Chart. IX. [104.] Ed. Baſ. V. (256.)

ιγ'.

[104] Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίαι ἰσχυραὶ ἐς τὸν χειμῶνα γίνονται καὶ βῆχες καὶ βράγχοι καὶ κόρυζαι, ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιες.

Τὴν αὐτὴν κρᾶσιν ἀνατέθεικε νῦν θέρει καὶ φθινοπώρῳ, τὴν μικρὸν ἔμπροσθεν εἰρημένην περί τε χειμῶνος καὶ ἦρος ἡνίκα ἔλεγεν· ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δ' ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἐπὶ ταύτῃ τῇ καταστάσει τοῦ θέρους ἔφησε τοὺς πυρετοὺς ὀξεῖς, ὀφθαλμίας καὶ δυσεντερίας γίγνεσθαι. νυνὶ δὲ ἐν τῷ χειμῶνι κεφαλαλγίας καὶ βῆχας καὶ βράγχους καὶ κορύζας· προσέγραψε δὲ οὔτε ἐκεῖ τὴν τοῦ θέρους κατάστασιν, οὔτε ἐνταῦθα τὴν τοῦ χειμῶνος ὡς ἐν τῇ κατὰ φύσιν ἀξιῶν φυλάττεσθαι κράσει τὰς ὥρας ἀμφοτέρας. ἐὰν γὰρ ἔτι καὶ κατὰ ταύτας ἑτέρα τις γένηται δυσκρασία τοῦ περιέχοντος,

XIII.

Si vero aeſtas ſicca et aquilonia; autumnus vero pluvioſus ac auſtrinus fuerit, capitis dolores ad hiemem et tuſſes et raucedines, nonnullis etiam et tabes oriuntur.

Eandem temperaturam aeſtati et autumno attribuit, quam paulo ante tum de vere, tum de hieme pronunciaverat, ita loquutus: *Si hiems ſicca et aquilonia fuerit, ver pluvium et auſtrale.* Verum ibi quidem ob hunc ſtatum aeſtate dixit febres acutas, ophthalmias et dyſenterias oboriri. Nunc vero per hiemem capitis dolores, tuſſes, raucedines atque gravedines. Sed neque illic aeſtivam conſtitutionem, neque hic hibernam adſcripſit, ut qui in naturali temperatione utrasque anni tempeſtates ſervare velit. Nam ſi etiamnum his diverſa quaedam acceſſerit aëris ambientis intemperies, praedictis quoque morbis

Ed. Chart. IX. [104.] Ed. Baſ. V. (256.)

ἔσται τι καὶ δι ἐκείνην ἕτερον ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις νοσήμασι τῆς δυσκρασίας οἰκεῖον. ἀλλ' ἐπὶ μὲν ἐκείνης τῆς καταστάσεως, ἐν ᾗ τὸν χειμῶνά φησιν αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γενέσθαι, τὸ δ' ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον αὐτὸς ἔγραψε τὰς αἰτίας τῶν εἰρημένων νοσημάτων ἐν τῷ θέρει γενέσθαι, ἐν τῷ περὶ ἀέρων καὶ τόπων καὶ ὑδάτων βιβλίῳ. ἐπὶ δὲ τῆς νῦν προκειμένης οὐδὲν εἶπεν ἐν ἐκείνῳ. μετὰ γὰρ τὰς δύο τὰς προγεγραμμένας καταστάσεις μίαν μὲν ἐν ᾗ τὸν χειμῶνα βόρειόν τε ἅμα καὶ αὐχμηρὸν ἄξιοι γενέσθαι, τὸ δ' ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἑτέραν δὲ ἐν ᾗ τοὐναντίον ἔπομβρον μὲν καὶ νότιον τὸν χειμῶνα, τὸ δ' ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον. τὴν δ' ἐφεξῆς αὐταῖς τήνδε τρίτην οὖσαν τροπὴν, ὑπὲρ ἧς ὁ ἐνεστηκὼς λόγος, οὐκέτι προσέγραψεν, ἀλλὰ ἀντὶ ταύτης ἑτέραν τοιαύτην. ἦν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται καὶ φθινόπωρον ὡσαύτως, ἀνάγκη τὸν χειμῶνα νοσερὸν εἶναι· εἶτ' ἐφεξῆς ἄλλας τινὰς οὐδὲ ἐκείνας ὡσαύτως τῇ νῦν προκειμένῃ. περὶ μὲν οὖν ἐκείνων, ὅταν εἰς αὐτὰ ἐξηγησώμεθα, τὸν λόγον ποιησώμεθα. νυνὶ δὲ περὶ

propter illam quiddam aliud intemperiei proprium accidet. Verum in eo coeli ſtatu quo dixit hiemem fieri ſiccam et aquiloniam, ver pluvium et auſtrinum, ipſe morborum, qui per aeſtatem oboriuntur cauſas ſcriptis prodidit libro de aëre, locis et aquis; in quo de praeſenti ſtatu nihil protulit. Nam poſt duos ante ſcriptos ſtatus, unum quidem quo hiemem borealem ſimul et ſiccam, ver pluvium et auſtrale eſſe ſtatuit; alterum vero in quo contrarium, pluvioſam et auſtralem hiemem, ver autem ſiccum et aquilonium. Hunc iſtis conſequenter tertium ſtatum mutatum, de quo praeſens agit aphoriſmus, non etiam adſcripſit, ſed hujus loco alterum qui talis eſt; ſi vero aeſtas pluvioſa fuerit auſtralis et autumnus ſimiliter, morbis hiemem ſcatere neceſſe eſt. Deinde per ordinem quosdam alios ſcripſit ſtatus neque eos praeſenti ſimiliter. De illis quidem, quum in eum librum commentabimur, verba facturi ſumus. Nunc vero de eo ſtatu ab ipſo in

Ed. Chart. IX. [104. 105.] Ed. Baſ. V. (256.)

τῆς ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς εἰρημένης ὑπ᾽ αὐτοῦ λέγωμεν, ἀρχὴν τῷ λόγῳ τὴν αὐτὴν θέμενοι τὴν μικρῷ πρόσθεν εἰρημένην. φυλάττειν γὰρ εἰκός ἐστιν αὐτὸν ὅμοιον τῷ κατὰ φύσιν τὸν χειμῶνα, τουτέστιν ὑγρόν τε καὶ ψυχρὸν [105] εἰς ὅσον αὐτῶν ἑκάτερον πρέπει τοῖς εὐκράτοις τῆς οἰκουμένης χωρίοις, ὑπὲρ ὧν ποιεῖται τὸν λόγον, ὧν ὀλίγον ὕστερον ὀνομαστὶ μνημονεύσω, φυλάξαντός τε τὴν ἑαυτοῦ κρᾶσιν τοῦ χειμῶνος οὐδὲν ἐν αὐτῷ συστήσεται ἰσχυρὸν νόσημα, κεφαλαλγίαι δὲ μόνον καὶ βῆχες καὶ βράγχοι καὶ κόρυζαι, πεπληρωμένης τῆς κεφαλῆς συμπτώματα. εἰ μὲν οὖν, ὡς καὶ πρόσθεν ἔφην, ἀμφοτέραις ταῖς ὥραις, τῇ θερινῇ καὶ τῇ φθινοπωρινῇ, τοὺς νοτίους ὄμβρους γενέσθαι συνέβη, τάχα μὲν ἂν καὶ κατ᾽ αὐτὸ τὸ θέρος. εἰ δὲ μή, ἀλλὰ πάντως γε κατὰ τὸ φθινόπωρον ἐπεδήμησεν ἂν οἰκεῖα νοσήματα καταστάσεως ὑγρᾶς καὶ νοτίου. νῦν ἐπειδὴ τὸ θέρος αὐχμηρόν τε καὶ βόρειον ὑπέθετο προγεγονέναι, τὸ δὲ φθινόπωρον ὑγρόν τε καὶ νότιον, εὔλογον οὐ μόνον αὐτίκα νοσεῖν οὐκ ἄρξαρθαί τινας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀμετροτέρας ἐν

aphoriſmis edito agamus eodem orationis facto exordio, quod paulo ante pronunciavimus. Etenim par eſt Hippocratem ipſam hiemem ei quae ſecundum naturam eſt ſimilem ſervare, hoc eſt frigidam atque humidam, quatenus haec utraque qualitas temperatis orbis terrarum regionibus convenit, de quibus et ipſe loquitur et quorum paulo poſt nominatim mentionem faciemus. Servante itaque ſuum temperamentum hieme, nullus vehemens in ea morbus conſtituetur, ſed tantum cephalalgiae, tuſſes, raucedines et gravedines, repleti capitis ſymptomata. Si igitur, ut et prius diximus, in utraque anni tempeſtate tum aeſtiva, tum autumnali pluvias auſtrales fieri contigerit, fortaſſis etiam in ipſa aeſtate, ſin minus, autumno certe morbi ſtatim humidi et auſtralis proprii et familiares in vulgus graſſabuntur. Nunc vero quum aeſtatem ſiccam et aquiloniam praeceſſiſſe ſuppoſuit, autumnum autem humidum et auſtrinum ſequutum fuiſſe, rationi conſentaneum eſt non ſolum protinus neminem aegrotare coepiſſe, ve-

Ed. Chart. IX. [105.] Ed. Baſ. V. (256. 257.)

τῷ θέρει ξηρότητος ἰαμα ἔχειν οὐ σμικρὸν τὴν ἐν τῷ φθινοπώρῳ κατάστασιν ὑγρὰν γενομένην. ἐπεὶ δ' ὅλον τὸ φθινόπωρον ἠκολούθησε τοιοῦτον, ἀναγκαῖον ἔσται τοῖς ὑγροτέραν ἔχουσι τὴν φύσιν ἱκανώτερον τοῦ μετρίου πληρωθείσης τῆς κεφαλῆς ἀπαντῆσαι κατὰ τὸν χειμῶνα τὰ προειρημένα νοσήματα, τισὶ δ' αὐτῶν δηλονότι καὶ φθίσιν, ὅσοι πρὸς τὸ πάθος ἐπιτηδείως εἶχον, οἵ τε κατὰ τὸν θώρακα στενοὶ καὶ οἷς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς πνεύμονα καταφέρεται ῥεῦμα. τούτοις οὖν ἔσονται φθίσεις, τοῖς δ' ἄλλοις οὐδὲν μὲν ἰσχυρὸν νόσημα, τὰ δὲ περὶ τὰς βῆχας καὶ τοὺς βράγχους, ὅσα τ' ἄλλα γενήσεται συμπτώματα τοιαῦτα τῆς χειμερινῆς ὥρας, πεπληρωμένας ὑπὸ τῶν νοτίων ὄμβρων κεφαλὰς διαδεξαμένης, εἴτ' ἐπ' ἐνίων μὲν αὐτὸ (257) δὴ τοῦτο μόνον ἐργασαμένης, ὡς ἐν τῇ κεφαλῇ διαμένον τὸ περιττὸν, ἀλγήματος αἴτιον αὐτῇ γίνεσθαι. διαφορεῖ γὰρ οὐδὲν πλῆθος οὐδὲ καθ' ἓν μόριον ὁ χειμών. ἐπ' ἐνίων δὲ συναχθείσης ἐπὶ πλέον καὶ οἱονεὶ πιληθείσης τῆς κεφαλῆς, ἐκθλιβόμενον τὸ περιττὸν εἰς τὰ κάτω τῆς

rum etiam immoderatioris per aeſtatem ſiccitatis habere remedium non parvum factam autumno humidam conſtitutionem. Quia vero totus autumnus talis eſt ſubſequutus, proindeque humidiorem naturam fortitis immoderatius repletum fuit caput, praedictos morbos hieme obvenire neceſſe eſt; ut et quibusdam eorum tabem, huic nimirum affectui natura obnoxiis, quales ſunt tum qui anguſto ſunt pectore tum quibus a capite in pulmonem fluxio defertur. His igitur phthiſes accident, ceteris vero nullus quidem vehemens morbus, ſed tuſſes, raucedines et alia hujusmodi ſymptomata oborientur, quae hiemali tempeſtate capita auſtrinis pluviis prius repleta excipiente atque ſitu in nonnullis quidem hoc ſolum efficiente, quod in capite immoratur excrementum, id ipſi doloris eſſe cauſam. Nullam ſiquidem plenitudinem ulla in corporis parte hiems difcutit. In quibusdam vero coacto amplius et veluti compreſſo capite expreſſum excrementum in partes capite

Ed. Chart. IX. [105. 106.] Ed. Baſ. V. (257.)

κεφαλῆς ἐέναι χωρία. τοῦτο μὲν οὖν οἷον κάθαρσίς ἐστι καὶ κένωσις τῆς κεφαλῆς. ἐφ' ὧν δὲ διὰ τὸ βαρυνθῆναι τῷ πλήθει προκαμοῦσα τὸ τοῦ χειμῶνος οὐκ ἤνεγκε κρύος, ἐπὶ τούτων ψυχθεῖσα κατὰ δυσκρασίαν ἤδη μειζόνων ῥευμάτων αἰτία τοῖς κάτω μέρεσιν ἑαυτῆς γίνεται.

ιδ'.

[106] Ἢν δὲ βόρειον ᾖ καὶ ἄνυδρον, τοῖσι μὲν ὑγροῖσιν ἐοῦσι τὰς φύσιας καὶ τῇσι γυναιξὶ ξύμφορον, τοῖσι δὲ λοιποῖσιν ὀφθαλμίαι ἔσονται ξηραὶ καὶ πυρετοὶ ὀξέες καὶ κόρυζαι χρόνιαι, ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι.

Οὗτος ὁ λόγος ὁ νῦν εἰρημένος εὔδηλον ὡς οὐκ ἔστι τέλειος ἀφορισμὸς, ἀλλ' ἑνὸς ἀφορισμοῦ μέρος δεύτερον, οὗ τὸ πρότερον μέρος ἄρτι πεπαύμεθα διεξερχόμενοι. μενούσης γὰρ κοινῆς τῆς κατὰ τὸ θέρος ὑποθέσεως ἀμφοτέροις

inferiores deſcendit. Hoc itaque velut purgatio quaedam capitis eſt et vacuatio. Quibus vero plenitudine gravatum caput prius laboravit, nec hiemis frigus ferre potuit; in his jam per intemperiem refrigeratum, majorum inferioribus ſibi partibus fluxionum cauſa exiſtit.

XIV.

Si vero autumnus aquilonius et pluviarum expers fuerit, hominibus natura humidis et mulieribus confert; reliquis autem ophthalmiae erunt aridae et febres tum acutae tum diuturnae, atque nonnullis melancholiae.

Patet hanc orationem nunc pronunciatam integrum aphoriſmum non eſſe, ſed unius aphoriſmi partem alteram, cujus priorem partem nuper explicare deſtitimus. Nam manente communi ea, quae aeſtatis eſt, utrique ora-

Ed. Chart. IX. [106.] Ed. Bas. V. (257.)

τοῖς λόγοις, ὁ μὲν πρότερος ἔπομβρον καὶ νότιον ἐπ' αὐτῇ προϋποτίθεται τὸ φθινόπωρον, ὁ δὲ δεύτερος ὁ νῦν ἐνεστὼς ὄννδρον καὶ βόρειον. ὅτι δ' οὐδὲν διαφέρει ξηρὸν ἢ αὐχμηρὸν ἢ ἄνυδρον εἰπεῖν πρόδηλον παντί. γενομένων οὖν ἀμφοτέρων τῶν ὡρῶν αὐχμηρῶν τε καὶ ξηρῶν, αἱ μὲν ὑγραὶ φύσεις οὐ μόνον οὐδὲν βλαβήσονται πρὸς τῆς τοιαύτης κατασταάσεως, ἀλλὰ καὶ ὠφελειά τις ἐν αὐταῖς γενήσεται. τὴν δ' αἰτίαν αὐτὸς εἶπεν ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ ἀέρων οὕτω γράψας· τοῖσι δὲ φλεγματίῃσι ταῦτα πάντα ἀρωγά ἐστιν. ἀναξηραίνονται γὰρ καὶ εἰς τὸν χειμῶνα ἀφικνέονται οὐ πλαδῶντες, ἀλλ' ἀνεξηραμμένοι. τοῖσι δὲ λοιποῖσιν, ὅσοι μὴ τοιοῦτοι, ξηραὶ μὲν ὀφθαλμίαι, πυρετοὶ δὲ ὀξέες ἔπονται καὶ κόρυζαι, τισὶ δ' αὐτῶν καὶ μελαγχολίαι. τὴν δ' αἰτίαν τῆς τούτων γενέσεως αὐτὸς εἶπεν ἐν τῷ προγεγραμμένῳ βιβλίῳ διὰ τῆσδε τῆς λέξεως· τοῖσι δὲ χολώδεσι τοῦτο πολεμιώτατον γίνεται, λίαν γὰρ ἀναξηραίνονται καὶ ὀφθαλμίαι τούτοισι ἐπιγίνονται ξηραὶ καὶ πυρετοὶ ὀξέες καὶ πολυχρόνιοι, ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι· εἶτα

tioni ſuppoſitione: prior quidem autumnum illic pluvium et auſtralem praeſupponit, poſterior vero, quae nunc inſtat ſiccum et aquilonium. Quod vero nihil differat ſiccum aut ſquallentem, pluviarum expertem aut inaquoſum proferre, cuique manifeſtum eſt. Ambabus ergo anni tempeſtatibus et ſqualidis et ſiccis effectis, humidae quidem naturae non modo nihil offendentur ab ejusmodi conſtitutione, ſed potius aliquam utilitatem capient. Cauſam vero ipſe dixit libro de aëre, locis et aquis, ſic ſcribens: *Pituitoſis vero haec omnia ſunt auxilia. Deſiccantur enim atque ad hiemem minime humecti, ſed exſiccati perveniunt. Reliquos vero minime tales, ophthalmiae ſiccae, febres acutae atque gravedines et eorum nonnullos melancholiae comitantur. Horum generationis cauſam ipſe praedicto libro his verbis explicat. Bilioſis vero haec tempeſtas eſt inimiciſſima: admodum enim exſiccantur, his ſiccae ophthalmiae ſuccedunt et febres tum acutae tum diuturnae, quibusdam etiam melancholiae.* Deinde cau-

Ed. Chart. IX. [106. 107.] Ed. Baſ. V. (257.)

ἐπιφέρων φησὶ, τῆς γὰρ χολῆς τὸ μὲν ὑγρότατον καὶ ὑδαρέστατον ἀποξηραίνεται καὶ ἀναλίσκεται, τὸ δὲ παχύτατον καὶ δριμύτατον λείπεται, καὶ τοῦ αἵματος κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἀφ' ὧν ταῦτα τὰ νοσήματα αὐτοῖς γίνεται. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰς τὰς προκειμένας κατασάσεις αὐτάρκως εἰρήθη. διὰ τί δὲ μόνον τούτων τῶν καταστάσεων ἐμνημόνευσεν ὁ Ἱπποκράτης, οὐσῶν γε ἄλλων πολλῶν, οὐκ ἔχω φάναι. δηλῶσαι δὲ μᾶλλον βούλομαι τὴν μέθοδον, ᾗ τις ἂν χρώμενος, συμπλέκοι πάσας τὰς καταστάσεις, οἵαν τοιαύτην. ἄρξασθαι μὲν οὖν ἀναγκαῖόν ἐστιν ὡς ἀπὸ στοιχείων, τῶν ἁπλῶν δυσκρασιῶν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος. διελόμενον δὲ αὐτὰς εἴς τε τὰς πάνυ μικρὰς καὶ εἰς τὰς πάνυ σφοδρὰς καὶ εἰς τὰς [107] καὶ μετὰ ταῦτα εἰπεῖν περὶ ἑκάστης τῶν εἰρημένων δυσκρασιῶν, ἐν ἑκάστῃ τῶν ὡρῶν γενομένης, τίνα γεννήσει νοσήματα καθ' ἑκάστην φύσιν, εἶθ' ἑξῆς συμπλέκειν ἀλλήλαις δυοῖν ὡρῶν δυσκρασίαν, ὡς νῦν Ἱπποκράτης ἐπεχείρησε. διελθόντας δὲ καὶ ταύτας ἁπάσας ἐφεξῆς τὰς τῶν τριῶν ὡρῶν δυσκρασίας συμ-

ſam his verbis affert: *Bilis enim pars humidiſſima atque aquoſiſſima exſiccatur atque abſumitur; craſſiſſima vero et acerrima relinquitur; pars quoque ſanguinis eadem ratione, ex quibus hi morbi ipſis contingunt.* Haec itaque a nobis in propoſitas conſtitutiones ſatis explicata ſunt. Cur vero de his ſolis conſtitutionibus mentionem fecerit Hippocrates, quum et aliae ſint multae, non habeo dicere. Malo autem declarare methodum, qua quis utens omnes conſtitutiones complecteretur, quae talis eſt. Primum igitur a ſimplicibus ambientis nos aëris intempeſtatibus tanquam ab elementis exordiri neceſſarium eſt; deinde ipſas in minimas, maximas ac medias dividere; poſtea ſic praedictarum intempeſtatum unaquaque ſingulis in temporibus oborta dicere, quos morbos pro cujusque naturae ratione ſit procreatura, atque deinceps duorum temporum intemperies ſibi invicem complicare, quemadmodum nunc aggreſſus eſt Hippocrates. His vero commemoratis omnibus, trium deinceps temporum, deinde

Ed. Chart. IX. [106.] Ed. Baſ. V. (257.)

πλέξαι πάσας πάσαις, εἶθ' ἑξῆς τὰς τῶν τεσσάρων, οὕτως γὰρ ἂν ἡ γυμνασία γένοιτο τελεία. ταυτὶ μὲν οὖν ἴσως ποτὲ καὶ ἡμεῖς, σχολῆς ἐὰν ἐπιλαβώμεθα πλείονος, ἰδίᾳ γράψομεν. ἐν τῷ παρόντι δ' ἀρκείτω μόνον τοῦτο εἰρημένον ὡς ὀλίγας πάνυ συμπλοκὰς δυσκρασιῶν ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης, ὡς παράδειγμα δοκεῖν εἶναι μᾶλλον αὐτὰς, ἢ τι μέρος ἀξιόλογον ὅλης τῆς περὶ ταῦτα διδασκαλίας. ἐροῦμεν δ' ἐπὶ πλέον ὑπὲρ αὐτῶν, ἐπειδὰν ἐξηγησώμεθα τό τε περὶ τῶν ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων σύγγραμμα καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἐπιδημιῶν. ὃ δὲ ὑπεσχόμην ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐρεῖν ἤδη προγράψας ἐπ' αὐτῷ καταπαίσω τὸν λόγον. ἀκούειν γὰρ ἡμᾶς χρὴ τῶν καταστάσεων ἁπασῶν ὧν ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης ἐν τοῖς εὐκράτοις χωρίοις τῆς οἰκουμένης γενομένων, ἐξῃρημένων τοῦ λόγου τῆς μὲν Θρᾴκης ὅσα τῆς θαλάττης ἀποκεχώρηκεν, ὑγρὰ γὰρ ταῦτα καὶ ψυχρὰ περαιτέρω τοῦ μετρίου, καθάπερ τὰ κατ' Αἴγυπτόν τε καὶ Λιβύην θερμὰ καὶ ξηρά, πλὴν κἀνταῦθα τῶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ κειμένων. ἐν γὰρ τοῖς ψυχροῖς χωρίοις ὁποῖα τὰ

quatuor intemperies copulandae ſunt: ſic enim perfecta evadet exercitatio. Haec igitur et nos fortaſſis aliquando, ſi plus otii nacti fuerimus, ſeorſum ſcribemus. Sufficiat autem in praeſentia hoc ſolum dixiſſe, paucas admodum intempeſtatum complexiones Hippocratem ita ſcripſiſſe, ut hae potius quoddam exemplum eſſe videantur quam pars aliqua effatu digna totius circa talia diſciplinae. Dicemus autem plenius de ipſis, quum librum de aëre, locis et aquis et epidemiorum primum interpretabimur. Jam vero quod paulo ante ſum me dicturum pollicitus, eo adſcripto, in ipſo ſinem orationis ſum poſiturus. Intelligere namque nos oportet omnes, de quibus ſcripſit Hippocrates, conſtitutiones in temperatis mundi regionibus fuiſſe, exceptis Thraciae locis a mari remotioribus. Haec enim ſupra modum ſunt humida et frigida; quemadmodum tum Aegyptus tum Libya regiones calidiores ac ſicciores, exceptis earum tractibus illic mari adjacentibus. Frigidis

Ed. Chart. IX. [107.] Ed. Baſ. V. (257.)

κατὰ τὴν Θρᾴκην ἐστὶ καὶ Πόντον, ἐπειδὴ ταπεινὰ τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ, διὰ τοῦτ' ἔστι θερμότερα ταῖς κράσεσιν. ἐν δὲ τοῖς θερμοῖς ὁποῖα τὰ κατ' Αἴγυπτόν τε καὶ Λιβύην, ἐπειδὴ τοῦ θέρους ἀναψύχεται τοῖς ἀρκτικοῖς ἀνέμοις, διὰ τοῦτ' ἔστιν ἧττον θερμὰ τῶν ἀποκεχωρηκότων εἰς μεσόγειον. ἡ δ' ἀκριβῶς εὔκρατός τε καὶ μέση ζώνη τῆς οἰκουμένης ἐστὶν ἡ διὰ Κνίδου καὶ Κῶ καὶ ὅσα χωρία μὴ πολὺ τούτων ἀποκεχώρηκεν, ἤτοι πρὸς ἄρκτον ἢ πρὸς νότον. ἐπινοῆσαι δέ σε χρὴ δι' ὧν εἴρηκα χωρίων, ἐπ' ἀνατολήν τε καὶ δύσιν εὐθεῖάν τινα τεταμένην γραμμὴν εἶναι, τὴν εὔκρατον καλουμένην ζώνην καὶ ὑπὸ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα δεινῶν ἀκριβῶς νοήσεις. ὀνομάζουσι δ' ἔνιοι τῶν ἀστρολόγων οὐ ζώνας, ἀλλὰ παραλλήλους τὰς τοιαύτας ἐπὶ τῆς γῆς ὁμοιότητας τῶν οἰκήσεων ἐπ' ἀνατολῆς ἕως δύσεως ἐκτεταμένας. ὁ μὲν οὖν λόγος τῷ Ἱπποκράτει περὶ τούτων ἐστὶ μάλιστα τῶν χωρίων, ἡ δὲ τῶν ὡρῶν τάξις, ὡς αὐτός τε πολλάκις ἐνδείκνυται διὰ τῶν ἐπιδημιῶν οἵ τ' ἄριστοι τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα δεινῶν ἔγραψαν, ἥδ' ἐστίν. ἐπιτολὴ πλειά-

enim regionibus, qualis Thracia ac Pontus, quia humiliores, mari ſunt finitimae, propterea temperamento calidiorea exiſtunt. Calidis vero, qualis Aegyptus ac Libya, quoniam per aeſtatem a ventis ab Arcto ſpirantibus refrigerantur, idcirco minus calent quam quae ad mediterraneum receſſerunt. Zona vero exquiſite temperata ac media orbis habitabilis eſt, quae per Cnidum et Coum inſulas et quae loca non longe ab his ad urſam aut ad auſtrum receſſerunt. Intelligere autem te oportet et cogitatione comprehendere rectam quandam lineam per quae dixi loca tum ad ortum tum ad occaſum porrectam, temperatam eſſe zonam nominatam, quod ab iis, qui his in rebus verſantur, accurate didiceris. Nonnulli autem aſtrologi non zonas, ſed parallelas tales vocitant habitationum ſimilitudines, ab ortu ad occaſum porrectas. Itaque de iis potiſſimum locis Hippocrati ſermo eſt. Temporum autem ordo, ut et ipſe paſſim libris epidemiorum indicavit et ut praeſtantiſſimi earum rerum periti ſcripſe-

Ed. Chart. IX. [107. 108.] Ed. Baſ. V. (257.)

δος ἀρχὴ θέρους ἐστὶ, μεθ' ἣν κυνὸς ἐπιτολὴ τῆς καλουμένης ὀπώρας, ἣν δὴ καὶ αὐτὴν τὸ δεύτερον μέρος τοῦ θέρους τίθενται, μεθ' ἣν ἀρκτοῦρος ἐπιτέλλων ἀρχὴν ποιεῖται φθινοπώρου, κἄπειτα δύσις πλειάδων χειμῶνος ἀρχὴ γίνεται, εἶτα μετὰ τὸν χειμῶνα ἰσημερία τὴν ἀρχὴν ἔχει τοῦ ἦρος.

ιε'.

[108] Τῶν δὲ καταστάσεων τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρίων εἰσὶν ὑγιεινότεροι καὶ ἧσσον θανατώδεες.

Ὅτι βέλτιον ἦν τῶν προειρημένων ἀφορισμῶν, ἐν οἷς διδάσκει περὶ τῆς ἐν ταῖς ὥραις καταστάσεως γεγράφθαι τοῦτον πρῶτον τὸν ἀφορισμὸν, ὃν νῦν προκεχειρίσμεθα, δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐμάθομεν. ἐπειδὴ πρότερόν ἐστι καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τὸ ἁπλοῦν τοῦ συνθέτου·

runt, talis eſt. Vergiliarum ortus aeſtatis initium eſt, cui ſuccedit canis ortus, oporae vocatae, quam etiam ſecundam aeſtatis partem appellant. Poſt hanc arcturus oriens autumno dat initium. Deinde vergiliarum occaſus hiemis principium exiſtit. Atque quod inde hiemem ſequitur aequinoctium, veris exordium continet.

XV.

Ex anni conſtitutionibus in univerſum ſiccitates aſſiduis imbribus ſunt ſalubriores minusque letales.

Quod praeſtiterit praedictorum aphoriſmorum, in quibus de tempeſtatum anni ſtatu docet, hunc aphoriſmum primum ſcribere, quem nunc explicandum ſuſcepimus, ex ipſis rebus didicimus, cum ipſo ad prius ſcriptos aphoriſmos probandos, hoc etiam eguimus, tum hoc neceſſitate

Ed. Chart. IX. [108.] Ed. Baſ. V. (257. 258.)

μετ' ἐκεῖνον οὖν τὸν ἀφορισμὸν οὗ ἡ ἀρχὴ, νόται βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοί. πρότερον μὲν τάξομεν οὗ ἡ ἀρχὴ, αἱ δὲ καθ' ἡμέρην καταστάσιες αἱ μὲν (258) βόρειοι τά τε σώματα συνισιῶσι. δεύτερον δὲ τόν γε νῦν ἡμῖν προκείμενον, ἐν ᾧ τῶν ὅλων τοῦ ἐνιαυτοῦ καταστάσιων προκρίνει τοὺς αὐχμοὺς τῶν ἐπομβρίων, εἰκότως. ἐν μὲν γὰρ τοῖς αὐχμοῖς διαφορεῖται τὰ περιττὰ ὑγρὰ, κατὰ δὲ τὰς ἐπομβρίας ἔνδον τοῦ σώματος ἀθροιζόμενα σήπεται πλὴν εἴ τις αὐτὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀθροιζόμενα ἐκκαθαίρει τοῖς γυμνασίοις. οὐ μεγάλη γὰρ ἡ διὰ τῶν βαλανείων κένωσις καὶ μόνος σχεδόν τι τῶν κατὰ τὸ δέρμα. τὰ δ' ἐν τῷ βάθει κατεσπαρμένα τῇ τε σαρκὶ καὶ τοῖς στεριωτέροις ὀργάνοις οὐκ αὐτάρκως ἐκκενοῦται διὰ τῶν βαλανείων, οὐ μὴν οὐδὲ διὰ τῶν καθαρτικῶν φαρμάκων ἡ κένωσίς γε τῶν περιττῶν ἐπιτηδειος. μεγάλως τε γὰρ δεομένοις χρήσιμος καὶ διὰ χρόνων μακρῶν, αἱ δὲ τῶν ὁσημέραι γενομένων ἐν τῷ σώματι περιττωμάτων κενώσεις ἐλάττους εἰσὶν

edocti ſumus; quandoquidem et natura et doctrina ſimplex compoſitio prius eſt. Poſt illum igitur aphoriſmum cujus initium eſt: *auſtri auditus hebetudinem, viſus caliginem, capitis gravitatem, torporem ac reſolutionem excitant.* Priorem illum ordine locabimus, cujus initium: *quotidiani temporum ſtatus aquilonii quidem denſant corpora.* Secundum vero nunc nobis propoſitum ſtatuemus, in quo ex omnibus anni conſtitutionibus ſiccitates imbribus praefert, idque merito. Nam per ſiccitates humida excrementa diſcutiuntur, quae per imbres in corpore collecta putreſcunt, niſi quis ipſa quotidie exercitationibus expurget. Non enim quae balneis vacuatio perficitur, magna eſt, ſed nonnihil cuti cominus impactum dumtaxat vacuat; quae vero in profundo per carnem et ſolidiores partes organicas ſparſa ſunt, non ſatis abunde per balneas vacuantur. Neque certe quae purgantibus medicamentis excrementorum vacuatio promovetur, idonea fuerit, quippe quae magnopere egentibus et longis temporum in-

Ed. Chart. IX. [108.] Ed. Baſ. V. (258.)

ἢ κατὰ φαρμάκου καθαίροντος ἐνέργειαν. εἰ δὲ καὶ βουληθείη τις αὐταῖς χρῆσθαι δὶς τοῦ μηνὸς ἢ πάντως γε ἅπαξ εὐλαβούμενος ἀθροισθῆναι πολλὰ τῶν περιττωμάτων, κακώσει τὸ σῶμα, μετὰ καὶ τοῦ μοχθηροῦ περιβάλλειν ἔθει. τῆς γάρ τοι τροφῆς τὸ μὲν οἷον ὀρῶδές ἐστι καὶ ὑγρὸν, ὃ χάριν τῆς ἀναδόσεως αὐτῇ μέμικται, τὸ δὲ οἷον λιγνυῶδες περίττωμα κατὰ πλεῖστά γε τῶν σιτίων ὅσα μοχθηρότερα καὶ διαφεύγει τὴν ἐργασίαν τῆς φύσεως, ὡς μήθ' ὁμοιωθῆναι τῷ τρεφομένῳ σώματι μήτε προσφῦναι. ταῦτα οὖν πάντα κενοῦσθαι μὲν ἐφ' ἡμέρᾳ δεῖται, κενοῦται δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς ξηραῖς κατασκάσεσιν ἤπερ ἐν ταῖς ὑγραῖς καὶ διὰ τοῦτο ταύτας ὑγιεινοτέρας εἶπεν.

ισϛ'.

Νοσήματα δὲ ἐν μὲν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται πυρετοί τε μακροὶ καὶ κοιλίης ῥύσιες καὶ σηπεδόνες

tervallis utenda veniat. Ad haec quae quotidie in corpora excrementa procreantur, pauciores eorum vacuationes purgantis medicamenti facultatibus cedunt. Quod ſi quis veritus ne copioſa in corpore excrementa cumulentur purgationibus bis aut certe ſemel in menſe voluerit, is praeterquam quod pravae corpus implicabit conſuetudini, etiam ipſum labefactabit. Enimvero alimenti excrementum quoddam eſt velut ferofum ac humidum, quod ipſi diſtributionis gratia permixtum eſt; alterum eſt tanquam fuliginoſum reſiduum in permultis cibariis praeſertim deterioribus, quod naturae opificium coctionemve ſubterfugit, ut quod neque alendo corpori aſſimilari neque agglutinari queat. Haec igitur omnia quotidie vacuanda ſunt, ſed ſiccis potius quam humidis tempeſtatibus vacuantur, proptereaque illas ſalubriores eſſe pronunciavit.

XVI.

Per aſſiduos imbres morbi plerumque oboriuntur, febres diuturnae, alvi fluxiones, putredines, epilepſiae, apo-

Ed. Chart. IX. [109.] Ed. Baf. V. (258.)

καὶ ἐπίληπτοι καὶ ἀπόπληκτοι καὶ κυνάγχαι. ἐν δὲ τοῖσιν αὐχμοῖσι φθινώδεες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι καὶ δυσεντερίαι.

Τὸ μὲν τοὺς μακροὺς πυρετοὺς ὑγρότητος ἕπεσθαι πλήθει θαυμαστὸν οὐδέν, εἴ γε δέονται μὲν τῆς πέψεως οἱ κάμνοντες εἰς λύσιν τῶν νοσημάτων, τὰς πλείονας δὲ ὑγρότητας εἰκὸς ἐν πλείονι χρόνῳ πέττεσθαι. προσέτι δὲ καὶ τὸ ψυχροτέρους καὶ φλεγματικωτέρους ἐν ταῖς ἐπομβρίαις γίνεσθαι τοὺς χυμούς, ὥσπερ αὖ πάλιν ἐν τοῖς αὐχμοῖς χολωδεστέρους, ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο χρονιοῦσι μὲν ἐν ταῖς ἐπομβρίαις, ὀξύτεροι δὲ ἐν τοῖς αὐχμοῖς πυρετοὶ γενήσονται, τὸ δὲ καὶ τὰς ῥύσεις τῆς κοιλίας εἰκότως ἐν ταῖς ἐπομβρίαις γίνεσθαι, τῆς ἐν τοῖς χυμοῖς περιουσίας ἐκκαθαιρομένης διὰ τῆς γαστρὸς οὐκ ἄδηλον, ὥσπερ γε οὐδὲ τὰς σηπεδόνας· ἀσηπτότερα γὰρ ἐναργῶς ὁρᾶται τὰ ξηρὰ τῶν ὑγρῶν. εἰσὶ δὲ δήπου καὶ αἱ ἀποπληξίαι καὶ αἱ ἐπιληψίαι φλεγματικὰ νοσήματα. κυνάγχη δὲ γίνεται μὲν ἔστιν ὅτε

plexiae, anginae. Per magnas autem ficcitates tabes, ophthalmiae, arthritides, ſtranguriae ac dyſenteriae.

Febres quidem longas humiditatis multitudinem ſequi mirum non eſt, ſiquidem aegroti ad morborum ſolutionem coctione egent, plures autem humiditates nonniſi longo tempore concoqui poſſunt. Huc accedit quod pluviarum aſſiduitate frigidiores et pituitoſiores humores procreentur, quemadmodum contra ſiccitatibus bilioſiores. Quare hac quoque ratione febres pluvioſis temporibus diuturniores contraque ſiccitatibus acutiores evadunt. Alvi autem fluxiones merito pluvioſis temporibus oboriri ex humorum redundantia per alvum expurgata obſcurum non eſt, quemadmodum et putredines. Sicca namque humidis putredini minus eſſe obnoxia manifeſte conſpiciuntur. Sunt utique et epilepſiae et apoplexiae morbi pituitoſi. Angina autem fit interdum ipſa excrementorum ad fauces delata multi-

Ed. Chart. IX. [109.] Ed. Baf. V. (258.)

καὶ αὐτοῦ τοῦ πλήθους τῶν περιττωμάτων ἐνεχθέντος εἰς φάρυγγα. γίνεται δὲ ὡς τὰ πολλὰ καὶ τῶν ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥευμάτων ἐν φάρυγγι στηριχθέντων. ὅτι δὲ ἐν ταῖς ἐπομβρίαις τά τε ἄλλα ῥεύματα καὶ μάλιστα τὰ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὁρμώμενα πλεονάζει, πρόδηλόν ἐστι καὶ λέλεκταὶ πολλάκις. ἐν δὲ τοῖς αὐχμοῖς τάς τε φθινώδεις νόσους φησὶ πλεονάζειν καὶ τὰς ὀφθαλμίας, ἀρθρίτιδάς τε καὶ στραγγουρίας καὶ δυσεντερίας, ἀδιοριστότερον ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὴν περὶ τούτων ἀπόφασιν ποιησάμενος. αἱ γὰρ φθινώδεις νόσοι δύο ταύταις ἕπονται καταστάσεσι, τῇ τε ἄκρως ψυχρᾷ, καθ' ἣν καὶ ῥήγνυνταί τι τῶν ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις ἀγγείων τινὰ, καὶ τῇ μεθ' ὑγρότητος θερμῇ, καθ' ἣν ἡ κεφαλὴ πληρουμένη καταπέμπει τῷ πνεύμονι ῥεύματα. τῇ δὲ ξηρᾷ μὲν, ὅσον ἐπὶ τῇ θερμότητι καὶ ψυχρότητι κατὰ φύσιν ἐχούσῃ, πάντα μᾶλλον ἢ φθινώδεες ἀκολουθήσουσι νόσοι. διό μοι δοκοῦσί τινες ἀναγκασθῆναι τὸ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀκοῦσαι τὸ φθινῶδες, ἵνα ὁ λόγος ᾖ τοιοῦτος. ἐν δὲ τοῖς ἀμέτροις αὐχμοῖς αἵ τ' ὀφθαλμίαι φθινώδεις

tudine; fit etiam plerumque fluxionibus a capite in fauces impactis. Quod autem pluviosis temporibus tum alias fluxiones, tum potissimum e capite ruentes exuberent et manifestum et multoties a me dictum est. Per siccitates autem tabificos morbos, ophthalmias, arthritides, strangurias et dysenterias scatere proferens, indistinctius mea quidem sententia de his orationem fecit. Morbi namque tabidi hasce duas constitutiones sequuntur; unam summe frigidam, qua vas aliquod instrumentorum respirationi servientium rumpitur; alteram calidam simulque humidam, qua caput repletum ad pulmonem fluxiones ablegat; siccam vero constitutionem, quantum in calore ac frigore secundum naturam se habentem, omnes potius morbi quam tabes comitabuntur. Propterea mihi videntur nonnulli coacti fuisse ad oculos affectos tabificum adjectivum relatum intelligere, ut sit hujusmodi oratio: *immoderatis autem siccitatibus ophthalmiae tabificae fiunt*, hoc est quae

Ed. Chart. IX. [109. 110.] Ed. Baſ. V. (258.)

γίνονται, τουτέστιν εἰς φθίσιν ὀφθαλμῶν τελευτῶσι, καθ' ἣν ἀτροφώτεροί τε καὶ ξηρότεροι τῶν κατὰ φύσιν ἀποτελοῦνται μετὰ τοῦ καὶ τὴν κόρην αὐτῶν στενὴν γίνεσθαι, ξηραινομένων δηλονότι τῶν ὑγρῶν, ὑφ' ὧν διατεινομένη μετρίως μὲν ἐν τῇ κατὰ φύσιν ἐφυλάττετο συμμετρίᾳ, μειζόνως δὲ ἢ προσῆκεν εἰς πλάτος ἐξετείνετο μοχθηρόν. εἰ δ' αὖ- [110] τὰς ταθ' ἑαυτὰς ἀκούομεν εἰρῆσθαι τὰς ὀφθαλμίας, προσθήσομεν αὐταῖς τὰς ξηράς. εἴρηται δ' ὀλίγον ἔμπροσθεν ἡ αἰτία τοῦ ξηρὰς ὀφθαλμίας ἐν τοῖς ἀμέτροις αὐχμοῖς γίνεσθαι. καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ ἀρθριτικὰ νοσήματα τὰ μὲν ἐπὶ ῥεύμασιν, οὐδὲ ὅλως ἔσται καιὰ τὰς ἀμέτρους ξηρότητας, τὰ δ' ὑπὸ δριμύτητός τινος, ἐὰν καὶ θερμότης ἄμετρος προσγένηται, τηνικαῦτα μόνον ἔσται. τίνας οὖν εἴρηκεν ἀρθρίτιδας ἐν τοῖς αὐχμοῖς γίνεσθαι ζητητέον. εἰ γὰρ ἄμετροι γεννηθέντες δαπανήσειαν ἐκ τῶν ἄρθρων τὴν ὑγρότητα, δυσκινησίαν μέν τινα κατὰ ξηρότητα ποιήσουσιν, ἴσως δ' ἄν ποτε καὶ ἄλγημα. τὴν μέντοι καλουμένην ἀρθρῖτιν οὐκ ἂν ἐργάσαιντο, πλὴν εἰ πᾶν ἄρθρων ἄλγημα κα-

in oculorum tabem definant, qua ipſi praeter naturam tum macilentiores tum ſicciores prorſus evadunt eorumque pupilla redditur anguſtior, exſiccatis videlicet humoribus a quibus moderate quidem diſtenta in naturali ſymmetria ſervabatur, magis vero quam oporteat ad pravam latitudinem extendebatur. Si vero ipſas per ſe dici ophthalmias intelligamus, ipſis ſiccas adjungemus. Dicta vero paulo ante cauſa eſt, qua ſiccae ophthalmiae per immoderatos ſqualores procreentur. Jam vero arthritici morbi a fluxionibus oriundi nullo modo per immoderatas ſiccitates fient. Qui namque ab acrimonia quadam procedunt, ſi calor quoque immoderatus acceſſerit, tunc ſolum oborientur. Quas igitur arthritides per ſqualores fieri dixerit quaerendum eſt. Si enim immoderati ſqualores facti articulorum humiditatem conſumſerint, aliquam ſane prae ſiccitate motus difficultatem, fortaſſis etiam interdum dolorem efficient; nunquam tamen affectionem arthritin vocatam concitaverint, niſi quis omnem articulorum dolo-

Ed. Chart. IX. [110.] Ed. Baſ. V. (258.)

λεῖν τὸ τοιοῦτόν τις ἐθέλῃ. καίτοι αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν φησιν, ἐν Λίνῳ ἐν λιμῷ ὀσπριοφαγέοντες, σκελέων ἀκραιέες ἐγένοντο· ἀτὰρ καὶ ὀροβοφαγέοντες γονυαλγέες, οὐκ ἀρθριτικοὺς, ἀλλὰ γονυαλγεῖς οἰνόμασεν αὐτούς. ἴσως δ' ἄν τις λέγοι μὴ τὸν ἑνὸς ἄρθρου πόνον, ἀλλὰ τῶν πολλῶν ἀρθρῖτιν ὀνομάζεσθαι, καὶ κατὰ τοῦτο μηδέπω τοὺς γονυαλγεῖς ἀρθριτικοὺς προσαγορεύεσθαι. περὶ μὲν οὖν τῆς ἀρθρίτιδος ἀρκείτω διηπορῆσθαι μέχρι τοσούτου· περὶ δὲ τῶν στραγγουριῶν ἑφεξῆς εἰπωμεν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐται τοῖς αὐχμοῖς ἁπλῶς ἕπονται, χωρὶς τοῦ διορίσασθαι τοὺς τρεῖς διορισμοὺς, ἕνα μὲν τὴν ἀμετρίαν τῆς ξηρότητος, ἕτερον δὲ τὴν μετὰ θερμότητος, καὶ τρίτον τὴν μετὰ ψυχρότητος, ὧν οὐκ ἐμνημόνευσεν ὁ Ἱπποκράτης. ἀλλ' ἐάν τις, ὡς ἔφην, ἐθελήσῃ πασῶν τῶν ἐν ταῖς ὥραις καταστάσιων ἐρευνήσασθαι τὴν φύσιν, οὕτως αὐτῷ ποιητέον ἔσται δ' ὁ λόγος σαφὴς ἐπὶ παραδείγματος αὐτοῦ τοῦ νῦν προκειμένου σκέμματος. αὐχμὸς μὲν γὰρ ἄμετρος ἐν μὲν ταῖς εὐκράτοις φύσεσιν ἑτέραν ἐργάζεται κατὰ τὸ σῶμα

rem ita vocare velit. Quamquam ipſe epidemiorum ſecundo ita pronunciat: *Aeni famis tempore qui leguminibus veſcebantur in crurum debilitatem inciderant et propter eorum eſum genuum dolores patiebantur*, non arthriticos, ſed genua dolentes ipſos appellavit. At quidam fortaſſis cenſet non unius articuli dolorem, ſed multorum ſimul arthritin nominari et idcirco genua dolentes nondum arthriticos appellari. Atque de arthritide hactenus haec quaeſiſſe ſufficiat. De ſtranguriis autem deinceps differamus. Neque enim ipſae etiam ſiccitates abſolute comitantur, niſi tribus adhibitis diſtinctionibus. Prima eſt immoderata ſiccitas; ſecunda cum calore ſiccitas; tertia ſiccitas cum frigore, quarum non meminit Hippocrates. Si cui tamen, ut dixi, libeat omnium in anni tempeſtatibus conſtitutionum naturam inveſtigare, ſic ipſi faciendum. Erit autem manifeſta exemplo propoſitae hujus quaeſtionis oratio: nam immoderata ſiccitas aliam in temperatis naturis, aliam in ſiccis, quemadmodum et aliam

Ed. Chart. IX. [110.] Ed. Baf. V. (258. 259.)

διάθεσιν, ἑτέραν δ' ἐν ταῖς ξηραῖς, ὥσπερ γε κἀν ταῖς ὑγραῖς ἑτέραν. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν θερμήν τε καὶ ψυχρὰν ἄλλην ἐν ἑκατέρᾳ διάθεσιν ἐργάζεται. καὶ κατὰ τὰς συζυγίας δὲ τῶν ἁπλῶν δυσκρασιῶν ἄλλην μὲν ἐν τῇ θερμῇ τε καὶ ξηρᾷ, διαφέρουσαν δ' αὐτῆς ἐν τῇ ψυχρᾷ τε καὶ ξηρᾷ, κἀπὶ τῶν ὑπολοίπων δυοῖν ὡσαύτως. ὥσπερ δ' ἁπλῆν φυλάξαντες ἄρτι τὴν τοῦ περιέχοντος δυσκρασίαν καθ' ἑκάστην φύσιν ἔφαμέν τινα ἰδίαν ἐργάζεσθαι διάθεσιν, οὕτω σύνθετον ὑποθέμενοι καθ' ἑκάστην αὖ πάλιν φύσιν ἐπισκεψόμεθα τὰς ἐσομένας διαθέσεις. ἔσται δὲ σύνθετος ἡ ξηρὰ τοῦ περιέχοντος κατάστασις, ὅταν ἤτοι μετὰ ψυχρότητος ἢ θερμότητος μιχθῇ. καίτοι γε ἁπλῆ δόξειεν ἂν εἶναί πως σίνθετος, ἐμίγνυτο γὰρ εὐκράτῳ καταστάσει μέσῃ τῶν (259) ἀμετριῶν ἑκατέρων, τῆς τε κατὰ θερμότητα καὶ τῆς κατὰ ψυχρότητα. συγκεχωρημένου δ' ἐν ταῖς διδασκαλίαις ἁπλᾶς μὲν δυσκρασίας γίγνεσθαι τὰς κατὰ μίαν ποιότητα τοῦ κατὰ φύσιν ἐξισταμένας, οὐχ ἁπλᾶς δὲ τὰς κατὰ πλείους· εἰκότως. ὅταν ἐν μὲν τῇ κατὰ τὸ ξη-

in humidis corporis affectionem efficit, ſic et in calidis ac frigidis diverſam in utraque affectionem creat. Secundum etiam conjugationes ſimplicium intempeſtatum aliam quidem in calida et ſicca, diverſam autem ab ipſa in frigida et ſicca et in reliquis duabus eodem modo ſit conjugationibus. Et quemadmodum ſimplicem paulo ante ſervantes ambientis aëris intemperiem in unaquaque natura futuras affectiones conſiderabimus. Erat autem compoſitae ſicca ambientis aëris conſtitutio, quum frigiditati aut caliditati admixta fuerit, quamquam et ſimplex quodammodo videbatur et compoſita. Nam miſcebatur temperatae conſtitutioni inter utramque incommoderationem, tum eam quae in calore tum eam quae in frigore exiſtit mediae. Hoc autem conceſſo in doctrinis ſimplices quidem intemperies eas eſſe quae qualitate una a naturali ſtatu recedant, non ſimplices autem eas quae pluribus, merito; quum aër ambiens ſicci et humidi oppoſitione

Ed. Chart. IX. [110. 111.] Ed. Baſ. V. (259.)

ρόν τε καὶ ὑγρὸν ἀντιθέσει δύσκρατον ἢ τὸ περιέχον, ἐν δὲ τῇ κατὰ τὸ θερμόν τε καὶ ψυχρὸν εὔκρατον, ἁπλῆν ἐροῦμεν εἶναι τὴν δυσκρασίαν. ἐφ' ἅπάντων οὕτω σκοποῦσιν ἡμῖν εὔδηλον εἰς ὅσον ἐκταθήσεται μῆκος ὅ τ' ἄλλος τῶν καταστάσεων λόγος, ὅ τε νῦν εἰρημένος ἐπὶ τῆς κύστεως. αἱ γάρ τοι στραγγουρίαι γίγνονται διά τε τὴν [111] δριμύτητα τῶν οὔρων καὶ ἀῤῥωστίαν τῆς ἐν τῇ κύστει καθεκτικῆς δυνάμεως, ἥτις πάλιν ἀῤῥωστία γίνεται δι' ἄμετρόν τινα δυσκρασίαν. οὐσῶν δ' ὀκτὼ τῶν ἀμετριῶν, καθ' ἑκάστην αὐτῶν ἀῤῥωστός τε ἡ κύστις ἔσται καὶ διὰ τοῦτο ἀκολουθήσουσιν αὐτῇ στραγγουρίαι. καὶ μὲν δὴ καὶ αἱ δριμύτητες τῶν οὔρων ὑπὸ δυσκρασιῶν γίγνονταί τινων καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ θερμὸν, ἐφεξῆς δ' ἐπὶ τῆς κατὰ τὰ θερμότητά τε καὶ ὑγρότητα καὶ τρίτον τῆς κατὰ ξηρότητα. γενήσεται γοῦν καὶ διὰ ταῦτα στραγγουρία τῶν αὐτῆς τῆς κύστεως παθῶν ἰδίων ἐξῃρημένων, οἷς ἀκολουθοῦσιν αἱ στραγγουρίαι λόγῳ συμπτώματος, οἷον ὅταν ἤτοι δι' ἕλκος, ἢ ἐρυσίπελας, ἢ ἀπόστημα κατ' αὐτὴν γενόμενον,

fuerit intemperatus et calidi et frigidi contentione temperatus, ſimplicem eſſe intemperiem dicemus. At in omnibus nobis ita ſpeculantibus perſpicuum eſt orationem tum eam aliam quae de conſtitutionibus eſt, tum eam quae nunc de veſica habetur, in magnam prolixitatem evaſuram. Stranguriae namque fiunt tum propter urinarum acrimoniam, tum propter facultatis retentricis veſicae imbecillitatem, quae rurſum imbecillitas ob immoderatam aliquam intemperiem oboritur. Quum vero octo ſint immoderationes, ipſarum unaquaque imbecilla erit veſica, atque idcirco eam ſtranguriae conſequentur. Quin etiam urinae acrimonia a quadam fit intemperie, ſed primum ac frequentius a caloris, deinde a caloris et humiditatis, ac tertio a ſiccitatis exceſſu. Fiet itaque tum ab his cauſis ſtranguria, tum ab exceptis propriis ipſius veſicae affectibus, quos ſymptomatis ratione ſtranguria conſequitur; veluti quum quis propter ulcus aut eryſipelas

Ed. Chart. IX. [111.] Ed. Baf. V. (259.)

ἢ φλεγμονὴν, ἤ τι τῶν τοιούτων ἕτερον, τῇ στραγγουρίᾳ συμπέσῃ. νυνὶ γὰρ οὐ περὶ τούτων ὁ λόγος, ἀλλὰ μόνον τῶν ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος κράσεως γινομένων ἐστὶν, ὥσπερ γε οὐδὲ περὶ τῶν ἐκ διαίτης τινὸς πλημμελοῦς. ἃ δὲ ἐπὶ τῆς στραγγουρίας εἴρηται, ταὐτά μοι νόει καὶ περὶ τῆς δυσεντερίας εἰρῆσθαι, περὶ ἧς οὐδ' αὐτὸς συμφέρομαι τῷ Ἱπποκράτει. δυσεντερίαι γὰρ οὐχ ἁπλῶς ἀκολουθήσει ταῖς ξηρότησιν ἄνευ τοῦ διορίσασθαι, πρῶτον μὲν τὸ κατ' αὐτὴν ἐσχάτως ἄμετρον εἶτα τὴν θερμότητα καὶ ψυχρότητα τοῦ περιέχοντος ἐξαλλαγὴν, εἶτα καὶ τὰς πασχούσας φύσεις τῶν σωμάτων. ἔστι δ' οὐχ οὕτως ὑπὲρ Ἱπποκράτους ἀπορῆσαι δίκαιον, ὅτι τηλικαύτην θεωρίαν πρῶτος συστησάμενος οὐκ ἐξειργάσατο πᾶσαν, ὥσπερ Διοκλέους μὲν πρῶτον καὶ Μνησιθέου μετ' αὐτὸν, εἶτα καὶ ἄλλων πολλῶν ἰατρῶν, ὅσοι ταῖς ἀληθέσιν ὁδοῖς Ἱπποκράτους χρώμενοι πολλὰ τῶν καιὰ μέρος ἐξεργάσασθαι προὔθεντο. δέον γὰρ αὐτοὺς εἴπερ τι καὶ ἄλλο, τὴν περὶ τῶν κατασκάσεων θεωρίαν ὡς

aut abſceſſum in ea factum aut inflammationem aut ejusmodi aliud in ſtranguria inciderit. Nunc enim non de his exiſtit oratio, ſed de iis ſolum, quae ab aëris ambientis temperatione proveniunt, quemadmodum neque de illis, quae ex mendoſo victu procedit. Quae de ſtranguria dicta ſunt, haec etiam a nobis de dyſenteria dicta eſſe mente percipe, de qua neque ipſe Hippocrati aſſentior. Non enim dyſenteria abſolute ſiccitates ſequitur niſi diſtincte explicet primum ſummam ſiccitatis ametriam; deinde ambientis in calore et frigore mutationem; poſtremo etiam effectas corporum naturas. De Hippocrate vero addubitare, quod tantam artis ſpeculationem, quam primus conſtituit, univerſam non abſolverit non ita aequum eſt, quemadmodum de Diocle primum, deinde poſt ipſum de Mneſitheo; poſtremo de ceteris plerisque medicis, qui veras Hippocratis vias ſequuti multa ſibi particulatim elaboranda propoſuerunt. Quum enim eos deceret, ſi quidquam aliud, eam quoque de temporum conſtitutionibus

Ed. Chart. IX. [111. 112.] Ed. Baſ. V. (259.)

ὑπεθέμην ἄρτι διαρθρώσασθαι καὶ πᾶσαν ἐξεργάσασθαι παντελῶς ὠλιγώρησαν. ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὸ πειρασόμεθα ποιῆσαι, γράψαντες ἑτέραν ἰδίαν πραγματείαν ὅλην περὶ τούτων. ταῦθ' ἡμῖν πρότερον ὅσα μετὰ χεῖρας ἔχομεν συντελεσθῇ.

ιζ'.

Αἱ δὲ καθ' ἡμέρην κατασάσιες αἱ μὲν βόρειοι τά τε σώματα ξυνιστῶσι καὶ εὔτονα καὶ εὐκίνητα καὶ εὔχροα καὶ εὐηκοώτερα ποιέουσι καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι καὶ τὰ ὄμματα δάκνουσι καὶ περὶ τὸν θώρηκα ἄλγημα ἤν τε προϋπάρχῃ, πονέουσι μᾶλλον. αἱ δὲ νότειοι διαλύουσι τὰ σώματα καὶ ὑγραίνουσι καὶ καρηβαρίας καὶ βαρυηκοΐας καὶ ἰλίγγους ποιέουσιν, ἔν τε τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι καὶ ἐν τοῖσι σώμασι δυσκινησίην καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνουσιν.

---

[112] Ξηρὸς καὶ ψυχρὸς ἄνεμος ὑπάρχων ὁ βορρᾶς, ἀναλίσκει μὲν ἅπαντα τὰ ἐκ τοῦ σώματος περιττὰ, τόνον

contemplationem, ut nuper ſuppoſui, articulate explicare totamque elaboratam reddere prorſus neglexerunt. Verum nos id facere aggrediemur proprio his dicato opere, ſi quae prae manibus habemus, prius abſoluta fuerint.

XVII.

Quotidiani temporum ſtatus, aquilonii quidem corpora denſant, robuſta, motu facilia, probe colorata probeque audientia reddunt, alvos exſiccant, oculos mordent et ſi quis dolor thoracem prius obſederit, dolorem irritant. Auſtrini vero corpora tum exſolvunt, tum humectant, auditum obtundunt, capitis gravitatem et vertigines oculis et corporibus difficilem motionem inducunt et alvos humectant.

Quum ſiccus ac frigidus ventus ſit boreas, omnia ex corpore abſumit excrementa. Ipſis autem inſtrumentis

Ed. Chart. IX. [112.] Ed. Baſ. V. (259.)

δὲ ἐντίθησι τοῖς ὀργάνοις αὐτοῖς ἐκ τοῦ σφίγγειν τε καὶ συνάγειν αὐτὰ, πιλήσει τῆς οὐσίας. διὰ τοῦτο γοῦν βελτίω πάντα γίγνεται, φησὶ, κατά τε τὰς φυσικὰς καὶ τὰς ψυχικὰς ἐνεργείας. τὰς μὲν γὰρ ψυχικὰς ἐνεδείξατο διὰ τοῦ φάναι εὐκίνητά τε καὶ εὐηκοώτερα, τὰς δὲ φυσικὰς ἐνεργείας, ὅταν εὔχροα λέγῃ. κοινὸν δ' ἀμφοῖν ἡ εὐτονία, καὶ δῆλον ὡς ἐκ μιᾶς αἰσθήσεως τῆς ἀκοῆς οἷον παραδείγματος ἐδήλωσε καὶ περὶ τῶν ἄλλων. ταυτὶ μὲν οὖν ἀγαθὰ ταῖς βορείαις ὑπάρχει κατασιάσεσι καὶ μάλιστα τούτων ἀπολαύουσιν οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα καὶ τούτων αὐτῶν οἱ ὑγρότεροι μᾶλλον. ὑπάρχει δέ τινα καὶ κακὰ ταῖς κατασιάσεσι ταύταις, ἀλλὰ μικρὰ καὶ οὐχ ὅμοια τοῖς νοτίοις. πῶς γὰρ οὐ σμικρὰ τό τε ἐπισχεθῆναι τὴν γαστέρα καὶ δηχθῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ παροξυνθῆναι τὰς προϋπαρχούσας ὀδύνας κατὰ τὸν θώρακα; γνώσῃ δ' ἐναργέστερον αὐτῶν τὴν σμικρότητα παραβάλλων ταῖς νοτίαις κατασιάσεσιν, ἃς διαλύειν ἔφη τὰ σώματα. μέγιστον γὰρ τοῦτο κα-

ſubſtantiae denſatione a ſe conſtrictis et coactis robur infert. Quamobrem perfectius, inquit, omnes ſuas functiones obeunt tam naturales quam animales facultates. Nam animales quidem functiones his verbis oſtendit: *Et motu facilia probe audientia.* Naturales vero functiones quum probe colorata pronuntiat. Utrisque autem commune virium robur. Manifeſtum etiam eſt unico auditus ſenſu veluti exemplo idem quoque de relictis ſenſibus intelexiſſe. Haec igitur bona aquiloniis conſtitutionibus inſunt, quibus maxime perfruuntur ſanis corporibus praediti et ex his ipſis humidiores. Adſunt tamen ſua his etiam conſtitutionibus mala, verum parva minimeque malis quae auſter invehit ſimilia. Qua ratione non parva ſint, alvum ſiſti, oculos pungi et praecedentes thoracis dolores exacerbari? At ipſorum parvitatem apertius noſces, ſi aquilonias cum auſtrinis conſtitutionibus contuleris, quas dixit corpora diſſolvere; id enim ad omnem fuuctionem

Ed. Chart. IX. [112.] Ed. Baſ. V. (259.)

κὸν εἰς ἅπαν ἐστὶν ἔργον, ζωτικόν τε καὶ ψυχικόν. οὐ μικρὸν δ' οὐδ' ἡ καρηβαρία τε καὶ δυσηκοΐα. περὶ δὲ τῶν ἰλίγγων τί δεῖ καὶ λέγειν; ἐγγὺς γὰρ οὗτοί εἰσιν ἐπιληψίας τε καὶ ἀποπληξίας. ἴλιγγος γάρ ἐστιν ἡ σκοτοδινία, ἥτις γίνεται ὑγροῦ μετὰ παχέος πνεύματος κινουμένου κατὰ τὴν κεφαλήν, διὸ καὶ προηγεῖται ἐπιληψίας καὶ ἀποπληξίας. ἀλλὰ καὶ δυσκινησίας, φησὶ, κατά τε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποτελοῖσι καὶ σύμπαν τὸ σῶμα, μοχθηρὰ δὲ καὶ ταῦτα τὰ συμπτώματα. μόνον δ' ἐν αὐτοῖς ὑπάρχει τὸ μέτριον, ὅτι τὰς γαστέρας ὑγροτέρας ἐργάζονται ὁρῶσι δὲ καὶ τοῦτο καὶ τὰ ἄλλα πάντα μάλιστα μὲν διὰ τὴν ὑγρότητα, πρὸς ταῦτα δὲ καὶ διὰ τὴν θερμότητα. καὶ τό γε κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου γεγραμμένον ἄμεινον ἦν ἐνηλλάχθαι τῇ τάξει, πρῶτον μὲν ἔχον ἐν ἑαυτῷ τὸ ὑγιαίνουσι, δεύτερον δὲ τὸ διαλύουσιν, εἶθ' οὕτω τὰ ἑφεξῆς. εἰ γὰρ ὑγραίνουσι καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ποιοῦσι, συντελούσης εἰς ταῦτα καὶ τῆς θερμασίας. αἱ μὲν γὰρ ἐνέργειαι γίνονται διὰ τῶν στερεῶν τοῦ ζώου μορίων, ἅπερ δὴ καὶ ὄντως ἐστὶν αὐτοῦ

vitalem ac animalem maximum malum eſt, nec parvum etiam capitis gravitas et obtuſus auditus malum. Quid autem de vertiginibus quoque dicendum? Hae namque tum epilepſiae tum apoplexiae proximae ſunt. Ilingus enim eſt tenebricoſa vertigo, quae fit quum humor cum craſſo ſpiritu in capite movetur ideoque epilepſiam et apoplexiam praecedit; imo et dyſcineſiam, inquit, difficilemve tum oculorum tum totius corporis motum, quae et ipſa prava ſunt ſymptomata, id ſolum ipſis moderatum eſt, quod alvos humidiores efficiant. Atque id et alia omnia efficiunt tum maxime propter humiditatem tum etiam propter caliditatem. Quod autem orationis initio ſcriptum eſt, id praeſtitiſſet commutato ordine legi, ut primo loco legeretur, humectant, ſecundo diſſolvunt; deinde quae deinceps eodem ordine. Si enim humectant, etiam aliorum quodque efficiunt, colore ad haec conferente. Actiones enim per ſolidas fiunt animalis partes, quae

Ed. Chart. IX. [112. 113.] Ed. Baſ. V. (259.)

μόρια. βαρύνεται δὲ ταῦτα καὶ διὰ τοῦτ' ἐνεργεῖ χεῖρον ὑπὸ πλήθους τῶν ὑγρῶν.

ιη'.

[113] Κατὰ δὲ τὰς ὥρας τοῦ μὲν ἦρος καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος οἱ παῖδες καὶ οἱ τουτέων ἐχόμενοι τῇσιν ἡλικίῃσιν, ἄριστά τε διάγουσι καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα. τοῦ δὲ θέρεος καὶ τοῦ φθινοπώρου μέχρι μέν τινος οἱ γέροντες, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ φθινοπώρου καὶ τοῦ χειμῶνος οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσι.

Οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἡλικιῶν, ἀλλὰ καὶπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα κατὰ κρᾶσιν ἤτοι συμμέτρως ἢ ἀμέτρως ἔχει τὸν εἰρημένον νῦν ὑπὸ Ἱπποκράτους λόγον ἐξετάζων εὑρήσεις ἀληθῆ. ταῖς μὲν γὰρ εὐκράτοις φύσεσι καὶ ἡλικίαις καὶ χώραις ἀρίστη τῶν ὡρῶν ἐστιν ἡ εὐκρατοτάτη, δεομέναις γε οὐ μεταβολῆς ἧς ἔχουσιν ἕξεως, ἀλλὰ φυλακῆς, ἐπειδὴ

ſane re ipſa ac vere ſunt ejus partes. Hae vero humorum plenitudine gravatae deterius agunt.

XVIII.

At pro anni tempeſtatibus, vere quidem et prima aeſtate proximi, tum optime degunt, tum maxime valent; aeſtate vero et quadamtenus autumno ſenes. Reliqua autumni et hiemis parte qui inter has aetates ſunt medii.

Non ſolum in aetatibus, verum etiam in ceteris omnibus, quae ſecundum temperationem vel moderate vel immoderate ſe habent, ſi quis orationem hoc in loco Hippocratis examinaverit, veram comperiet. Naturis ſiquidem aetatibus et regionibus temperatis tempus eſt optimum, quod temperatiſſimum, quippe quae non habitudinis quam habent mutatione, ſed conſervatione egeant,

Ed. Chart. IX. [113.] Ed. Baſ. V. (260.)

(260) τῶν ὄντων ἕκαστον ὑπὸ μὲν τῶν ὁμοίων φυλάττεται, μεταβάλλεται δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων. ὥσθ' ἡ τῶν παίδων ἡλικία καὶ τούτων μᾶλλον ἔτι ἡ τῶν μειρακίων, αὕτη γὰρ ἀρίστη τῶν ἡλικιῶν ἐστιν, ἐν ἦρι κάλλιστα διάγουσι, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὅσαι τῶν φύσεων ἢ τῶν χωρῶν εἰσιν εὔκρατοι. προσέθηκε δὲ τὸ ἦρι τὴν ἀρχὴν τοῦ Θέρους ὁ Ἱπποκράτης, εἰς πλάτος ἐκτείνων τὴν χρείαν ἑκάστου τῶν θεωρημάτων. ἀκριβέστερον δ' ἦν εἰπεῖν τὰ μὲν μειράκια τοῦ ἦρος, τοὺς δὲ παῖδας ἐν ἀρχῇ τοῦ Θέρους ἄριστα διάγειν. ἐπὶ δὲ τῶν γερόντων διὰ τὴν ψυχρότητα τῆς κράσεως ὠφέλιμόν ἐστι τὸ Θέρος, ὥσπερ γε καὶ τοῖς ἀκμάζουσιν ὁ χειμὼν ὠφελιμώτατός ἐστιν. ἐναντίος γάρ ἐστι καὶ οὗτος τῇ κατὰ τούτους δυσκρασίᾳ χολώδει οὔσῃ· οὕτω καὶ τῶν φύσεων αἱ μὲν χολωδέστεραι χειμῶνος ἄριστα διάγουσιν, αἱ δὲ φλεγματικώτεραι Θέρους, αἱ δ' εὔκρατοι τοῦ ἦρος. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν χωρῶν αἱ μὲν εὔκρατοι κάλλιστον ἔχουσι τὸ ἔαρ, αἱ δ' ἄλλαι Θέρους μέν αἱ ψυχραί, χειμῶνος δ' αἱ θερμαί. καὶ μὲν δὴ καὶ τὰς χειρίστας ὥρας ἑκάστη τῶν ἡλικιῶν καὶ τῶν φύσεων καὶ τῶν χωρῶν

quandoquidem a ſimilibus res quaeque ſervatur, mutatur a contrariis. Quare pueri et adhuc magis adoleſcentes, ipſorum enim aetas eſt omnium optima, aetatem vere degunt optime. Eadem quoque ratione quaecunque regiones aut naturae temperatae ſunt vere ſe habent belliſſime. Adjunxit autem veri aeſtatis principium Hippocrates, latius extendens uniuscujusque theorematis uſum. Accuratius autem fuiſſet pronunciare: *adoleſcentes vere, pueri aeſtatis principio optime degunt.* At vero ſenibus propter temperamenti frigiditatem aeſtas eſt utilis, aetatis vigore florentibus hiems utiliſſima. Haec enim biliosae ipſorum temperiei contraria eſt. Sic et naturae biliosiores hieme, pituitoſiores aeſtate, temperatae vere degunt optime. Similiter temperatis regionibus ver optimum eſt, ut frigidis aeſtas et hiems calidis. Quin peſſima etiam cuique aetati et naturae et regioni tempora ex iis quae

Ed. Chart. IX. [113. 114.] Ed. Baſ. V. (260.)

ἐκ τῶν εἰρημένων ἔνεστιν εὑρεῖν. ἐναντιοῦται γὰρ εἰσὶ ταῖς ἀρίσταις αἱ κάκισται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὰς μέσας τῶν ἀρίστων τε καὶ χειρίστων εὑρήσεις. ἔτι δὲ κἀκείνῳ χρὴ προσέχειν ἀκριβῶς τὸν νοῦν ὡς τὸ μὲν ἔαρ ἄριστον εἴρηται εἶναι τοῖς μειρακίοις, ἅπασι δὲ τοῖς ἄλλοις ἐστὶ μέσον. οὔτε γὰρ ἄριστον ὑπάρχει οὔτε χείριστον. οὕτω δὴ καὶ πρὸς τὰς φύσεις ἔχει καὶ τὰς χώρας. τό γε μὴν φθινόπωρον ἁπάσαις καὶ ἡλικίαις κακὸν καὶ φύσεσι καὶ χώραις. ἧττον δ' ἐν αὐταῖς τῶν ἄλλων αἱ ὑγραὶ καὶ θερμαὶ βλάπτονται κατὰ τὸ φθινόπωρον.

ιθ'.

[114] Νόσηματα δὲ πάντα μὲν ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνονται, μᾶλλον δ' ἔνια κατ' ἐνίας αὐτέων καὶ γίνεται καὶ παροξύνεται.

---

dicta ſunt, invenire poſſumus. Nam peſſima ſunt optimis maxime contraria. Eadem ratione media etiam inter optima et peſſima comperies. Illud praeterea diligenter animadvertendum, ver quidem adoleſcentibus dictum optimum, aliis omnibus eſſe medium; neque enim his optimum eſt, neque peſſimum. Sic ſane et ad naturas et regiones ſe res habet. Et autumnus omnibus utique et aetatibus et naturis et regionibus malus eſt; minus tamen per autumnum calidae et humidae naturae quam aliae laeduntur.

XIX.

Morbi omnes in omnibus anni tempeſtatibus oriuntur; nonnulli tamen in quibusdam magis tum fiunt tum irritantur.

Ed. Chart. IX. [114.] Ed. Baſ. V. (260.)

Εἰ μὲν ἡ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κρᾶσις ἦν αἰτία μόνη τῶν νοσημάτων, ἅπαντες ἂν ἐνοσοῦμεν ἐν ἑκάστῃ τῶν ὡρῶν, ἐκείνας τὰς νόσους ὅσαι τῶν ὡρῶν εἰσιν οἰκεῖαι. νυνὶ δὲ ἐπειδὴ καὶ διὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ πλημμελείας αἱ νόσοι γίνονται, πᾶσαι μὲν ἐν ἁπάσαις ἔσονται ταῖς ὥραις, πλείους δὲ καθ' ἑκάστην αὐτῶν αἱ οἰκεῖαι. συμβάλλεται μὲν οὐ μικρὸν εἰς τοῦτο καὶ ἡ τῶν φύσεων διαφορά. οὐ γὰρ ὁμοίως ὑπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας ὁ θερμὸς τῷ ψυχρῷ βλάπτεσθαι πέφυκεν ἢ ὁ ὑγρὸς τῷ ξηρῷ. καθάπερ οὐδὲ ὁ εὔκρατος ἑκάστῳ τούτων, οὔτε τοῖς κατὰ συζυγίαν τινὰ δυσκράτοις, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται.

κ'.

Τοῦ μὲν ἦρος τὰ μανικὰ καὶ τὰ μελαγχολικὰ καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ καὶ αἵματος ῥύσεις καὶ κυνάγχαι καὶ κόρυζαι καὶ βράγχοι καὶ βῆχες καὶ λέπραι καὶ λειχῆνες καὶ ἀλφοὶ καὶ ἐξανθήσεις, ἑλκώδεες πλεῖσται καὶ φύματα καὶ ἀρθριτικά.

Si ambientis aëris temperatio ſola eſſet morborum cauſa, ſingulis temporibus omnes illis morbis aegrotaremus, qui temporum proprii ſunt ac peculiares. Nunc vero quum etiam ob vitae ac victus delicta morbi oboriantur, omnes in omnibus temporibus creabuntur, plures tamen cuique ipſorum familiares. Non parvum ad id etiam confert naturarum diſcrimen. Non enim ſimiliter ab eadem cauſa calidus ac frigidus, nec humidus ac ſiccus, quemadmodum neque temperatus ac iſtorum quivis, neque ii qui per aliquam conjugationem intemperati ſunt, ut antea diximus.

XX.

Vere namque maniae, melancholiae, epilepſiae, ſanguinis profuſiones, anginae, gravedines, raucedines, tuſſes, leprae, impetigines, vitiligines, puſtulae ulceroſae plurimae, tubercula et arthritides.

Ed. Chart. IX. [114. 115.] Ed. Baſ. V. (260.)

Καὶ πῶς ἂν ἔτι δόξειεν ὀρθῶς εἰρῆσθαι πρόσθεν, ἔαρ δ' ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες, παμπόλλων παθῶν ἐν αὐτῷ γιγνομένων; ἔοικε γὰρ μᾶλλον ἁπάσῃ ὥρᾳ ἐξισοῦσθαι κατὰ τὴν ποικιλίαν ὧν γεννᾷ νοσημάτων αἱ μὲν γὰρ μανίαι καὶ αἱ μελαγχολίαι, ἐπιληψίαι τε καὶ κυνάγχαι φθινοπωρινὰ νοσήματα. κόρυζαι δὲ καὶ βράγχοι καὶ βῆχες καὶ λέπραι χειμερινά. περὶ δὲ τοῦ θέρους αὐτὸς ἐφεξῆς ἐρεῖ, τὴν κοινωνίαν ἐνδεικνύμενος αὐτοῦ τὴν πρὸς τὸ ἔαρ· τοῦ δὲ θέρεος ἔνια τουτέων, τουτέστι τῶν προειρημένων κατὰ τὸ ἔαρ. ἔξ ἐπιμέτρου δὲ παρὰ τὰς ἄλλας [115] *τὸ ἔαρ, αἵματός τε ῥύσεις καὶ λέπρας καὶ λειχῆνας καὶ ἀλωοὺς καὶ ἐξανθήσεις ἑλκώδεις πλείστας ἐργάζεται καὶ φύματα ἀρθριτικά. ταῦτα μὲν οὖν ὅσα τῆς ἐαρινῆς ὥρας ἴδια, διὰ πάντ' ἐστὶν ἀκίνδυνα καὶ τοσαῦτον δεῖ τὸν ἀφορισμὸν ἐκεῖνον ἀναφαίνειν ψευδῆ, καθ' ὃν εἶπεν αὐτὸς, ἔαρ δὲ ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες, ὥστε μαρτυρεῖν αὐτῷ μᾶλλον ἔοικεν. ἐκκαθαίρεσθαι γὰρ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ τὸ βάθος τοῦ σώματος ἀπὸ τῶν κυρίων μερῶν, ἐπὶ τὸ δέρμα τῶν*

Atque quomodo jam antea recte ab eo dictum videatur, *ver ſaluberrimum et minime letale*, quum permulti in eo fiant morbi? ipſum ſiquidem magis univerſas anni tempeſtates morborum quos generant varietate adaequare videtur. Etenim maniae, melancholiae, epilepſiae, anginae morbi ſunt autumnales; gravedines autem et raucedines et tuſſes et leprae ſunt hiemales. De aeſtate autem ipſe deinceps dicturus, ejus cum vere communionem prodit: aeſtate vero horum nonnulli, hoc eſt praedictorum in vere morborum. Auctarii autem vice, praeter alios temporum morbos, ver ſanguinis profuſiones, lepras, impetigines, vitiligines, puſtulas ulceroſas plurimas efficit, tubercula et arthritides. Hi certe morbi vernae tempeſtatis proprii omnes periculo vacant, tantumque abeſt ut aphoriſmum illum falſum eſſe convincant, in quo ipſe dixit: *ver autem ſaluberrimum ac minime letale*, ut ſolidius ipſum adſtruere videantur. Nam hac ipſa tempeſtate corporis profundum expurgatur vitioſis humoribus a parti-

Ed. Chart. IX. [115.] Ed. Baſ. V. (260.)

μοχθηρῶν χυμῶν ἀφικνουμένων. οὕτω γοῦν αἵ τε λέπραι καὶ οἱ ἀλφοὶ, ἑλκώδεις τέ τινες ἐξανθήσεις πολλαὶ γίγνονται. καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἐν τοῖς φύμασι καὶ ταῖς ἀρθρίτισι καθαίρεται τὸ βάθος τοῦ σώματος, εἰς τὰ ἄκρα, μόρια τῆς μεταστάσεως γινομένης τῶν μοχθηρῶν χυμῶν. ὅτι δὲ καὶ αἱ τοῦ αἵματος ῥύσεις κενοῦσαι τὸ πλῆθος καὶ τὴν κακοχυμίαν κωλύουσι τὰς ἐν αὐτοῖς νόσους ἄντικρυς δῆλον. εἰ δέ τι σῶμα εὔχυμον παρέλαβεν ἡ τοῦ ἦρος ὥρα φυλάττει τοῦτο ὑγιεινότατον, οὐδὲν ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως νεωτερίζουσα. οὐ μὴν τό γε θέρος ἢ τὸ φθινόπωρον ἢ ὁ χειμών. ταῦτα γὰρ εἰ καθαρὸν τὸ σῶμα καὶ παντοίως ἄμεμπτον παραλάβοι, τὸ μὲν τὴν ὠχρὰν εἴωθε χολὴν πλείονα τοῦ δέοντος γεννᾶν, τὸ δὲ τὴν μέλαιναν, ὁ χειμὼν δὲ τὸ φλέγμα. παραπλήσιον δέ τι συμβαίνει κατὰ τὸ ἔαρ, ὁποῖον ἐπὶ τῶν γυμνασιῶν ὁρῶμεν γιγνόμενον. καὶ γὰρ καὶ τοῦθ' ὑγιεινότατον μέν ἐστιν, ἀλλ' ἐὰν φλέγματος ἄνθρωπον μεστὸν ἢ χολῆς ὠχρᾶς ἢ μελαίνης ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ αἵματος ἐθε-

bus principibus ad cutem pervenientibus; ſic enim leprae, vitiligines, impetigenes et puſtulae quaedam ulceroſae multae generantur. Alio vero modo tuberculis et arthritidibus altum corporis expurgatur pravorum humorum in extremas partes facta translatione. Quod autem ſanguinis profuſiones, tum plenitudinem, tum cacochymiam, id eſt humorum pravitatem, oriundos in ipſis morbis arceant omnino perſpicuum exiſtit. Quod ſi corpus aliquod probis praeditum humoribus verna tempeſtas excipiat, id ſervat ſaluberrimum nihil ex propria innovans natura; non tamen ſic aeſtas aut autumnus aut hiems. Hae namque anni tempeſtates, etſi purum corpus ac omnino illaeſum excipiant, aeſtas tamen flavam bilem ultra modum procreare conſuevit, atram autumnus, hiems denique pituitam. At tale quoddam vere oboritur, quale in exercitationibus evenire conſpicimus; etenim hae quoque ſunt ſaluberrimae. Verum ſi hominem pituita aut flava bile vel atra aut ipſo etiam ſanguine plenum exercere volue-

Ed. Chart. IX. [115.] Ed. Baſ. V. (260.)

λήσεις γυμνάζειν, ἤτοι γε ἐπίπληκτον αὐτὸν ἢ ἀπόπληκτον ἐργάσῃ τοῖς γυμνασίοις. ἢ εἰ μὴ ταῦτα κινδυνεύει, ῥαγέντος ἀγγείου κατὰ τὸν πνεύμονα περιπεσεῖν ἀνηκέστῳ κακῷ. πολλοὶ δὲ πυρέττειν ἀρξάμενοι διὰ τὰ γυμνάσια νόσοις ὀξυτάταις ἑάλωσαν. ὅσοις δ' ἀντὶ καθάρσεως τῶν ἐν τῷ βάθει χυμῶν γένηται τὸ γυμνάσιον εἰς τὸ δέρμα την κακοχυμίαν ἐκτεῖνον, ἕλκη καὶ ψώρας ἐργάζεται. κατὰ τοῦτο γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἔλεγεν, ἕλκεα ἐκφύουσιν, ἢν ἀκάθαρτος ἐὼν πονήσῃ. καὶ δὴ καὶ κατὰ τὸ ἔαρ ἡ ἐκ τοῦ περιέχοντος θερμασία, χέουσα τοὺς χυμοὺς, ἐξάγει πρὸς τὸ δέρμα καὶ τοῦτο τὸ ἔργον αὐτοῦ τοῖς γυμνασίοις ἐστὶ παραπλήσιον. οὐ μόνον δὲ τοῖς τούτων ἔργοις ἔοικε τὰ τοῦ ἦρος, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς φύσεως αὐτῆς. ταύτης γοῦν ἐστὶν ἔργα τήν τε ἄδηλον διαπνοὴν ἐργάζεσθαι καθ' ὅλον τὸ σῶμα, δι' ἧς ἐκκρίνεται τὰ περιττὰ, καθαίρειν τε τὸ σῶμα πολυειδῶς ἐν ταῖς νόσοις.

---

ris, eum exercitationibus aut epilepticum aut apoplecticum effeceris; aut niſi haec mala accidant, periculum imminebit, ne rupto aliquo in pulmone vaſe in morbum procidat inſanabilem. At multi quum febricitare coepiſſent propter exercitationes acutiſſimis morbis correpti fuere. Quibus vero vicem purgationis humorum in alto latentium exercitatio ſuppleverit, ea ad cutem pravos humores evocans, ulcera et ſcabiem excitat. Ac proinde id ipſe dicebat Hippocrates: *ſi impurgatus ſeſe exercuerit, ulcera erumpent.* Et ſane verno tempore calor aëris ambientis humores fundens ad cutem educit isque effectus ipſius exercitationibus perſimilis exiſtit. Nec vero ſolum exercitationum effectibus veris effectus ſunt ſimiles, ſed ipſius etiam naturae operibus. Illius ſiquidem partes ſunt tum occultam toto corpore perſpirationem efficere, qua ſupervacanea excernantur, tum etiam per morbos variis modis corpus expurgare.

Ed. Chart. IX. [116.] Ed. Baſ. V. (260. 261.)

κα'.

[116] *Τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε τουτέων καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες καὶ καῦσοι καὶ τριταῖοι πλεῖστοι καὶ τεταρταῖοι, ἔμετοι καὶ διάῤῥοιαι καὶ ὀφθαλμίαι καὶ ὤτων πόνοι καὶ στομάτων ἕλκωσιες καὶ σηπεδόνες αἰδοίων καὶ ἴδρωα.*

Τοῦ θέρους φησὶν ἔνια μὲν καὶ τῶν ἠρινῶν γενέσθαι νοσημάτων, κατὰ τὴν ἀρχὴν δηλονότι αὐτοῦ. τὰ γὰρ συνάπτον- (261) *τα τῷ τέλει τοῦ ἦρος, ὥσπερ ὁμοιότητα τῆς κράσεως ἔπει πρὸς τὸ θέρος, οὕτω καὶ τῆς τῶν παθῶν γενέσεως. γενέσθαι μὲν γάρ φησι καὶ ἄλλα τινὰ τοῦ θέρους ἴδια πυρετοὺς συνεχεῖς καὶ καύσους καὶ τριταίους καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ὅσα διὰ τὴν ξανθὴν χολὴν συμβαίνει πάσχειν τὰ σώματα. καὶ γὰρ οὖν καὶ οἱ ἔμετοι ταύτης ἐπιπολαζούσης καὶ διάῤῥοιαι κάτω χωρούσης γίγνονται, καὶ ὀφθαλμίαι δὲ τοῦ θέρους πολλαὶ, ὡς ἂν τῆς κεφαλῆς πληρουμένης. οὕτω δὲ καὶ ὤτων πόνοι καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὅμοια πάσχει τῷ θέρει*

XXI.

Aeſtate vero horum nonnulli et febres aſſiduae et ardentes et tertianae plurimae et quartanae, vomitiones, diarrhoeae, ophthalmiae, aurium dolores, oris exulcerationes, genitalium putredines et ſudamina.

Aeſtate nonnullos etiam ex vernis morbis nimirum per ejus exordia fieri pronunciat. Nam aeſtatis partes veris poſtremo copulatae, quemadmodum temperationis cum vere, ita generationis morborum ſimilitudinem ſortiuntur. Alios enim quosdam aeſtatis proprios morbos fieri dicit, febres aſſiduas et ardentes et tertianas et, ut ſummatim dixerim, quicumque ex flava bile morbi corporibus accidunt. Etenim bile per ſumma natante vomitiones fiunt, deorſum ſecedente diarrhoeae, ophthalmiae quoque aeſtate plurimae, utpote repleto capite. Sic et aurium dolores et alia ſimilia corpus aeſtate patitur propter capitis reple-

Ed. Chart. IX. [116.] Ed. Baſ. V. (261.)

τὸ σῶμα, διὰ τὴν πλήρωσιν τῆς κεφαλῆς, ἄλλοτε εἰς ἄλλο μέρος ἀποτιθεμένης τὸ περιττόν. αἱ δὲ ἑλκώσεις αἱ τῶν στομάτων ὅτι διὰ τὸν χολώδη γίγνονται χυμὸν εὔδηλόν ἐστιν. αἱ μέντοι σηπεδόνες τῶν αἰδοίων οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅταν ὑγρότερον μᾶλλον ἢ ἀπνούστερον ἢ νοτιώτερον γένηται. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ πολὺ τοῦ κατὰ φύσιν ἀποκεχωρηκὸς εἰς ὑγρότητα καὶ ἄπνοιαν, οὐκ αἰδοίων μόνων ἐργάζεται σηπεδόνας, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἄλλου μορίου, καθάπερ ἥ τε ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν κατάστασις ἥ τ' ἐν τῷ δευτέρῳ κατὰ τὴν ἀρχήν. αἱ δ' ἐπ' ὀλίγον ἐκτροπαὶ τῶν αἰδοίων ἅπτονται, δι' ὑγρότητα καὶ θερμότητα σήπεσθαι πεφυκότων, ἐπὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσιν. ὥστ' ἐπειδὰν τὴν ἑαυτοῦ κρᾶσιν φυλάττῃ τὸ θέρος, οἳ περιττώμασιν ἐνοχλοῦνται πολλοῖς, ἐπειδὰν ῥυῇ ταῦτα κατά τινα πρόφασιν, ἐπὶ τὰ αἰδοῖα τὰς σηπεδόνας αὐτῶν πάσχουσι. τὰ δ' ἵδρωα τῶν κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἐξανθημάτων ἐστὶν, ἑλκωδῶς τραχύνοντα τὸ δέρμα. καὶ γίγνεται, καθάπερ καὶ αὐτὸ τοὔνομα ἐνδείκνυται, διὰ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας, ὅταν χολωδέ-

tionem, alias ad alias corporis partes excrementum deponentis. Oris etiam ulcerationes propter bilioſum humorem oboriri perſpicuum eſt. Genitalium vero putredines non ſimpliciter, ſed quum aeſtas diutius humidior aut ventis minus perflata aut plusculum auſtrina fuerit. Nam quum plurimum a naturali ſtatu ad humiditatem aut flatuum vacationem receſſit, non modo pudendorum, ſed etiam cujuscumque partis alterius putredines facit, qualis erat ſtatus tum qui tertio epidemiorum, tum qui ſecundi initio deſcribitur. At parvae aeſtatis depravationes genitalia laedunt quae ob humiditatem et caliditatem putreſcere ex quacumque occaſione parata ſint. Quare quum ſuum aeſtas temperamentum ſervat, qui multis excrementis infeſtantur, quum haec aliquam ob cauſam ad genitalia defluxerint, ipſorum putredines patiuntur. Sudamina autem e genere ſunt exanthematum quae in cutis ſuperficie effloreſcentia ulcerum ore cutem exaſperant. Fiunt autem, quemadmodum et ipſum oſtendit nomen, propter

Ed. Chart. IX. [116. 117.] Ed. Baſ. V. (261.)

στεροί πως ἢ ὅλως δακνωδέστεροι τυγχάνουσιν ὄντες. ὀδαξοῦσι γὰρ οὗτοι τὸ δέρμα καὶ κνησμῶδες ἐργάζονται καὶ τραχύνουσιν ἑλκωδῶς.

κβ'.

[117] Τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι καὶ πλάνητες καὶ σπλῆνες καὶ ὕδρωπες, φθίσιες καὶ στραγγουρίαι, λειεντερίαι καὶ δυσεντερίαι καὶ ἰσχιάδες καὶ κυνάγχοι καὶ ἄσθματα καὶ εἰλεοὶ καὶ ἐπιληψίαι καὶ τὰ μανικὰ καὶ τὰ μελαγχολικά.

Ἐν τῷ φθινοπώρῳ, φησὶ, καὶ τῶν θερινῶν νοσημάτων γίνονται πολλὰ, μένοντος ἔτι κατ' αὐτὸ τοῦ θερινοῦ χυμοῦ δηλονότι τῆς ξανθῆς χολῆς. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τῷ ἦρι τὸ θέρος γιγνόμενον ἐκκενοῖ τοὺς χυμοὺς, οὕτω καὶ τὸ φθινόπωρον ἐκκενοῖ τοὺς θερινοὺς, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν ἀπὸ τῶν ἐκτὸς μερῶν εἰς τὸ βάθος ἄγει. δεόντως οὖν τὸ μὲν

multos ſudores, qui vel bilioſiores vel omnino mordaciores evaſerunt. Hi namque cutem mordent et pruritum in ea ardoremque excitant et ulcerum inſtar exaſperant.

XXII.

Autumno vero etiam aeſtivi morbi, febres quartanae, erraticae, ſplenis tumores, hydropes, tabes, ſtranguriae, lienteriae, dyſenteriae, iſchiades, anginae, aſthmata, volvuli, epilepſiae, maniae et melancholiae.

Autumno, inquit et aeſtivorum morborum multi fiunt, manente etiamnum per id temporis aeſtivo humore, flava ſcilicet bile: non enim quemadmodum aeſtas veri ſuccedens vernos humores vacuat, ita et autumnus vacuat aeſtivos; ſed modo prorſus contrario a partibus ſummis et externis ad internas ac profundas revocat. Itaque merito

Ed. Chart. IX. [117.] Ed. Baf. V. (261.)

θέρος ἔνια τῶν ἡρινῶν νοσημάτων, φησὶ γεννᾶν, τὸ δὲ φθινόπωρον οὐκ ἔνια τῶν θερινῶν, ἀλλὰ πολλά. καὶ μέντοι καὶ τεταρταίους πυρετοὺς ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ γίγνεσθαί φησιν, ἐπὶ τῇ μελαίνῃ δηλονότι συνισταμένους χολῇ, διττὴν ἐχούσῃ τὴν γένεσιν, ἐκ μὲν τῆς ξανθῆς ὑπεροπτηθείσης τὴν ἑτέραν, ἐκ δὲ τοῦ παχέος αἵματος τὴν ἑτέραν. γίνονται δὲ καὶ πλάνητες ἐν φθινοπώρῳ πυρετοὶ, διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς κράσεως καὶ σπλῆνες μεγάλοι, διὰ τὸ μελαγχολικὸν περίττωμα, καὶ δὴ καὶ ὕδεροι διὰ τὸν σπλῆνα. καὶ εἴ τι φθινῶδες ἀμφίβολον, ἐν φθινοπώρῳ μάλιστα ἐξλέγχεται, διὰ τὴν ξηρότητα καὶ τὴν ψίξιν καὶ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς ὥρας, οὐδὲν δ' ἧττον καὶ διὰ τὴν κακοχυμίαν. διὰ δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ αἱ στραγγουρίαι γίνονται μάλιστα κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην. ψύχεται γὰρ ἡ κύστις ἐν ταῖς ἀτάκτοις καὶ ἐξαπίνης ἐπὶ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν μεταβολαῖς, αἵ τ' ἐκ τῆς κακοχυμίας ἐνοχλοῦσιν αὐτὴν δριμύτητες καὶ μάλισθ' ὅταν ἐξαίφνης ἐπὶ τὸ ψυχρὸν γιγνομένης μεταβολῆς τοὺς τέως διαπνεομένους καὶ δι' ἱδρώτων κενουμένους χυμοὺς ἀπο-

aeſtatem quidem nonnullos morbos generare, autumno vero aeſtivos non paucos, ſed multos creare dicit. Quin etiam hac tempeſtate quartanas febres fieri pronunciat, nimirum ex atra procreatas bile geminam generationem ſortita; alteram quidem ex flava bile retorrida et peruſta; alteram vero ex craſſo ſanguine. Fiunt autem et erraticae febres per autumnum propter temperaturae inaequalitatem. Fiunt et lienis magni ob melancholicum excrementum; et hydropes ex lienes vitio. Et ſi qua tabes ſuſpecta ſit, maxime autumno deprehenditur ob ſiccitatem et frigiditatem et inaequalitatem tempeſtatis nihiloque minus propter humorum pravitatem. Fiunt quoque ob easdem cauſas ea tempeſtate potiſſimum ſtranguriae. Nam veſica incertis, inordinatis ac repentinis caloris et frigoris mutationibus refrigeratur et ex pravis humoribus obortae acrimoniae ipſam moleſtant, praeſertim quum derepente facta in frigidius mutatione, qui antea perſpiratione diſcutiebantur et per ſudores vacuabantur humores ad ve-

Ed. Chart. IX. [117. 118.] Ed. Baſ. V. (261.)

στρέψῃ πρὸς τὴν κύστιν. αἱ λειεντερίαι δὲ ταχεῖαί τέ εἰσι καὶ κατὰ πάντα ἀμεταβλητοι τῶν σιτίων διαχωρήσεις, ἤτοι δι' ἕλκωσιν ἐπιπολῆς κατά γε τὴν γαστέρα ἢ κατὰ τὰ ἔντερα συνισταμένην τοιαύτην, οἵαι περ καὶ ἐπὶ τῶν παιδίων αἱ ἄφθαι καλούμενοι ἢ δι' ἀρρωστίαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως. ὧν τὸ μὲν πρότερον ἐπὶ δακνώδεσι χυμοῖς ἢ λεπτοῖς τῇ συστάσει, τὸ δὲ δεύτερον ἐπὶ δυσκρασίᾳ μεγάλῃ τῆς κοιλίας τε καὶ τῶν ἐντέρων γίγνεται. ἄμφω δὲ ταῦτα τῷ φθινοπώρῳ μάλιστα γίνεσθαι συμβαίνει. τὰς δ' ἰσχιάδας εὔλογον ἐπί τε τῇ κακοηθείᾳ τῶν χυμῶν καὶ τῇ ψύξει μάλιστα γίνεσθαι συμβαίνει. κυνάγχαι δὲ ἐπὶ χολώδεσι χυμοῖς συνίστανται, κατασκήπτουσιν εἰς τὴν [118] φάρυγγα. καὶ διαφέρουσι τῶν κατὰ τὸ ἔαρ, ὅτι φλεγματωδέστεραί πως ἐκεῖναι. καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ ἄσθματα, διά τε τὴν ἔσω κίνησιν τῶν χυμῶν καὶ τὴν ψύξιν εἴωθε γίγνεσθαι. δι' αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ οἱ εἰλεοὶ τῆς κάτω διεξόδου τῶν τῆς τροφῆς περιττωμάτων ἐπίσχεσις ὄντες, ἐπὶ φλεγμοναῖς τὰ πολ-

ficam receſſerint. Lienteriae vero ſunt celeres et ſine ulla omnino mutatione ciborum dejectiones, quae fiunt aut propter ventriculi aut inteſtinorum exulcerationem in ſuperficie eodem modo factam, quo in pueris aphthae vocatae, aut propter retentricis facultatis imbecillitatem. Quorum prius propter mordaces et ſubſtantia tenues humores, ſecundum ob magnam ventriculi atque inteſtinorum intemperiem fit. Haec autem ambo maxime autumno fieri contingit. Iſchiadas autem ex humorum cum malignitate tum refrigeratione maxime fieri rationi conſentaneum eſt. At vero anginae ex bilioſis humoribus ortum ducunt, autumno ad fauces decumbentibus, ab iis quae vere fiunt eo differentes, quod illae ſint quodammodo pituitoſiores. Jam vero aſthmata tum propter humorum ad interna motum, tum propter refrigerationem fieri conſueverunt. Propter has ipſas cauſas etiam volvuli concitantur, qui excrementorum alimenti deorſum prolabentium tranſitus ſunt ſuppreſſiones, quae plerumque ab alicujus

Ed. Chart. IX. [118.] Ed. Baf. V. (261.)

λὰ μέρους τινὸς ἐντέρων γίγνονται. μάλιστα δὲ εἰκὸς ἐν ψυχρῷ καὶ ξηρῷ καὶ ἀνωμάλῳ καὶ κακοχύμῳ καιρῷ βλάπτεσθαι τὰ κατὰ γαστέρα τε καὶ τὰ ἔντερα. λεπτοὺς γὰρ καὶ εὐκινήτους ἐν τῷ θέρει τοὺς χυμοὺς γιγνομένους διαδεχόμενον τὸ φθινόπωρον ψυχρόν τε ἅμα καὶ ἀνώμαλον ὑπάρχον εἰς τὸ βάθος ἄγει τοῦ σώματος. ἐν τῷ βάθει δ' ἐστὶ καὶ ἡ τῶν ἐντέρων θέσις. αἱ δ' ἐπιληψίαι γίγνονται τοῖς ἐπιτηδείως ἔχουσι πάσχειν τὸ πάθος τοῦτο, διὰ τὴν ἐξαιφνίδιον ἐπὶ τἀναντία μεταβολήν. θάλπος μὲν γὰρ ἐν τοῖς μέσοις τῆς ἡμέρας, ψῦχος δ' ἐν τοῖς πρώτοις καὶ τελευταίοις γίγνεσθαι, οὐδὲν δ' οὕτω τοὺς ἐπιληπτικοὺς, ὡς ἡ τοιαύτη μεταβολὴ γεννᾷν πέφυκε. τὰ δὲ μανικὰ πάθη διὰ τὴν ἐν τοῖς λεπτοῖς χολώδεσι χυμοῖς κακοήθειαν γίγνεται, καθάπερ γε καὶ τὰ μελαγχολικὰ διὰ τὴν μέλαιναν, ὑπὲρ ἧς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται.

---

inteſtinorum partis inflammatione oboritur. Maxime vero par eſt frigida, ſicca et inaequali tempeſtate pravos humores procreante tum ventriculum tum inteſtina laedi. Nam aeſtate tenues ac mobiles humores factos autumnus excipiens ſuo frigore et inaequalitate in altum agit corporis. Eſt vero profundus inteſtinorum ſitus. Epilepſiae vero hominibus huic affectui ſibi familiari ferendo obnoxiis ob repentinam in contrarium mutationem accidunt. Calor namque meridianis, frigus vero primis et ultimis diei horis dominatur. Nihil autem adeo epilepticas acceſſiones ac talis mutatio generare poteſt. Maniae vero affectiones ob tenuium ac bilioſorum humorum malignitatem oboriuntur, quemadmodum et ob atram bilem melancholiae, qua de re paulo ante dictum eſt.

Ed. Chart. IX. [118.] Ed. Baf. V. (261.)

κγ'.

Τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθέων καὶ πλευρέων καὶ ὀσφύος καὶ κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι.

Τὰ χειμερινὰ νοσήματα ἐξηγούμενος ἐφεξῆς τῶν φθινοπωρινῶν, οὐκέθ' ὁμοίως ὡς ἔμπροσθεν εἶπεν, οὔθ' ὅτι τοῦ χειμῶνος τὰ πολλὰ τῶν φθινοπωρινῶν, καίτοι γ' ἔμπροσθεν ἐπὶ μὲν τῶν θερινῶν εἰρήκει, παραβάλλων αὐτὰ τοῖς ἠρινοῖς, τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε τουτέων. ἐπὶ δὲ τῶν φθινοπωρινῶν τοῦ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλά. νυνὶ δὲ τοῦ χειμῶνος ἁπλῶς τὸν κατάλογον ἐποιήσατο τῶν νοσημάτων, ἤτοι γὰρ ἀπὸ κοινοῦ βουλόμενος ἡμᾶς κἀνταῦθα προσυπακοῦσαί τι τῶν εἰρημένων ἢ ἁπλῶς ἀποφαινόμενος μὴ κατὰ μηδὲν κοινωνούσης τῆς φθινοπωρινῆς ὥρας τῇ χειμερινῇ. καίτοι τά γε πρῶτα τοῦ χειμῶνος εὔλογόν τε ἅμα καὶ διὰ τῆς πείρας φαίνεται κοινωνοῦντα τῷ φθινο-

XXIII.

Hieme vero pleuritides, peripneumoniae, lethargi, gravedines, raucedines, tuſſes, pectorum, laterum et lumborum dolores, cephalalgiae, vertigines, apoplexiae.

Hiemales morbos ſtatim poſt autumnales explicans non eadem qua in ſuperioribus uſus eſt loquendi forma, hieme ſcilicet multos etiam autumnales morbos fieri; quamquam prius, quum de aeſtivis ageret, vernis eos comparans dixit: *Aeſtate autem horum etiam nonnulli*; et quum de autumnalibus: *autumno aeſtivorum etiam multi.* Nunc autem morborum hiemalium catalogum plane confecit, ſive quod de communi voluerit hoc etiam loco nos dictorum morborum aliquem ſubaudire, ſive abſolute pronunciare tanquam nihil autumnale tempus cum hiemali communicet. Atqui primas hiemis partes rationi conſentaneum eſt et experientia comprobatur cum autumno com-

Ed. Chart. IX. [118. 119.] Ed. Baſ. V. (261. 262.)

πώρῳ. καὶ γὰρ αὐτὸς εἶπεν· οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες, οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροὶ καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες. εἰ μὴ λέγῃ τὸν αὐτὸν τῶν ἐν τῷ φθινοπώρου ἐσχάτῳ γινομένων μνημονεύειν. ἀλλὰ τά γε τοῦ χειμῶνος ἴδια ταῦτ' εἶναι βούλεται, πλευρίτιδας καὶ περιπνευμονίας, διὰ τὸ κρύος βλαπτομένων (262) τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, ἐπεὶ τὰ μὲν [119] ἄλλα καὶ σκεπάσαι δυναιὸν οὕτως ἀκριβῶς, ὡς ἤτοι μηδὲν ἢ ὡς ἥκιστα αἰσθάνεσθαι τῆς τοῦ περιέχοντος ψυχρότητος· τῆς δ' ἀναπνοῆς οὔτ' εἴρξαί τινα δυνατὸν οὔτ' ἀναπνεῖν ἑτέρωθεν ἐγχωρεῖ. διά τε οὖν ταύτην αὐτὴν τὴν ψύξιν αἵ τε βῆχες ἐν χειμῶνι γίνονται μάλιστα καὶ οἱ τῶν πλευρῶν πόνοι. διὰ δὲ τὴν αὐτὴν ταύτην ψύξιν καὶ ἡ κεφαλὴ βλαπτομένη κορύζας τε καὶ βῆχας καὶ βραγχους ἐργάζεται. γίγνονται δ' ὥσπερ τῶν πλευρῶν οἱ πόνοι διὰ τὴν ψύξιν, οὕτω καὶ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ὀσφύος καὶ ἁπλῶς τῶν νευρωδῶν. καὶ οἱ ἴλιγγοι δὲ ταῖς τῆς κεφαλῆς ἔπονται βλάβαις, ὥσπερ γε καὶ ἀποπληξίαι. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τὸ πάθος, ὅταν ὁ ἐγκέφαλος ἐμπλησθῇ φλέγματος, γίνεται.

---

munitatem habere. Ipſe enim dicebat: *aeſtivae quartanae plerumque breves exiſtunt, autumnales vero longae ac praeſertim quae hiemem attigerint.* Niſi quis dicat ipſum de iis quae extrema autumni parte generantur, *quartanis*, mentionem facere. Verum hoſce vult hiemis proprios morbos eſſe pleuritides et peripneumonias, quod inſtrumenta reſpirationi ſervientia a frigore laedantur. Cetera namque ita exacte obtegi queunt, ut aut nihil aut certe minimum injuriarum ab ambientis frigore percipiant. Reſpirationis vero uſus nemini prohiberi poteſt, neque aliunde datur reſpirandi facultas. Ob hanc igitur ipſam refrigerationem caput oblaeſum gravedines, tuſſes atque raucedines efficit. Et quemadmodum laterum dolores ob refrigerationem fiunt, ſic et capitis, lumborum, omnium denique partium nervoſarum. Vertigines quoque capitis laeſiones conſequuntur, ut et apoplexiae; etenim et hic affectus ſit quum cerebrum pituita repletum eſt.

Ed. Chart. IX. [119.] Ed. Baſ. V. (262.)

κδ'.

Ἐν δὲ τῇσι ἡλικίῃσι τοιάδε συμβαίνει, τοῖσι μὲν μικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ φλεγμοναὶ, ὦτων ὑγρότητες.

Ἐπιμελέστερον ἐξείργασται τὰ κατὰ τὰς ἡλικίας τῶν κατὰ τὰς ὥρας, εἰς μικρὰ μόρια τέμνων αὐτάς. ἐπὶ οὖν τῶν παιδίων τῶν νεογνῶν ἄφθας φησὶ γίγνεσθαι. καλοῦσι δὲ οὕτως τὰς ἐπιπολῆς ἑλκώσεις κατὰ τὸ στόμα, διὰ μαλακότητα μάλιστα τῶν ὀργάνων γιγνομένας, μὴ φερόντων μήτε τὴν ποιότητα τοῦ γάλακτος ἔχοντος οὐκ ὀλίγον ὀρῶδες ἐν αὐτῷ. ῥυπτικὸν δ' ἐστὶ τοῦτο τὴν φύσιν, ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν ἐν μαλακοῖς σώμασιν ἐργάζεσθαί τινας ἐπιπολῆς ἑλκώσεις. τοὺς δ' ἐμέτους τηνικαῦτα εἰκὸς γίνεσθαι τούτοις διὰ τὸ πλῆθος οὗ προσφέρονται γάλακτος. ἀγρυπνίαι δ' αὐτοῖς οὐδαμῶς συνήθεις εἰσὶ, κοιμῶνται γὰρ τὸ πλέον τοῦ χρόνου, πλὴν εἰ δι' αὐτὸ τὸ πάθος νομίζει

XXIV.

Per aetates autem haec oboriuntur, parvis quidem et recens natis puerulis aphthae, vomitiones, tuſſes, vigiliae, pavores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.

Quae ad aetates ſpectant accuratius exſolvit quam quae ad anni tempora, facta in minimas partes diviſione. In puerulis namque recens in lucem editis aphthas fieri pronunciat. Sic autem Graeci vocitant ulcuſcula oris ſuperficiem obſidentia ob inſtrumentorum mollitiem maxime facta, neque contactum, neque qualitatem ferentium lactis quod in ſe non paucum ſeri continet. Hoc autem ſerum detergendi facultatem habet; quare non eſt mirum in mollium corporum ſuperficie quasdam creari exulcerationes Vomitus autem tunc his fieri par eſt, propter lactis quod aſſumunt copiam. Vigiliae vero nequaquam ipſis conſuetae ſunt: majorem enim temporis partem dormiunt, niſi quis ab ipſo aut alio affectu infantibus exci-

Ed. Chart. IX. [119. 120.] Ed. Baſ. V. (262.)

γινομένας ποτ' ἀγρυπνίας τοῖς παιδίοις, ἐπειδὴ τὸ πλῆθος τῶν ὕπνων κατὰ φύσιν ἦν αὐτοῖς μάλιστα. οἱ φόβοι δὲ τοῖς παιδίοις γίνονται κατὰ τοὺς ὕπνους καὶ μάλιστα ἐξ αὐτῶν τοῖς ἀδηφάγοις, ὅταν εὐαίσθητα μὲν ᾖ, ἀσθενῆ δ' ὑπάρχῃ φύσει τὰ κατὰ τὴν γαστέρα χωρία, διαφθείρεται δὲ ἡ τροφή. παρεφυλάξαμεν γὰρ οὐκ ἐπὶ τῶν τηλικούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἤδη τελείων ἐν τοῖς ὕπνοις γιγνομένας φαντασίας φοβερὰς, ὅταν πολλοί τε ἅμα καὶ μοχθηροὶ χυμοὶ βαρύνουσι καὶ δάκνουσι τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ μάλιστα αὐτῆς τὸ στόμα, τοῦτο γὰρ αὐτῆς ἐστι τὸ αἰσθητικώτατον. αἱ δὲ τῶν ὀμφαλῶν φλεγμοναὶ τῶν ἀποτετμημένων οὐ πρὸ πολλοῦ δεόντως τοῖς νεογενέσι παιδίοις γίνονται, καθάπερ εἴ καί τι μέρος ἔτυχεν ἑλκωθέν. ἀλλὰ τάς γε μὴν τῶν ὠτων ὑγρότητας ἐν παθήμασι τίθεται, καίτοι τάς γε τῆς ὑπερώας καὶ τῆς ῥινὸς οὐ τιθέμενος, ὅτι κατὰ φύσιν μέν ἐστι διὰ ῥινῶν καὶ ὑπερώας μετοχετεύεσθαι τὸ περίττωμα τοῦ ἐγκεφάλου καὶ γίγνεται τοῦτο [120] καὶ τοῖς τελείοις ἤδη, παρὰ φύσιν δὲ διὰ τῶν ὠτων.

tari vigilias judicet. Quandoquidem ſomni diuturnitas ipſis maxime ſecundum naturam eſt. Pavores autem per ſomnos infantibus oboriuntur pueris ac praeſertim voracibus, quum ventriculi regio ſenſu quidem praepolleat, ſed naturali imbecillitate laboret, cibus vero corrumpitur. Nos enim non in tantillis ſolum, verum etiam aetate jam adultis terrificas per ſomnos fieri imaginationes obſervamus. Hoc enim orificium ſentiendi facultate praepollet. Umbilicorum autem inflammationes non multo ante praeciſorum merito recens natis puerulis accidunt, quemadmodum ſi qua alia pars foret ulcerata. Sed et aurium humiditates inter morbos reponit, etiamſi tum palati tum narium excrementa non reponat, quod ſecundum naturam ſit per nares atque palatum cerebri excrementum per derivationem expurgare, idque iis accidat qui jam aetate perfecta ſunt, praeter naturam autem per aures derivatio,

Ed. Chart. IX. [120.] Ed. Baſ. V. (262.)

ἀλλὰ τοῖς γε βρέφεσι καὶ διὰ τούτων ὁ ἐγκέφαλος καὶ ἐκκαθαίρεται καὶ καλῶς ὁ Ἱπποκράτης ἐν τοῖς ἰδίοις τῆς ἡλικίας ἔγραψε καὶ τὰς τῶν ὠτων ὑγρότητας. ἔστι μὲν οὖν καὶ ὅλον τὸ σῶμα τοῖς νεογενέσι παιδίοις ἐσχάτως ὑγρὸν, ὡς καὶ τὴν τῶν ὀστῶν φύσιν ἐν αὐτοῖς οἷον κηρώδη μᾶλλον ὑπάρχειν ἢ λιθώδη. πολὺ δὲ μᾶλλον τῶν ἄλλων μορίων ὁ ἐγκέφαλος ὑγρός ἐστιν, ὡς ἂν καὶ τοῖς τελείοις ὑπάρχων τοιοῦτος, ὥστε εὐλόγως αὐτοῖς ἐπειδὴ πλῆθός ἐστι τῶν περιττῶν διὰ πάντων ἐκκρίνεσθαι τῶν πόρων.

κε'.

Πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσιν οὖλων ὀδαξησμοὶ, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάῤῥοιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παιδίων καὶ τοῖσι τὰς κοιλίας σκληρὰς ἔχουσι.

Τὸ μὲν ὀδαξησμούς τινας γίνεσθαι τῶν οὖλων, ὅταν οἱ ὀδόντες φύειν μέλλωσι τοῖς παιδίοις, οὐδὲν θαυμαστόν. ὁ

pueris tamen infantibus etiam per aures cerebrum expurgatur; et recte Hippocrates inter proprios hujus aetatis morbos etiam aurium ſcripſit humiditates. Eſt ſiquidem et totum corpus recens natis puerulis ſumme humidum, adeo ut et oſſium natura in ipſis velut cerea potius quam lapidea videatur. Ceterarum vero partium cerebrum quam humidiſſimum exiſtit, ut quod etiam in adultis tale exiſtat. Quare optima ratione quum ipſis excrementorum copia redundet, per omnes meatus excernitur.

XXV.

Ad dentitionem vero productis gingivarum pruritus, febres, convulſiones, diarrhoeae ac maxime quum caninos dentes edunt, craſſiſſimisque pueris ac duras alvos habentibus oboriuntur.

Quum puerulis dentes oborturi ſunt, gingivarum pruritus fieri nihil mirum. Pruritus enim prurigo quaedam

Ed. Chart. IX. [120.] Ed. Baf. V. (262.)

γὰρ ὀδαξησμὸς κνησμός τίς ἐστι μετὰ βραχείας τινὸς ἀνίας. οἱ πυρετοὶ δὲ καὶ οἱ σπασμοὶ καὶ αἱ διάῤῥοιαι συμβαίνουσι τοῖς παιδίοις ὀδοντοφυοῦσιν ἤδη καὶ μηκέτι μέλλουσιν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπών, καὶ μάλισθ' ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας. εὔλογον δὲ δή που ὅτι διατετραμμένων τῶν οὔλων ὑπὸ τῶν ἀνιόντων ὀδόντων ταῦτα γίνεσθαι τὰ συμπτώματα, καθάπερ ὅταν ἐμπεπαρμένος ᾖ σκόλοψ σαρκί, καὶ πλέον γ' ἐστὶ τὸ κατὰ τοὺς ὀδόντας ἢ τοὺς σκόλοπας τὸ τῆς ἀνίας. οἱ μὲν γὰρ σκόλοπες ἡσυχάζουσιν ἐστηριγμένοι κατὰ τὸ μύριον ᾧ κατ' ἀρχὰς ἐμπεπήγασιν, οἱ δ' ὀδόντες ἀεὶ προχωροῦσι τοσοῦτον ὅσον αὐξάνονται. πυρέττει μὲν οὖν ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας τὰ παιδία διά τε τὰς ὀδύνας καὶ τὰς ἀγρυπνίας καὶ τὰς φλεγμονάς. οἱ σπασμοὶ δ' αὐτοῖς ἔπονται διά τε ταῦτα καὶ διὰ τὴν τροφὴν ἀπεπτουμένην, καὶ διότι μηδέπω τὰ κατὰ τῶν νεύρων φύσιν ἐστὶν ἰσχυρά. τούτοις ἅπασιν ἀκολουθοῖσιν ἐξ ἀνάγκης καὶ διάῤῥοιαι, διὰ τὸ μὴ πέττεσθαι καλῶς τὴν τροφὴν μήτε ἀναδίδοσθαι. τὸ δὲ καὶ τοῖς παχυτάτοις τῶν παιδίων καὶ τοῖς τὰς κοιλίας

eſt cum leni quodam dolore. Febres vero, convulſiones atque diarrhoeae pueris jam dentientibus ac nondum dentes edituris accidunt, quemadmodum ipſi his verbis oſtendit: *Et maxime quum caninos edunt dentes.* Liquet autem foratis a dentibus prodeuntibus gingivis haec evenire ſymptomata, quemadmodum quum paxillus carni fuerit impactus; atque ſane plus moleſtiae quam infixi paxilli dentes excitant. Hi ſiquidem paxilli ſemel firmati in membro quieſcunt cui ab exordio infixi ſunt; dentes vero ſemper tantum procedunt, quantum augentur. Febricitant ergo hac aetate pueruli et propter dolores et vigilias et inflammationes. Convulſiones autem ſequuntur tum propter haec, tum propter crudum alimentum et quod nervoſae partes nondum ſatis ſint validae. His omnibus etiam diarrhoeae ſuccedunt, quod alimentum non belle coquatur, neque diſtribuatur. Illud autem: *pueris eraſſiſſimis et al-*

Ed. Chart. IX. [120. 121.] Ed. Baf. V. (262.)

σκληρὰς ἔχουσιν ἐπὶ τοὺς σπασμοὺς ἀναφέρεται. τούτοις μάλιστα λέγοντος αὐτοῦ τῶν παιδίων γίγνεσθαι σπασμούς, ἅπερ ἂν ᾖ παχύτατα καὶ κοιλίας ἔχοντα σκληράς. πληθωρικὰ γάρ ἐστι τὰ τοιαῦτα καὶ περιττωματικὰ καὶ διὰ τοῦτο σπασμοῖς εὐάλωτα, μάλιστα δὲ σπασμοὶ τὰς τοιαύτας καταλαμβάνουσι φύσεις.

κστ'.

[121] Πρεσβυτέροισι δὲ γενομένοισι παρίσθμια, σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθος στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοί, χοιράδες καὶ τἆλλα φύματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

Πρῶτον μὲν ἔγραψε τῶν νεογνῶν παιδίων, εἶθ' ἑξῆς τῶν ὀδοντοφυούντων, εἶτα νῦν περὶ τῶν μεταξὺ κατὰ τὴν ἡλικίαν ἤδη, τῶν πεπαυμένων τοὺς ὀδόντας φύειν καὶ τῶν

vos duras habentibus, ad convulſiones refertur, quum his maxime pueris dicat convulſiones fieri, qui craſſiſſimi ſunt et alvos duras habent. Tales enim plethorici ſunt et ſcatent excrementis, ideoque convulſionibus facile capiuntur; maxime vero ejusmodi naturas convulſiones obſident laeduntque.

XXVI.

At adultioribus factis tonſillarum inflammationes, vertebrae ad occipitium intro luxationes, aſthmata, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucae penſiles, ſatyriaſmi, ſtrumae et alia tubercula, praecipue vero praedicta.

Primum quidem ſcripſit de recens natis puerulis, deinde de dentientibus, nunc vero de iis qui mediam aetatem agunt inter eos qui jam dentire deſierunt et eos

Ed. Chart. IX. [121.] Ed. Bas. V. (262. 263.)

πλησίων τοῦ ἡβάσκειν. ἐφεξῆς γὰρ ἐκείνων, ἐπὶ τοῖς δὲ τετάρτων τῇ τάξει, μνημονεύει κατὰ τὸν ἑξῆς ἀφορισμόν. ἀλλὰ τήν γε τρίτην ἡλικίαν, ἥτις νῦν πρόκειται ἡμῖν, τὴν ἄχρι δωδεκάτου καὶ τρισκαιδεκάτου προϊοῦσαν ἔτους, ἁλίσκεσθαι πάθεσί φησιν, ὧν πρῶτα γράφει παρίσθμια, φλεγμονὰς ὄντα τῶν κατὰ τὸν ἰσθμὸν χωρίων. ἀκούειν δὲ νῦν ἰσθμὸν χρὴ, τὸ μεταξὺ τοῦ στόματός τε καὶ τοῦ (263) στομάχου μόριον, ἐκ μεταφορᾶς οὕτως ὠνομασμένον, ἀπὸ τῶν κυρίως λεγομένων ἰσθμῶν. αἳ δή τινές εἰσι στεναὶ γῆς διέξοδοι, μεταξὺ δυοῖν θαλαττῶν. τὰ δὲ παρίσθμια ταῦτα, ποτὲ μὲν αὐτοῦ μόνου τοῦ κοινοῦ, τῇ τε γαστρὶ καὶ τῷ στομάχῳ καὶ τῇ φάρυγγι καὶ ὅλῳ τῷ στόματι χιτῶνός εἰσι φλεγμοναὶ, ποτὲ δὲ καὶ τῶν ὑποκειμένων αὐτῶν μυῶν, ἡνίκα καὶ τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον σπονδύλου συμβαίνουσιν αἱ εἴσω ῥοπαὶ, περὶ ὧν ἐφεξῆς ἐν τοῖς παρισθμίοις ἐρεῖ· σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες. ἑλκόμενος γὰρ ὑπὸ τῶν φλεγμαινόντων μυῶν ὁ σπόνδυλος οὗτος εἰς τὸ πρόσω τοῦ

qui pubertati ſunt proximi. Nam de pubertati proximis deinceps ſequenti aphoriſmo mentionem facit, quartum ab iis ordine locum obtinentibus. Verum tertiam aetatem quae nunc proponitur, ad duodecimum et tertium decimum uſque annum progredientem iis corripi ait affectibus, quorum prima pariſthmia ſcribit, quae ſunt locorum ad iſthmum pertinentium inflammationes. Hic autem per iſthmum pars illa intelligenda eſt quae os et gulam interjacet, per metaphoram ab iſthmis proprie dictis ita nominata. Sunt autem anguſti quidam terrae tramites ac tranſitus inter duo maria ſitae. Haec autem pariſthmia nonnunquam ſolius ſunt tunicae ventriculo et gulae et faucibus totique ori communis inflammationes; nonnunquam vero et ſubjectorum ipſi muſculorum; quum vertebrae etiam quae eſt in occipite antrorſum fiunt inclinationes, de quibus poſt pariſthmia inquit: *Et vertebrae ad occipitium intro luxationes.* Nam a muſculis inflammationem patientibus vertebra haec tracta ad partem incli-

Ed. Chart. IX. [121.] Ed. Baſ. V. (263.)

τραχήλου μέρος ἐπινεύει. κέκληκε δὲ οὐ πρόσω τοῦτο μέρος, ἀλλ' ἔσω Ἱπποκράτης, ὡς πρὸς τὸν σπόνδυλον ἀναφέρων τὸν λόγον ὀπίσω κείμενον. ἡ γὰρ εἰς τὸ βάθος μετάστασις τοῦ σώματος, ἐάν τε ἐκ τῶν ὀπίσω ἐάν τε ἐκ τῶν πρόσω γένηται, διὰ μιᾶς φωνῆς δηλοῦται τῆς ἔσω. τί δή ποτ' οὖν Ἱπποκράτης ἐπὶ τῶν ἀρτιγενῶν παιδίων οὔτε περὶ τῶν παρισθμίων οὔτε περὶ τῆς ἔσω ῥοπῆς τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον σπονδύλου διῆλθεν, οὐδὲν ἧττον κἀκείνων ὑγρὸν καὶ περιττωματικὸν ἐχόντων τὸν ἐγκέφαλον, ὡς ἐπιπέμπειν ῥεῦμα τοῖς ὑποκειμένοις μορίοις· ἢ ὅτι φθάνει τὰ τηλικαῦτα διαφθειρόμενα, πρὶν ὑπομεῖναι φλεγμονὴν ἰσχυρὰν, τοὺς ὑποκειμένους τῇ φάρυγγι μύας ἅμα τοῖς νεύροις. καὶ ἄλλως ὅτι μαλακὰ ταῦτά ἐστιν αὐτοῖς τὰ μόρια καὶ διὰ τοῦτο ἀδύνατα τάσιν ὑπομεῖναι σφοδρὰν, ὡς ἐπισπᾶσθαι δύνασθαι τὸν σπόνδυλον ἔσω πρὸς αὐτά. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἆσθμα, καλοῦσι δ' οὕτως οἱ Ἕλληνες τὴν πυκνὴν ἀναπνοὴν, οἷα συμβαίνει τοῖς δραμοῦσιν, ἢ ὁπωσοῦν ἑτέρως εἰς σφοδρὰν κίνησιν ἀχθεῖσιν. ἐπὶ μὲν τούτων γίνεται δι' αὐτὸ τὸ

nat cervicis anteriorem. Nominavit autem hanc partem Hippocrates non anteriorem, ſed interiorem, ut qui ad vertebram pone locatam orationem referret: corporis enim e ſua ſede in profundum emotio, ſive ex anterioribus, ſive ex poſterioribus fiat partibus, unica voce *introrſum* ſignificatur. Cur igitur Hippocrates in puerulis recens natis, neque de pariſthmiis, neque de vertebrae in occipitio luxatione quidquam dixit, quum et illi nihilominus cerebrum humidum et ſcatens excrementis habeant, adeo ut in ſubjectas partes fluxiones demittat? An quod hi tam puſilli prius intereant quam ſubjecti faucibus muſculi una cum nervis vehementem inflammationem patiantur? quodque praeterea ipſis hae partes ſint molles, ac proinde vehementem ſuſtinere tenſionem nequeant, ut vertebram intro ad ſe poſſint attrahere. Jam vero aſthma, ſic autem Graeci vocant crebram reſpirationem qualis currentibus aut quovis alio modo ad vehementem motionem adductis accidit, in his quidem fit quod multa ob ipſum

Ed. Chart. IX. [121. 122.] Ed. Baf. V. (263.)

γυμνά- [122] σιον, ἀναπνοῆς πολλῆς τοῦ ζώου χρήζοντος. ἐπὶ δὲ τῶν ἄνευ γυμνασίου, διὰ τὴν στενοχωρίαν τῶν ἐν τῷ πνεύμονι κοιλιῶν. ἡ στενοχωρία δ' αἴτη πληρουμένου τοῦ σπλάγχνου τῶν ἄνωθεν ῥευμάτων γίνεται. τὰ δὲ ῥεύματα ταῦτα πλείω μέν ἐστι τοῖς νεογόνοις παιδίοις, ἀναιρεῖ δ' ὀξέως αὐτά, διότι καὶ ἄλλως ἔχει κακῶς. ἤτε γὰρ ἐκ τῆς μήτρας εἰς τὸν πέριξ ἀέρα κατάστασις ἥ τε τῆς τροφῆς ἑτερότης, ἥ τε φλεγμονὴ κατ' ἀρχὰς μὲν τῶν κατὰ τὸν ὀμφαλὸν χωρίων, αὖθις δὲ διὰ τὴν τῶν ὀδόντων γένεσιν ἀσθενῆ πάντα ποιεῖ τὰ τοιαῦτα καὶ μόγις ἐφ' οἷς εἴρηκα διαρκοῦνται, μή τί γε δὴ πρὸς ἐκείνοις ἔτι καὶ τὸ ῥεῦμα δυνάμενα φέρειν, εἰς πνεύμονα κατασκῆπτον. αἱ δὲ λιθιάσεις ἴδιόν ἐστι τῶν παίδων πάθημα, διὰ τὴν ἀδηφαγίαν ὠμοὺς χυμοὺς ἀθροιζόντων οὐκ ὀλίγους, ἐξ ὧν τὸ πυχύτερον ἅμα τοῖς οὔροις εἰς τὴν κύστιν ἀφικνούμενον ὕλη τῆς τῶν λίθων ἐστὶ γενέσεως καὶ διὰ τὴν θερμασίαν τὴν πολλήν. ἀθροίζουσι μὲν γὰρ καὶ οἱ γέροντες οὐκ ὀλίγον ὠμὸν χυμόν, οὐ διὰ τὴν ἀδηφαγίαν ὡς οἱ παῖδες, ἀλλὰ διὰ τὴν

exercitium indigeat animal reſpiratione; in aliis autem citra, exercitium ob cavitatum pulmonis anguſtiam; haec vero anguſtia fit fluxionibus ſuperne irruentibus repleto viſcere. At hae fluxiones plures quidem in recens natis puerulis fiunt ac cito ipſos interimunt, quoniam et alias male ſe habent. Nam et ab utero in ambientem aërem tranſitus et alimenti diverſitas per initia quidem locorum ad umbilicum inflammatio, deinde ob dentium ortum eos omnes imbecillos reddit et vix ea quae dixi mala tolerant; nedum praeter haec fluxiones etiam in pulmonem decumbentes ferre poſſint. Lithiaſis vero, *calculi generatio*, proprius eſt puerorum morbus, ob edacitatem crudos humores non paucos coacervantium, ex quibus pars craſſior una cum urinis ad veſicam delata fit lapidum generationis materia; accedente altera cauſa, caloris vehementia. Acervant quidem et ſenes humorem crudum non paucum, non propter voracitatem ut pueri, ſed propter

Ed. Chart. IX. [122.] Ed. Baſ. V. (263.)

ἀῤῥωστίαν τῆς πεπτικῆς δυνάμεως. οὐ μὴν τὸ γε θερμὸν ἔχουσιν ἰσχυρὸν, ὃ τὴν παχεῖαν ὕλην ἐξατμίζον ἐργάζεται τοὺς λίθους. ἕλμινθες δὲ καὶ ἀσκαρίδες ἀνάλογον εὐίκασι γίνεσθαι τοῖς ἄλλοις ζώοις, ὅσα τὴν γένεσιν οὐκ ἐκ σπερμάτων, ἀλλ' ἐκ σηπεδόνος ἔχει μόνον. μόνη γὰρ οὐχ ἱκανὴ ταῦτα γεννῆσαι σηπεδὼν, ἀλλὰ καὶ θερμασίας πολλῆς προσδεῖται. διαφθείρεται μὲν οὖν ἡ τροφὴ πολλάκις ἐν τῇ γαστρὶ καὶ μάλιστα ἐν τῇ κάτω τοῖς παιδίοις. ἀλλ' ἡ θερμασία τοῖς μὲν πάνυ νέοις οὐδέπω τῆς ὕλης ἐγκρατὴς ἐστι. τῶν δὲ τηλικούτων καὶ τὴν ὕλην ἐπέχει τὴν ἐπιτήδειον εἰς ζώων τοιούτων γένεσιν, ἐπ' αὐτῇ τε τὴν θερμασίαν προσείληφεν. ἀσκαρίδες μὲν οὖν εἰσι λεπταί τινες ἕλμινθες, ἐν τῷ κάτω μάλιστα τοῦ παχέος ἐντέρου μέρει γεννώμεναι, καὶ φαίνονταί γε πλεῖσται σαφῶς ἐπὶ τῶν ἀπεπτούντων ὑποζυγίων γεννώμεναι. τὴν δ' ἀπεψίαν αὐτῶν ἡ δυσωδία τῶν διαχωρημάτων ἐνδείκνυται. τὸ δ' ἄλλο γένος τῶν ἑλμίνθων αἱ στρογγύλαι γεννῶνται μὲν ἐν τοῖς ἄνω μᾶλλον ἐντέροις, ὥστε καὶ εἰς αὐτὴν ἐπιβαίνουσιν ἔστιν ὅτε τὴν γαστέρα.

facultatis coctricis imbecillitatem; non tamen calorem vehementem habent, qui ex craſſa materia vaporem reſolvens lapidem generet. Lumbrici vero et aſcarides videntur aliis animalibus ſimiliter gigni, quae non ex ſemine, ſed ex putredine ſola ortum habent. Sola enim putredo hiſce procreandis non ſatis eſt, ſed multo etiam calore indiget. Cibus itaque plerumque corrumpitur in ventre, ac potiſſimum inferiore puerulis, verum calor in valde parvis ac tenellis nondum materia ſuperior exiſtit; in adultioribus autem et materia idonea eſt ad talium animalium generationem, ac praeter eam calorem adſciſcit. Aſcarides igitur ſunt tenues quidam lumbrici in parte praecipue inferiore craſſi inteſtini procreati, cujusmodi plurimi manifeſto procreari conſpiciuntur in veterinis animalibus male cibum coquentibus, quorum depravatam coctionem foetor indicat excrementorum. Aliud vero genus lumbricorum rotundorum in ſuperioribus magis inteſtinis generantur, adeo ut ad ipſum quandoque ventricu-

Ed. Chart. IX. [122. 123.] Ed. Baſ. V. (263.)

πολὺ δὲ πλείους αὗται τῶν ἀσκαρίδων ἐν τοῖς παισὶ γίγνονται. σπανιωτέρα δ' ἡ τῆς πλατείας ἕλμινθος γένεσίς ἐστιν, ἥτις καὶ μακροτάτη γίγνεται, παρεκτεινομένη πολλάκις ἅπασι τοῖς ἐντέρυις. ἀλλὰ ταύτης μὲν οὐδ' ὅλως ἐμνημόνευσεν ὁ Ἱπποκράτης, ὅτι μηδὲ προὔκειτο περὶ πάντων αὐτῷ διεξέρχεσθαι τῶν παθημάτων ὅσα συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐκείνων μόνων, ὅσα γίγνεται καθ' ἑκάστην τῶν ἡλικιῶν. διὰ τοῦτο γοῦν αὐτὸς μετὰ τῶν εἰρημένων κατάλογον ἐφεξῆς ἀκροχορδόνας τε καὶ χοιράδας ἔγραψε κακοχύμου πλήθους ἔγγονα νοσήματα ῥέποντος ἔξω τε καὶ πρὸς τὸ δέρμα. πᾶν δὲ αὐτῶν τὸ γένος ὀνομάζει φύματα γράψας ἐφεξῆς οὕτως, ἀκροχορδόνες χοιράδες καὶ τἄλλα φύματα. λέγονται δ' ἐξαιρέτως ἔνια φύματα, φλεγμοναί τινες αὐτόματοι τάχιστα μὲν γεννώμεναι, τάχιστα δ' εἰς ὀξὺ ὑψηλὸν αἰρόμεναι, τάχιστα δὲ καὶ ἐκπυϊσκόμεναι, καὶ πλείστη γε καὶ ἡ τούτων γένεσίς [123] ἐστιν ἐν βουβῶνι καὶ μασχάλῃ, ὅτι καὶ ἀδένες ἐνταῦθα πολλοὶ φύσιν ἔχοντες εἰς

Τοὺς ἰσχνοὺς καὶ εὐεμέας ἄνω φαρμακεύειν, ὑποστελλομένους χειμῶνα.

V.

Sub cane et ante canem moleſtae ſunt per medicamenta purgationes.

Etenim noſtra natura tunc temporis aeſtivis deflagrans ardoribus purgantium medicamentorum acrimoniam minime tulerit: quapropter plerique hoc tempore purgati febricitant: et vires ob aeſtum imbecillae purgationibus magis diſſolventur. Quin et purgatio ipſa prava fiet, revellente foras humores ambientis calore. Quemadmodum enim thermae contrarios purgationibus effectus producere conſueverunt, ſic et aeſtatis calor, ac praeſertim quum ſe ipſo vehementior extiterit.

VI.

Graciles et ad vomendum faciles per ſuperiora medicamento purgandi ſunt, dempta hieme.

Ed. Chart. IX. [136.] Ed. Baſ. V. (267.)

Προσθεῖναι κἀνταῦθα χρὴ τὸ μικρον ἔμπροσθεν εἰρημένον τὸ μᾶλλον, ὡς τὸ πολὺ γὰρ οἱ ἰσχνοὶ χολώδεις εἰσίν. ἐὰν οὖν αὐτοῖς ὑπάρχῃ καὶ εὐεμέσιν εἶναι, φαρμακευτέον ἄνω, πλὴν εἰ μὴ χειμὼν ἐναντιῷτο. προειρήκει γὰρ ὡς θέρους μὲν μᾶλλον τὰς ἄνω, χειμῶνος δὲ τὰς κάτω φαρμακευτέον ἐστί.

ζ'.

Τοὺς δὲ δυσεμέας καὶ μέσας εὐσάρκους κάτω, ὑποστελλομένους θέρος.

Εἰ μὲν εὐεμὴς τε εἴη καὶ ἰσχνὸς, ἄνω φαρμακεύειν αὐτὸν, πλὴν εἰ μὴ χειμὼν εἴη, τουτέστι καὶ θέρους καὶ φθινοπώρου καὶ ἦρος. ἢν δὲ δυσεμὴς εἴη καὶ μέσος εὔσαρκος, κάτω φαρμακευτέον, ἐὰν ἐπείγῃ μόνον τοῦ θέρους φυλαττόμενον. ἐν ἄλλῃ δ' ὥρᾳ οὐ φυλακτέον.

Hic etiam addendum quod paulo ante dictum eſt adverbium *magis*. Nam plerumque graciles bilioſi ſunt. Si igitur ipſis acceſſerit ut ſint ad vomendum faciles, per ſuperiora purgandi ſunt, niſi reclamet hiems. Supra namque pronunciavit: *aeſtate ſuperiores magis, hieme autem inferiores ventres purgandos eſſe.*

VII.

Ad vomitum difficiles et mediocriter carnoſos per inferiora purgare oportet, vitata aeſtate.

Si quidem ad vomendum facilis et gracilis ſit, ipſe per ſuperiora purgandus eſt, niſi hiems extiterit, hoc eſt aeſtate, autumno et vere. Si vero ad vomendum difficilis et modice carnoſus ſit, per interiora purgandus eſt, ſi res urgeat ſolum cavendo aeſtatem, aliud vero nullum anni tempus cavendum eſt.

Ed. Chart. IX. [137.] Ed. Baſ. V. (268.)

η'.

[137] (268) *Τοὺς δὲ φθινώδεας ἀποστελλομένους τὰς ἄνω φαρμακείας.*

Ἐπὶ τὰς ἄνω, φησὶ, φαρμακείας οὐδέποτ' ἄξεις, εὐλαβούμενος δηλονότι τὴν ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς αὐτῶν ὀργάνοις ἀσθένειαν. ἀκουστέον δὲ φθινώδεις ἤτοι τοὺς φθίσει τῇ νόσῳ ἑαλωκότας ἢ τοὺς ἐπιτηδείως ἔχοντας πρὸς τὴν φθίσιν, ὑπὲρ ὧν εἴρηκεν αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν· καὶ μάλιστα ἔθνησκον οἷσιν ἔρρεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες, στενὸς δὲ τούτοις ἐστὶν ὁ θώραξ καὶ ὁ περιεχόμενος ἐν αὐτῷ πνεύμων.

θ'.

Τοὺς δὲ μελαγχολικοὺς ἀδροτέρως τὰς κάτω, τῷ αὐτῷ λογισμῷ τὰ ἐναντία προστιθείς.

VIII.

Tabeſcentibus ſuperiores prohibendae ſunt purgationes.

Ad ſuperiores, inquit, purgationes nunquam tabeſcentes duxeris, veritus nimirum ſpirabilium inſtrumentorum imbecillitatem. Per tabeſcentes autem intelligere par eſt vel eos qui phthiſi morbo ſeu tabe correpti ſunt, vel eos qui ad tabem propendent idonei, de quibus ipſe primo epidemiorum ſcribit: *maximeque moriebantur quibus natura ad tabem propendebat.* His autem thorax eſt anguſtus et qui in eo pulmo continetur.

IX.

Melancholici liberalius per inferiora purgandi ſunt, contrariis eadem ratiocinatione appoſitis.

Ed. Chart. IX. [137. 138.] Ed. Baſ. V. (268.)

Φαρμακεύειν τὰς κοιλίας δηλονότι τὰς κάτω τῶν μελαγχολικῶν ἀδροτέρως χρή. ἀδροτέρως δὲ εἴρηκεν ἀντὶ τοῦ σφοδρῶς. ὅτι δὲ κάτω ῥέπει ὁ χυμὸς οὗτος, εἰκότως αὐτὸν ἐκκενοῦν διὰ τῆς κάτω κελεύει γαστρὸς, ὥσπερ τὴν ξανθὴν χολὴν διὰ τῆς ἄνω, κοῦφον ὄντα χυμὸν ἐπιπολάζοντά τε συνεχῶς αὐτόματον. ἐν ἀμφοτέροις μὲν οὖν κοινὸν τὸ ἄγειν ἢ ῥέπειν διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων. ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ἑτέρου τῶν χυμῶν ἄνω ποιεῖσθαι τὴν κένωσιν, ὅτι ταύτῃ ῥέπει, τοῦ δ' ἑτέρου κάτω, διότι καὶ οὗτος ῥέπει ταύτῃ. ἐναντίον οὖν τὸ ἄνω κενοῦν τῷ κάτω, ὃ καθ' ἕνα γίγνεται λογισμὸν κοινὸν, διὸ καὶ προσηκόντως εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης, τῷ αὐτῷ λογισμῷ τὰ ἐναντία προστιθείς.

ι'.

[138] *Φαρμακεύειν ἐν τῇσι λίην ὀξέσιν, ἢν ὀργᾷ, αὐθημερόν· χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖσι τοιουτέοισι κακόν.*

Purgare ventres nimirum inferiores melancholicorum liberalius oportet. Liberalius autem dixit pro vehementer. Quia vero deorſum tendit hic humor, merito ipſum per ventrem inferiorem vacuari jubet, ſicuti flavam bilem per ſuperiorem, quum lenis humor ſit et aſſiduo ſponte in ſumma fluitet. Utriusque igitur commune eſt duci quo vergunt per loca convenientia. Proprium autem alterius quidem humoris per ſuperiora ſui vacuationem movere, quod eo vergat, alterius vero per inferiora, quod et eo ipſe declinet. Itaque quae per ſuperiora fit evacuatio vacuationi per inferiora ductae contraria eſt. Utraque vero ſecundum unam communem ratiocinationem contingit. Quare decenter Hippocrates pronunciavit: *contrariis eadem ratiocinatione appoſitis.*

X.

In valde acutis, ſi turgeat, eo ipſe die purgandum eſt: in talibus enim immorari malum.

Ed. Chart. IX. [138.] Ed. Baſ. V. (268.)

Εἴρηταί μοι καὶ πρόσθεν ὅτι τὴν ὀργᾶ φωνὴν ὁ Ἱπποκράτης ἀπὸ τῶν ζώων μετενήνοχε τῶν ἐπειγομένων χρῆσθαι συνουσίᾳ, φυσικήν τινα ταύτην ἐπιθυμίαν ἰσχόντων αὐτῶν εἰς τὴν τοῦ σπέρματος ἀπόκρισιν. ἐδείχθη γὰρ ἐν τοῖς περὶ σπέρματος λόγοις καὶ τὸ θῆλυ κατὰ τὰς συνουσίας σπερμαῖνον. ὅταν οὖν ἤτοι γε ἐν ὅλῳ τιᾷ σώματι παραπλησία τῇδε γένηται τῆς φύσεως ὁρμὴ πρὸς ἀπόκρισιν τῶν περιττῶν ἢ εἰ καὶ μὴ καθ' ὅλον, ἀλλά γε κατὰ τὰ κυριώτατα μέρη, τὸ τοιοῦτον ὁ Ἱπποκράτης ὀργᾶν ὀνομάζειν εἴωθεν. ἀξιοῖ τε διὰ φαρμάκου κενοῦν αὐτίκα, πρὶν ἤτοι κακωθῆναι τὴν δύναμιν ἢ αὐξηθῆναι τὴν τοῦ πυρετοῦ θερμασίαν ἢ εἰς κύριόν τι κατασκῆψαι μόριον τοὺς ἁλωμένους κατὰ τὸ σῶμα χυμούς. ὅτι δὲ λίαν ὀξέα κέκληκε νῦν ἃ πρόσθεν ὠνόμασε κατόξεα δῆλον παντί. καὶ μέντοι καὶ ὅτι τῆς τούτων κρίσεως ὅρος ἐστὶν ἡ ἑβδομὰς ἡ πρώτη λέλεκταί μοι καὶ τοῦτο πρόσθεν.

Superius etiam mihi dictum eſt Hippocratem vocem *turgere* ab animalibus ad humores transtuliſſe, quum ad veneris uſum impelluntur ipſa naturali quadam cupiditate ad ſeminis excretionem ducta. Oſtenſum eſt enim in libris de ſemine ſeminam quoque in coitu ſemen emittere. Quando igitur vel toto corpore ſimilis huic fuerit naturae impetus ad humorum redundantium excretionem, vel ſi non toto corpore, at certe partibus principibus, tale quid verbo *turgere* ſignificare conſuevit Hippocrates. Itaque ſtatim medicamento vacuandum eſſe judicat, priusquam vires collabantur imminuanturque, vel febris augeatur vel ad aliquam partem principem vagi ac errantes per corpus humores decumbant. Quod autem valde acutos morbos nunc vocaverit quos prius peracutos appellavit patet omnibus. Quin etiam horum indicationis terminum primam eſſe ſeptimanam id a me prius commemoratum eſt.

Ed. Chart. IX. [138. 139.] Ed. Baſ. V. (268.)

ια'.

Ὁκόσοισι στρόφοι καὶ περὶ τὸν ὀμφαλὸν πόνοι καὶ ὀσφύος ἄλγημα μὴ λυόμενον μήτε ὑπὸ φαρμακίης μήτ' ἄλλως εἰς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται.

Οἱ μὲν στρόφοι γίγνονται διά τε δῆξιν ἰσχυρὰν καὶ πνεῦμα φυσῶδες οὐκ ἔχον διέξοδον, ἀλλ' ἐν ταῖς ἐντέρων ἕλιξιν ἐναπειλημμένον, οἱ πόνοι δὲ ὅτι ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ἕπονται πρόδηλον. ἀλλ' ὅταν μὲν κατὰ τὸν ὀμφαλὸν ἐρείδωσι καὶ τὴν ὀσφύν, εἶτα μήθ' ὑπὸ φαρμακείας μήθ' ὑπὸ τῶν ἄλλων βοηθημάτων λύονται, δυσκρασία τίς ἐστιν ἐκτικὴ τῶν αὐτῶν μορίων, ἥτις ὡς τὰ πολλὰ χρονίζοντα τὸν ὑφ' ἱπποκράτους ὀνομαζόμενον ξηρὸν ὕδρωπα ἐργαζεται. ὀνομάζεται δ' ὑπὸ τῶν μετ' αὐτὸν ἰατρῶν ὁ τοιοῦτος ὕδερος τυμπανίας, [139] *ὅτι κρουόμενον τὸ ὑπογάστριον ἀποτελεῖ ψόφον οἷόν περ τὰ τύμπανα. καὶ γὰρ οὖν καὶ κατ' ἐκεῖνα διὰ τοῦ περιτεταμένου δέρματος ὁ ἀὴρ*

XI.

Quibus tormina et circa umbilicum labores et lumborum dolor, qui neque medicamento purgante, neque alias ſolvitur, in ſiccum hydropem firmatur.

Tormina fiunt tum propter morſum vehementem tum propter ſpiritum flatulentum exitum non habentem, ſed flexuoſis inteſtinorum anfractibus interceptum. Quod vero dolores tales affectiones conſequantur manifeſtum eſt. Verum quum circa umbilicum ac lumbos ſe firmaverint, neque poſtea medicamentis neque aliis ſolvantur auxiliis, quaedam eſt earum partium habitualis intemperies, quae pleruinque perſeverans eum hydropem efficit, qui ab Hippocrate ſiccus nominatur. Vocatur autem hujusmodi hyderus a poſterioribus medicis tympanias, quod abdomen percuſſum talem ſonitum reddat, qualem edunt tympana. Etenim et in his circumtenſam pellem contentus aër verberatur, quemadmodum qui in illo morbi genere per me-

Ed. Chart. IX. [139.] Ed. Baſ. V. (268.)

πλήττεται, καθάπερ ὁ ἐν τῷ βάθει τῶν τοιούτων ὑδρῶν. ὅτι δὲ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν ὄγκον ὁμοιότητος ὕδρωπα καὶ τοῦτον ὁ Ἱπποκράτης ὠνόμασεν εὔδηλον. οὐ μὴν ὑγρόν γε καθάπερ τὴν ἀσκίτην, ἐφ' ᾧ τὸ συνειλεγμένον οὐκ ἀήρ ἐστι φυσώδης, ἀλλ' ὑγρὸν ὑδατῶδες. ἔοικε δὲ μείζονος μὲν τῆς ψύξεως ἔκγονος ὑπάρχειν ὁ ὑδατώδης ὕδερος, ὃν ἀσκίτην ὀνομάζουσιν, ὅτι καθάπερ ἐν ἀσκῷ τινι τῷ περιτονίῳ κατακέκλεισται τὸ ὑγρὸν, ἐλάττονος δ' ὁ τυμπανίας. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ μεταβάλλειν ἡ ὑγρότης εἰς ἀέρα φυσώδη δύναται χωρὶς θερμασίας τινός.

ιβ'.

Ὁκόσοισι κοιλίαι λειεντεριώδεις, χειμῶνος φαρμακεύειν ἄνω κακόν.

Ὅταν ἐν τάχει τῶν ἐσθιομένων ἡ διαχώρησις γίγνηται τοιούτων, οἷα κατεπόθη, λειεντερίαν ὀνομάζουσι τὸ νό-

diam cutem in profundo eſt flatus percutitur. Quod autem a tumoris ſimilitudine hydropem Hippocrates nominaverit manifeſtum eſt. Non tamen humidum dixit, quemadmodum aſcitem ab aſci, hoc eſt utris, ſimilitudine appellatum, in quo materia collecta flatulentus aër non eſt, ſed humor aquoſus. Videtur autem a majori frigiditate generari aquoſus hydrops, quem aſcitem appellant, quod in peritonaeo humor velut in utre quodam contineatur, a minore vero tympanias, neque enim humiditas in flatulentum aërem ſine calore quodam transmutari poteſt.

XII.

Quibus ſunt alvi lientericae, eos hieme per ſuperiora purgare malum.

Quum celeriter quae comeduntur talia dejiciuntur qualia devorata fuerint lienteriam, *laevitatem* inteſtinorum,

Ed. Chart. IX. [139.] Ed. Baſ. V. (268.)

σημα. γίγνεται μὲν οὖν ἐπὶ τῇ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ἀῤῥωστίᾳ, ταῖς δυσκρασίαις δ' ἕπεται πάντων τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν ὀργάνων, τουτέστιν αὐτῆς τε τῆς γαστρὸς εἰς ἣν καταπίνομεν τὰ σιτία καὶ τῶν ἐκ ταύτης αὐτὰ διαδεχομένων τε καὶ παραπεμπόντων ἐντέρων. γίγνεται δ' ἔστιν ὅτε λειεντερία καὶ κατά τινα ἐπιπολῆς ἕλκωσιν, ὁμοίαν ταῖς ἄφθαις. αἱ μὲν οὖν δυσκρασίαι ποτὲ μὲν ὡς ἂν εἴποι τις ἕκτικαὶ γίνονται, καλοῦσι δ' οὕτως τὰς αὐτῆς τῆς ἕξεως τῶν σωμάτων βεβλαμμένης ἀποτελουμένας, ἔστιν ὅτε διὰ φλέγμα ψυχρὸν, οἷόν ἐστι μάλιστα τὸ ὀξύ· τῶν δ' ἐπιπολῆς ἑλκώσεων αἴτιόν ἐστι χυμὸς ὁ δριμὺς καὶ λεπτός. οὗτος μὲν οὖν, εἰ καὶ τῆς ἄνω φαρμακείας δεῖται, διὰ τὸ μᾶλλον ἐπιπολάζειν ἢ ὑποχωρεῖν κάτω τοὺς τοιούτους χυμοὺς, ἀλλ' οὐκ ἐν χειμῶνί γε δίδοται, καθότι καὶ πρόσθεν εἴρηται. ὁ δ' ἕτερος ὁ φλεγματικὸς, ὅταν ᾖ τοῖς ἐντέροις ἐμπεπλασμένος, οὐδέποτε δεῖται τῆς ἄνω φαρμακείας, ὅπερ ἐστὶν ἐμετηρίου φαρμάκου. μόνα γὰρ ἐμεῖσθαι πέφυκε τὰ κατὰ

hunc morbum nominant. Fit autem propter retentricis facultatis infirmitatem, imo omnem ſequitur omnium alvi inſtrumentorum intemperiem, hoc eſt ipſius ventriculi in quem cibos deglutimus et inteſtinorum quae ab hoc ipſos excipiunt ac transmittunt. Fit etiam nonnunquam lienteria ex ulceratione quadam partium ſuperficiem obſidente aphthis conſimili. Intemperies igitur aliquando oboriuntur, ut quis protulerit, habituales, ſic vero eas vocitant intemperies, quae ipſo corporum habitu laeſo perficiuntur, interdum vero propter pituitam frigidam, qualis potiſſimum eſt acida. Superficiariarum autem exulcerationum cauſa humor exiſtit acris et tenuis. Hic ergo etiamſi ducentem per ſuperiora purgationem poſtulet, quod hujusmodi humores magis ſurſum ferantur quam deorſum ſecedant, non tamen hieme datur purgatio, quemadmodum eſt ſuperius enunciatum eſt. Alter vero pituitoſus humor quum inteſtinis infarcitus fuerit, nunquam educentis per ſuperiora purgationis indiget, hoc eſt vomitorio medicamento. Sola namque evomi conſueverunt quae ventri-

Ed. Chart. IX. [139. 140.] Ed. Baſ. V. (268.)

τὴν γαστέρα. τῶν δ' ἐν τοῖς ἐντέροις περιεχομένων οὐδὲν οἷόν τε δι' ἐμέτου κενῶσαι.

ιγ'.

[140] Πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥᾳδίως καθαιρομένοισι πρὸ τῆς πόσιος ὑγραίνειν τὰ σώματα πλείονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσει.

Προπειρᾶσθαι χρὴ τῆς τοῦ μέλλοντος τὸν ἐλλέβορον λήψεσθαι φύσεως ὅπως ἔχει πρὸς τὰς ἄνω καθάρσεις, τουτέστι τὰς δι' ἐμέτων. γιγνέσθω δ' ἡ πεῖρά σοι διὰ τῶν ἐμετικῶν φαρμάκων ὅσα μέτρια. ἐὰν οὖν φαίνηται μὴ ῥᾳδίως καθαιρόμενος, οὐ χρὴ τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἐπὶ τὸν ἐλλέβορον ἄγειν, ἄιεν τοῦ προπαρασκευάσασθαι. γίνοιτο δ' ἂν τοῦτο καὶ διὰ τῶν συνεχῶν μὲν ἐμέτων ἐθισθέντος ἑτοίμως ἐμεῖν τοῦ ληψομένου τὸν ἐλλέβορον. ἀλλ' ὡς μικρὸν τοῦτο γνώριμον ἅπασιν ὁ Ἱπποκράτης παρέλιπε. γένοιτο

culus complectitur, eorum vero quae inteſtinis continentur nihil quidquam per vomitus vacuari poteſt.

XIII.

Qui a veratris non facile per ſuperiora purgentur, iis ante potionem corpora copioſiore alimento et quiete praehumectanda.

Praetentare oportet naturam ejus qui elleborum ſumpturus eſt, quomodo ſe habeat ad ſuperiores purgationes, hoc eſt ad eas quae fiunt per vomitiones. Fiat autem tibi periculum per medicamenta vomitoria quae moderata ſint. Si igitur non facile purgari videatur, non oportet hujusmodi hominem, priusquam praeparetur, ad elleborum ducere. Id autem fiet, ſi qui ſumpturus eſt elleborum, is per continuos vomitus ad promte vomendum aſſueverit. Verum hoc tamquam parvi momenti atque notum omnibus praetermiſit Hippocrates. Melius autem fieret prae-

Ed. Chart. IX. [140.] Ed. Baſ. V. (268. 269.)

δ' ἂν ἄμεινον καὶ διὰ τοῦ προυγραίνειν τὰ σώματα, προυγραί- (269) νεται δὲ πλείονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσει. τὸ μὲν οὖν τῆς ἀναπαύσεως δῆλον. ὡς γὰρ τὰ γυμνάσια ξηραίνειν πέφυκε, οὕτως καὶ ἡ ἀνάπαυσις, ὅπερ ἐστὶν ἡσυχία τε καὶ ἀγυμνασία φυλάττει τὰς ὑγρότητας. ἡ τροφὴ δ' οὐχ ἁπλῶς ἡ πλείων ὑγραίνειν πέφυκεν, ἀλλ' εἴ τις ἄνευ ποιότητος ἰσχυρᾶς ἦ, τουτέστι μήτε στρυφνῆς μήτε δριμείας μήθ' ἁλυκῆς μήτε πικρᾶς. τάχα δ' οὐδὲ τροφὴν ἁπλῶς φατέον εἶναι τὴν τοιαύτην, ἀλλ' οἷον φαρμακώδη τροφὴν, ὡς τῇ γε ἁπλῶς τροφῇ μόνῃ τῶν ἁπάντων ὑπάρχειν κατὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν, οὐ κατά τι συμβεβηκὸς ὑγραίνειν τὰ στερεὰ τοῦ ζώου μόρια τῆς ἀναπαύσεως οὐ καθ' αὑτὴν, ἀλλὰ κατά τι συμβεβηκὸς τοῦτο ποιούσης. ὅτι γὰρ οὐ ξηραίνει τὴν ἐκ τῆς τροφῆς ὑγρότητα, διὰ τοῦτο ὑγραίνειν λέγεται. τὸ δ' ὕδωρ οὔτε πινόμενον οὔτ' ἔξω προσπῖπτον ὑγραίνειν πέφυκεν αὐτὰ τὰ στερεὰ τοῦ ζώου μόρια. μαθεῖν δ' ἐστί σοι τελεώτερον ὑπὲρ τῶν τοιούτων τῇ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ἐντυχόντι πραγματείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ καὶ τῷ περὶ μαρασμοῦ βιβλίῳ.

---

humectando corpora. Praehumectantur autem corpora copioſiore alimento et quiete. Quiete quidem humectari corpora clarum eſt. Quemadmodum enim exercitia exſiccare ſolent, ſic et quies, quae et otium eſt et ab exercitatione vacatio, humiditates tuetur. Cibus vero non qui plenior abſolute humectandi facultatem habet, ſed quicunque ſit citra vehementem qualitatem, hoc eſt neque acerbam, neque acrem, neque ſalſam, neque amaram. Fortaſſis autem non ſimpliciter alimentum quod ejusmodi ſit appellandum eſt, ſed quaſi medicamentoſum alimentum. Quippe quod abſolute eſt alimentum, ſolum ex omnibus ſecundum ſuam ipſius naturam, non ex accidenti poteſt ſolidas animalis partes humectare; quod ipſum non per ſe, ſed per accidens praeſtat quies. Ceterum ſolidiorem de his doctrinam didiciſſe potes qui tum opus noſtrum de naturalibus facultatibus tum librum de marcore praelegeris.

Ed. Chart. IX. [141.] Ed. Baf. V. (269.)

ιδ'.

[141] Ἐπὴν πίῃ τις ἐλλέβορον πρὸς μὲν τὰς κινήσιας τῶν σωμάτων μᾶλλον ἄγειν, πρὸς δὲ τοὺς ὕπνους καὶ μὴ κινήσιας ἧσσον. δηλοῖ δὲ ἡ ναυτιλίη ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει.

Ὁ αὐτὸς εἶπε τὴν αἰτίαν δι' ἣν κινεῖσθαι κελεύει τὰ σώματα τῶν τὸν ἑλλέβορον εἰληφότων. ἡσυχία μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς καταστάσεως φυλάττει, μεταβάλλει δὲ καὶ ἀλλοιοῖ τὸ σῶμα κίνησις, ὡς δηλοῖ καὶ ναυτιλία, κίνησις μὲν οὖσα, ταράσσουσα δὲ τὰ σώματα μέχρι τοῦ καὶ πρὸς ἔμετον ὁρμᾶν. ὁπότ' οὖν ἡ τοιαύτη κίνησις ἱκανὴ καὶ μόνη παρασκευάσαι τὸ σῶμα πρὸς ἔμετον, εἰκὸς δήπου συνελθοῦσαν αὐτὴν ἐμετηρίῳ φαρμάκῳ μικρῷ τινι γενέσθαι δραστικωτέραν. ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ ναυτιλίη ναυτίη γράφουσιν, ὡς εἶναι τὸν λόγον τοιοῦτον· δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ναυτίη ταῖς σφοδραῖς τοῦ σώματος κινήσεσιν ἐπιγιγνομένη ὅτι κίνησις αὐτὰ ταράσ-

XIV.

Quum quis veratrum potaverit, ad corporis quidem motus magis ducendus eſt, ad ſomnos vero et quietem minus. Et vero motu turbari corpora prodit navigatio.

Ipſe cauſam protulit, ob quam eorum corpora moveri praecipiat qui veratrum aſſumpſerunt. Quies ſiquidem eodem in ſtatu corpus tuetur, motus vero mutat et alterat, ut indicat navigatio, quae motus quidem eſt, turbat autem corpora, quouſque ad vomitum impellat. Quum igitur talis motio idonea et ſola poſſit ad vomitum corpus praeparare, conſentaneum eſt certe ipſam cuidam parvo vomitorio medicamento junctam longe majorem habituram efficaciam. Nonnulli pro navigatione nauſeam ſcribunt, ut ſit talis oratio: Oſtendit autem et nauſea, quae vehementibus corporis motionibus ſuccedit, ex motione cor-

Ed. Chart. IX. [141.] Ed. Baſ. V. (269.)

σει. πρόδηλον δὲ ὡς καὶ οὗτος ὁ λόγος ὁ αὐτός ἐστι τῇ δυνάμει τῷ προειρημένῳ.

ιε'.

Ἐπὴν βούλει μᾶλλον ἄγειν τὸν ἐλλέβορον, κίνει τὸ σῶμα. ἐπὴν δὲ παῦσαι, ὕπνον ποίει καὶ μὴ κίνει.

Ὁ μὲν πρότερος ἀφορισμὸς ὅπως χρὴ παρασκευάσαι τὸν ἐλλέβορον εἰληφότα πρὸς τὴν κάθαρσιν ἐδίδαξεν, ὁ δὲ νῦν ὅπως χρὴ παύειν τοὺς καθαιρομένους. εὔλογον δὲ τἀναντία τοῖς ποιοῦσι τὸν ἔμετον παύειν τὴν κάθαρσιν. ὅπερ οὖν αἱ κινήσεις ποιοῦσιν, αἱ ἡσυχίαι παύουσι. καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ὁ ὕπνος ἠρεμίαν ἐργαζόμενος τῶν ψυχικῶν ἐνεργειῶν, ὅσαι διὰ τῶν αἰσθήσεων γίνονται καὶ προσέτι διὰ τῶν μυῶν ἐν ταῖς καθ' ὁρμὴν κινήσεσιν.

---

pus turbari. Liquido conſtat hunc aphoriſmum eandem cum ſuperiore vim habere.

XV.

Quum velis elleborum magis agere, move corpus; quum vero ſiſtere, ſomnum concilia neque move.

Superior quidem aphoriſmus, quomodo oporteat hominem qui elleborum ſumpſit, ad purgationem praeparare nos docuit; praeſens vero quomodo ſiſtenda ſit purgatio tradit. Eſt autem rationi conſentaneum, ea purgationem ſiſtere, quae vomitum cientibus ſint contraria. Quod itaque ciet motio, id quies ſiſtit, multoque magis ſomnus, quo actionum animalium quies conciliatur, tum quae per ſenſuum fiunt organa, tum quae per muſculos in motibus voluntariis.

Ed. Chart. IX. [142.] Ed. Baf. V. (269.)

ιστ'.

[142] Ἑλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι σάρκας ὑγιέας ἔχουσι· σπασμὸν γὰρ ἐμποιέει.

Ὅπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπὶ πασῶν τῶν καθάρσεων εἶπε, τοῦτο νῦν ἐπὶ μόνης τῆς δι' ἐλλεβόρου, ὥστε καὶ συναφθῆναι δύνασθαι τοὺς ἀφορισμοὺς τρόπῳ τοιῷδε· οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες. οὕτω γοῦν καὶ ὁ ἑλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι τὰς σάρκας ὑγιέας ἔχουσι· σπασμοὺς γὰρ ἐμποιέει· ἐξαίρετον γάρ τοι πρόσεστι τῷ ἑλλεβόρῳ τὸ τοῦ σπασμοῦ, διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς ἐνεργείας.

ιζ'.

Ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη καὶ καρδιωγμὸς καὶ σκοτόδινος καὶ στόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

XVI.

Veratrum ſanas carnes habentibus periculoſum eſt, convulſionem enim inducit.

Quod ſuperioribus aphoriſmis de omnibus purgationibus dixerat, hoc nunc de ea ſola quae fit elleboro pronunciat. Quare duo aphoriſmi poſſunt invicem jungi hoc pacto. Qui corporibus bene ſe habent, purgationes aegre moleſteque ferunt. Sic namque veratrum ſanas carnes habentibus periculoſum eſt. Convulſiones enim excitat. Eximium namque ineſt elleboro, ut propter actionis vehementiam cauſa ſit convulſionis.

XVII.

Citra febrem exiſtenti cibi faſtidium, ſtomachi morſus, vertigo tenebricoſa et os amarulentum medicamento per ſuperiora opus eſſe ſignificant.

Ed. Chart. IX. [142.] Ed. Baſ. V. (269.)

Ἡ μὲν ἀσιτία τὸ αὐτὸ δηλοῖ τῇ ἀνορεξίᾳ, ὁ δὲ καρδιωγμὸς δῆξίς ἐστι καρδίας, τουτέστι τοῦ στόματος τῆς γαστρός. ὠνόμαζον γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῦτο καρδίαν. σκοτόδινος δ' ἐστὶν, ἐπειδὰν ἅμα περιδινεῖσθαι δοκῇ τὰ βλεπόμενα, ἥ τε διὰ τῆς ὄψεως αἴσθησις ἐξαίφνης ἀπολεῖται, δοκούντων αὐτῶν σκότος περικεχύσθαι. γίγνεται δὲ τοῦτο τοῦ στόματος τῆς κοιλίας ὑπὸ μοχθηρῶν χυμῶν δακνομένου. διὰ γὰρ τὸ μέγεθος τῶν νεύρων τῶν ἐξ ἐγκεφάλου καθηκόντων εἰς αὐτὸ βλάπτεται τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα κακοπραγοῦντος τοῦ μορίου. τὰ μὲν τοιαῦτα συμπτώματα κοινὰ πάντων ἐστὶ τῶν δάκνειν δυναμένων χυμῶν. τὸ δ' ἐκπικροῦσθαι τὸ στόμα μόνης τῆς ὠχρᾶς τε καὶ ξανθῆς ὀνομαζομένης χολῆς. διὸ καὶ καλῶς τοῖς εἰρημένοις συμπτώμασιν ὁ Ἱπποκράτης εἶπεν ἄνω φαρμακείειν σημαίνειν, ὅπερ ἐξαπλωθὲν οὕτως ἑρμηνευθήσεται. τὰ εἰρημένα συμπτώματα σημαίνει τῷ ἰατρῷ τὸν ἄνθρωπον τῆς ἄνω δεῖσθαι φαρμακείης, τουτέστι τῆς δι' ἐμέτων.

Apoſitia, *cibi faſtidium*, idem quod anorexia, *inappetentia* ſignificat. Cardiogmos autem *cordis morſus* eſt, hoc eſt oris ventriculi. Hoc ſiquidem et veteres cor nominabant. Scotodinos autem, hoc eſt *tenebricoſa vertigo* fit quando res ſimul conſpectae circumvolvi videntur et ſenſus viſus repente deperditur aegrotis ſibi tenebras circumfundi exiſtimantibus. Hoc autem accidit ore ventriculi a pravis humoribus demorſo. Ob magnitudinem enim nervorum a cerebro in ipſum procedentium animae functiones laeduntur. Atque hujusmodi ſymptomata cunctis humoribus mordendi vim habentibus communia ſunt. Os autem amareſcere ſolius bilis et pallidae et flavae nominatae ſymptoma exiſtit. Quare etiam praeclare pronunciat Hippocrates commemoratis ſymptomatis purgationem per ſuperiora ſignificari. Quod explanatum ita interpretabimur. Enumerata ſymptomata ſignificare medico hominem ſuperna medicatione, hoc eſt per vomitus, indigere.

Ed. Chart. IX. [143.] Ed. Baſ. V. (269.)

ιή.

[143] *Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα, ὁκόσα καθάρσεως δέονται, ἄνω φαρμακείας σημαίνει δεῖσθαι, ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω.*

Οὗτος ὁ ἀφορισμὸς ὅπερ ὁ πρόσθεν ἐφ' ἑνὸς ἀλγήματος ἐδίδαξε, τοῦ κατὰ τὸ στόμα τῆς κοιλίας, τοῦτ' ἐπὶ πάσας ἐκτείνει τὰς ὀδύνας. ὅσαι μὲν ἄνω τῶν φρενῶν συνίστανται καθάρσεως δεόμεναι, δηλονότι συμβουλεύει ἄνω φαρμακεύειν. ὅσαι δὲ κάτω τῶν φρενῶν εὔδηλον ὅτι καὶ ταύτας κάτω. προσέθηκε δὲ τῷ λόγῳ τὸ καθάρσεως δεόμεναι, χάριν τοῦ μὴ δόξαι τινὶ πάσας ἁπλῶς τὰς ὀδύνας τὸν Ἱπποκράτην διὰ καθάρσεως ἰᾶσθαι. νυνὶ γὰρ οὐ τοῦτ' εἶπεν, ἀλλ' ὅτι κατὰ τὰς ῥοπὰς τῶν λυπούντων χυμῶν χρὴ τὰς κενώσεις ποιεῖσθαι καὶ μήτε τὰς ἄνω τῶν φρενῶν ὀδύνας διὰ τῶν ὑπηλάτων ἐκκενοῦν μήτε τὰς κάτω διὰ τῶν ἐμετικῶν.

XVIII.

Quicunque ſupra ſeptum transverſum dolores egent purgatione per ſuperiora purgandum eſſe ſignificant, qui vero infra ſunt, per inferiora.

Hic aphoriſmus quod ſuperior de una oris ventriculi dolore docuit, hoc ad omnes dolores extendit. Nam quicunque ſupra ſeptum transverſum conſiſtunt dolores purgatione nimirum egentes, per ſuperiora purgari conſulit; quicunque vero infra ſeptum transverſum, eos quoque per inferiora purgandos eſſe manifeſtum eſt. Addidit autem orationi, *purgatione egentes*, ne quis arbitretur Hippocratem abſolute omnes dolores per purgationem ſanare: neque enim nunc hoc protulit, ſed pro humorum infeſtantium inclinationibus vacuationes eſſe faciendas. Neque ſupra ſeptum transverſum dolores per ſubducentia medicamenta, neque infra ſitos per vomitoria vacuare oportere.

Ed. Chart. IX. [143. 144.] Ed. Baf. V. (269. 270.)

ιθ'.

Ὁκόσοι ἐν τῇσι φαρμακοπωσίῃσι μὴ διψῶσι καθαιρόμενοι, οὐ παύονται πρὶν ἢ διψήσωσιν.

Τῶν καθαιρομένων τινὲς μὲν εὐθέως διψῶσι, τινὲς δ' ὕστερον. καὶ γίνεται τοῦτο διά τε τὴν αὐτῆς τῆς κοιλίας διάθεσιν καὶ τὸ δοθὲν φάρμακον καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ κενουμένου χυμοῦ. διὰ μὲν τὴν κοιλίαν ὑπὸ θερμότητος ἢ ξηρότητος ἢ ἀμφοῖν ἑτοίμως εἰς τὸ διψῆν ἀγομένην, ἐάν τε φύσει τοῦθ' ὑπάρχῃ τῷ πεπωκότι τὸ φάρμακον ἐάν τε κατ' ἐκεῖνον μόνον τὸν καιρόν. διὰ δὲ αὐτὸ τὸ φάρμακον δριμὺ καὶ θερμὸν καὶ δηκτικὸν ὑπάρχει. διὰ δὲ τὸν κενούμενον χυμὸν, ὅταν (270) *πικρόχολος ᾖ. ἐπὶ μὲν δὴ τοῖς τοιούτοις αἰτίοις διψῶσιν, ἐπὶ δὲ τοῖς ἐναντίοις ἄδιψοι μέχρι πλείστου διατελοῦσιν, ὅταν ἦτοι ψυχροτέραν καὶ ὑγροτέραν ἔχῃ ὁ καθαιρόμενος τὴν κοιλίαν, ἤτοι γε ἐξ ἀρχῆς ἢ καιὰ τὸν* [144] *τῆς φαρμακοπωσίας χρόνον ἢ ὅταν αὐτὸ τὸ φάρμακον ἄδηκτον ᾖ καὶ τρίτον, ὅταν ἦτοι φλεγματικὸς*

XIX.

Qui per medicas potiones dum purgantur non ſitiunt, ii purgandi finem non faciunt priusquam ſitiverint.

Qui purgantur, eorum quidam ſtatim ſitiunt, nonnulli poſtea. Hocque fit tum propter ipſius ventriculi affectionem, tum propter datum medicamentum, tum etiam humoris vacuandi ideam. Ac propter ventriculum quidem fit, qui prae calore vel ſiccitate vel utraque prompte ad ſitim ducitur, ſive hoc natura inſit ei qui hauſit medicamentum, ſive eo dumtaxat tempore. Ratione vero ejus medicamenti quod acre et calidum et mordax fuerit, propter humorem autem qui vacuatur, quum bilis amara fuerit. Hiſce quidem de cauſis ſitiunt. Contrariis vero plurimo tempore ſine ſiti permanent, quum qui purgatur vel frigidiorem et humidiorem ventriculum ſortitur aut ab initio aut purgationis tempore, aut quum ipſum medicamentum omni mordacitate vacat; tertio quoque quum

Ed. Chart. IX. [144.] Ed. Baſ. V. (270.)

ὁ κενούμενος ὑπάρχῃ χυμὸς ἢ ὑδατώδης. ἀλλά τι καὶ τούτων, ὅταν δαψιλῶς κενωθῶσιν, ἕπεται δίψος. ἱκανὴ μὲν γὰρ ἡ ἐπὶ τῇ κενώσει ξηρότης ἐργάζεσθαι τοῦτο. προσέτι δὲ καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ καθαίροντος φαρμάκου δύναμις ἔχοντός τινα κἂν εἰ μὴ φανερὰν μηδ' αἰσθητὴν, ἀλλὰ λεληθυῖαν δριμύτητα καὶ θερμασίαν.

κ'.

Ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν, ἢν γένηται στρόφος καὶ γονάτων βάρος καὶ ὀσφύος ἄλγημα, κάτω φαρμακίης δεῖσθαι σημαίνει.

Ὥσπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐδίδαξε τὰ σημεῖα τῶν δεομένων τῆς ἄνω φαρμακείας, οὕτω νῦν διδάσκει δι' ὧν ἄν τις γνοίη τοὺς δεομένους τῆς κάτω. κοινὸς δ' ἀμφοῖν ἐστιν ὁ λογισμὸς ἐπὶ διαφέρουσι συμπτώμασι. κατὰ γὰρ τὰς ῥοπὰς τῶν λυπούντων καὶ τὰς κενώσεις χρὴ ποιεῖσθαι.

humor pituitoſus aut aquoſus extitit. Verum et in his quum abunde evacuati fuerint, ſitis conſequitur: poteſt enim ea quae ex vacuatione provenit ſiccitas ſitim efficere. Praeterea medicamenti purgantis facultas aliquam, etſi neque manifeſtam, neque ſenſibilem, attamen latentem habentis acrimoniam et caliditatem, ſitim accendit.

XX.

Si febre vacuos tormina et genuum gravitas et lumborum dolor obſideant, purgante per inferiora medicamento opus eſſe ſignificant.

Quemadmodum paulo ante ſigna docuit eorum qui medicamento per ſuperiora purgante indigent, ita nunc ſigna docet, quibus eos moverit aliquis, qui et inferiora purgari poſtulant. Eſt autem utrisque communis ratio in diſcrepantibus ſymptomatibus. Nam pro noxiorum humorum propenſionibus, vacuationes quoque moliendae ſunt.

Ed. Chart. IX. [144. 145.] Ed. Baſ. V. (270.)

κα'.

Ὑποχωρήματα μέλανα, οἷον αἷμα μέλαν ἀπὸ ταυτομάτου ἰόντα καὶ σὺν πυρετῷ καὶ ἄνευ πυρετοῦ κάκιστα καὶ ὁκόσῳ ἂν χρώματα πλείω πονηρότερα ᾖ μᾶλλον κακόν. ξὺν φαρμάκῳ δὲ ἄμεινον καὶ ὁκόσῳ ἂν χρώματα πλείω ᾖ, οὐ πονηρόν.

Περὶ τῶν διαχωρημάτων αὐτῷ νῦν ὁ λόγος ἐστὶν, ἅπερ ὀνομάζεται μὲν ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν μέλανα. μέλαινα δ' ἀκριβῶς οὐκ ἔστι χολὴ, τὸ γὰρ δριμὺ καὶ διαβρωτικὸν καὶ ὀξῶδες οὐκ ἔχει. πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον οὐδὲ ζυμοῖ τὴν γῆν ἐκχεόμενα κατ' αὐτῆς, ἀλλ' ἔστιν ὥσπερ ἂν εἴ τις εἰκάζων εἴποι σαφῶς, οἷον ἰλύς τις αἵματος, οἷα καὶ τοῖς παχέσιν οἴνοις καθισταμένοις ὑφίστασθαι πέφυκεν, ἣν ὀνομάζουσι τρύγα. χρονι- [145] *ζούσης δ' αὐτῆς ἐν τῷ σώματι καὶ μήτε ἐκκρινομένης κατά τινα τῶν αἰσθητῶν ἐκροῶν, μήτε κατὰ τὸ ἄδηλον, ἀλλὰ μεταβαλλομένης τε καὶ σηπομένης ἀκριβῶς, μέλαινα γεννᾶται χολή. πρὶν δὲ γεννηθῆ-*

XXI.

Atrae dejectiones, qualis ſanguis niger, ſponte procedentes et cum febre et citra febrem peſſimae, eoque pejores, quo plures earum colores deteriores fuerint. A medicamento autem melius et quo plures colores extiterint, non pravi.

De dejectionibus nunc ipſi oratio, quae a priſcis medicis nigrae appellantur, bilis vero atra plane non ſunt. Nam acre et corrodens et acidum non habent. Ac ſane quod multo plus eſt, in terram effuſae ipſam non fermentant; ſed ſunt, ut ſi quis ejus formam dilucide referens diceret, velut quidam limus ſanguinis, qualis etiam craſſioribus venis conſiſtentibus ſubſidere ſolet, quam faecem nominant. Haec autem ſi corpori diutius immoretur, neque etiam per aliquem ſenſibilem effluxum, neque per abditum excernatur, verum transmutetur atque putreſcat, atra bilis plane generatur. Priusquam vero procreata ſit,

Ed. Chart. IX. [145.] Ed. Baſ. V. (270.)

ναι ταύτην ὁ σπλὴν ἕλκει τὴν οἷον τρύγα τοῦ αἵματος, ἐκκαθαίρων τὸ ἦπαρ, ὡς ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασι δέδεικται. καὶ τοίνυν καὶ καταχρῆται τούτῳ μελαγχολικῷ χυμῷ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ τροφὴν ὁ σπλὴν, ὅσον δ' αὖ πάλιν αὐτὸς ἐργάζεται περίττωμα, τοῦτο ὠθεῖ πάλιν εἰς τὴν γαστέρα, μετὰ τῶν ἄλλων περιττωμάτων ἐκκριθησόμενον. ἐὰν οὖν ποτε μήθ' ὁ σπλὴν ἐκκαθαίρῃ καλῶς, αὐτό τε τὸ αἷμα τὸ κατὰ τὸ ἦπαρ ἔχει πολλὴν ἰλὺν τοιαύτην ἀῤῥωστήσει τε τὸ σπλάγχνον, ὡς μὴ κατέχειν ἐν ἑαυτῷ τὰ περιττὰ δυνάμενον, τηνικαῦτα ὑποχωρεῖ τὰ καλούμενα μέλανα, περὶ ὧν ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ νῦν. προσέθηκε δ' ἐν τῷ λόγῳ τὸ οἷον αἷμα, τοιοῦτον δηλῶν ὁποῖόν τι γίγνεται τὸ αἷμα τὸ μελανθὲν ἐν τῇ διὰ τῶν ἐντέρων φορᾷ, τοιαῦτ' ἔστι τὰ μέλανα. τελέως γὰρ ἠλίθιόν ἐστιν ὑπολαμβάνειν αἵματι τῷ κατὰ φύσιν ἔχοντι ταῦτα οἰκείαν εἶναι τὰ μέλανα. γενήσεται γὰρ ἐρυθρά τε καὶ μέλανα ταῦτα. καίτοι γε ἀδύνατον ἅμα ταὐτὸν ἐρυθρόν τε καὶ μέλανα ὑπάρ-

eam lien trahit, tanquam ſanguinis faecem, atque jecur expurgat: quemadmodum in commentariis de facultatibus naturalibus demonſtratum eſt. Enimvero ſplen quoque melancholico humore ad ſui nutritionem abutitur, quod rurſum ipſe fecerit excrementum, id deinceps in alvum cum ceteris excrementis excernendis propellit. Si quando igitur lien non probe jecur expurgaverit atque ipſe ſanguis hepatis copioſum hujusmodi limum habuerit et viſcus imbecillum ita evadat, ut ſupervacanea in ſe excrementa continere nequeat, ac tunc atras vocatas dejectiones ſubducit, de quibus nunc ipſi ſermo habetur. Hoc autem in textu addidit, *qualis ſanguis niger*, quibus verbis tale quiddam ſignificat. Qualis ſanguis nonnullus ſit nigratus, tum per inteſtina deſertur, tales ſunt atrae dejectiones. Nam plane ſtupidi eſt conjicere ſanguini ſecundum naturam ſe habenti iſtas atras dejectiones eſſe ſimiles Hae namque et rubrae et nigrae fient. Atqui impoſſibile eſt eundem ſanguinem et rubrum et nigrum eſſe. Permultas

Ed. Chart. IX. [145.] Ed. Baſ. V. (270.)

γειν. πάμπολλα τοιαῦτα διαχωρήματα καιὰ τὴν λοιμώδη νόσον εἴδομεν ταύτην τὴν μακρὰν, οὐ μᾶλλόν τι τοῖς ὀλεθρίως ἔχουσιν ἢ τοῖς σωθησομένοις ἐπιφανέντα, οὐ μὴν ἀρχομένων τε καὶ αὐξανομένων τῶν νοσημάτων ἑωρᾶτο. συντήξεις γὰρ ἦσαν αἱ τότε κενούμεναι ξανθαί τε καὶ πυρρὸν τὸ χρῶμα. τὰ δ' ὕστερον ἐπιφαινόμενα μέλανα, καθάπερ αἵματος τρυξ, ἤτοι γε ὑπεροπτηθέντος αὐτοῦ τὴν γένεσιν ἔσχεν ἢ σηπεδόνα τινὰ ἀλλόκοτον, ἀνάλογον ταῖς ἐν τῇ γαστρὶ γενομέναις ἀπεψίαις, ὅταν εἰς μοχθηροὺς χυμοὺς ἡ διαφθορὰ τελευτήσει. διὸ καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν οὐδέποτε ἐπ' ἀγαθῷ φαίνεται τοιαῦτα, μεγάλην κάκωσιν ἐνδεικνύμενα τοῦ σπλάγχνου, ταῖς δ' ἀκμαῖς ἕπεται πολλάκις ἐκκαθαιρούσης τὰ περιττὰ τῆς φύσεως, οὐ μὴν προσέθηκέ γε αὐτὸ κατὰ τὸν ἀφορισμὸν ὁ Ἱπποκράτης, καίτοι γε ἄλλοθι μὲν εἰπὼν καθόλου τὰ κρίσιμα μὴ αὐτίκα ἐπιφαίνεσθαι. κατὰ δὲ τὸν ἐφεξῆς ἀφορισμὸν ἐπὶ μέρους ἐν τῷ φάναι· νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων, ἢν χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω ἢ

ejusmodi dejectiones in hoc peſtilenti morbo longo conſpeximus quae non magis pernicioſe ſe habentibus quam ſoſpitibus evaſuris apparebant, neque tamen per morborum principia, neque per incrementa conſpiciebantur. Tunc enim quae vacuabantur tum flavae, tum ruſae colore, ſyntexes erant. Quae vero poſterius apparebant, nigra velut ſanguinis fex vel ipſo retorrido ac peruſto ſanguine vel aliquam extraneam putredinem adepto ortum habuerant, ortis in ventriculo cruditatibus conſimilem, quum ad vitioſos humores eduliorum corruptela deſierit. Quare per initia quidem morborum nunquam ad bonum hujusmodi dejectiones prodeunt, quae magnam viſceris laeſionem indicant et vigorem morborum ſaepe ſequuntur, natura ſupervacanea expurgante. Illud tamen hoc in aphoriſmo adjecit Hippocrates, quamquam alibi univerſe pronunciavit, *ſigna judicatoria non protinus apparere*; et particulatim ſequenti aphoriſmo his verbis: *quibuscunque morbis incipientibus, ſi bilis atra ſurſum aut deorſum*

Ed. Chart. IX. [145. 146.] Ed. Baſ. V. (270.)

κάτω ὑπέλθῃ, θανάσιμον. μή τι τοίνυν ἔδοξεν αὐτάρκως δεδηλωκέναι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἰόντα φάμενος. ἐνδείκνυται γὰρ τοῦτο τοὔνομα χρόνου μῆκος, ὡς ἤτοι δι' ὅλου τοῦ νοσήματος ἢ κατὰ πολὺν χρόνον αὐτοῦ, ἰόντων τοιούτων ὑποχωρημάτων. εἰ γὰρ ἕνα τινὰ καιρὸν ἐβούλετο δηλῶσαι, πάντως ἂν ἢ ἐπιφανέντα ἢ ἐλθόντα εἶπεν, οὐκ ἀπὸ ταυτομάτου ἰόντα· τοῦτο γὰρ τὸ ἰόντα τῷ ἐρχόμενα ταὐτὸν, οὐ τῷ ἐλθόντα δηλοῖ. φαρμάκου μέντοι ληφθέντος, ὑφ' οὗ κενοῦται μέλανα, διαχωρῆσαι τὰ τοιαῦτα θαυμαστὸν οὐδέν. οὕτω δὴ καὶ τὰ πλείω τῶν διαχωρημάτων χρώματα παρὰ φύσιν αὐτόματα μὲν ἐκκενούμενα, σημεῖα πολλῶν ἐστι διαθέσεων ἐν τῷ σώματι ἐνδεικτικά. τὰ ὑπὸ φαρμάκου δ' ἀγόμενα πεφυκότος ἐκκενοῦν ἤδη πλείονα χυμον οὐδὲν ἄτοπον σημαίνει.

κβ'.

[146] *Νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων ἢν χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω ἢ κάτω ἐπέλθῃ, θανάσιμον.*

---

prodierit, letale. Numquid igitur ſatis mentem ſuam aperire viſus eſt, quum *procedentes* protulit. Id enim nomen temporis longinquitatem prodit, ac ſi vel per totum morbum vel per longum ipſius tempus tales procedant dejectiones; ſi namque unum quoddam tempus oſtendere voluiſſet, omnino vel quae poſt apparuiſſent vel quae proceſſiſſent, protuliſſet, non *ſponte procedentes.* Hoc enim verbum *procedentes* non proceſſiſſe, ſed procedere ſignificat. Sumpto tamen medicamento, quo nigra vacuantur, talia dejici nihil mirum. Sic ſane plures dejectionum colores praeter naturam vacuari multarum in corpore affectionum ſigna ſunt indicantia. A medicamento vero ducti, plures humores evacuandi facultate donato nihil abſurdum ſignificant.

XXII.

Quibuscunque morbis incipientibus, ſi bilis atra ſurſum aut deorſum prodeat, letale.

Ed. Chart. IX. [146.] Ed. Baſ. V. (270.)

Διώρισταί μοι καὶ κατὰ τὸν προγεγραμμένον ἀφορισμὸν ὁ μελαγχολικὸς χυμὸς, αὐτῆς τῆς μελαίνης χολῆς, ὑπὲρ ἧς νῦν ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ τήν γ' αἰτίαν τοῦ κατ' ἀρχὰς μὲν ὀλεθρίους εἶναι τοὺς τοιούτους χυμοὺς, ἐξ ὑστέρου δὲ κρισίμους ἐπιφαίνεσθαι, καὶ κατ' ἐκεῖνον μὲν αὐτάρκως ἐδείξθην. ἀναλήψομαι δὲ καὶ νῦν, ἐπειδὴ καὶ περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων τῇ τέχνῃ διέρχεσθαι πολλάκις ἄμεινόν ἐστιν. ὅταν ἄρχηταί τι νόσημα, τῶν ἐκκρινομένων οὐδὲν ἐκκρίνεται τηνικαῦτα τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, ἀλλ' ἔστιν ἅπαντα συμπτώματα τῶν ἐν τῷ σώματι παρὰ φύσιν διαθέσεων. ἐν ᾧ γὰρ χρόνῳ βαρύνεται μὲν ὑπὸ νοσωδῶν αἰτίων ἡ φύσις, ἀπεψία δ' ἐστὶ τῶν χυμῶν, ἐν τούτῳ κενοῦσθαί τι χρηστῶς ἀδύνατον, εἴ γε προηγεῖσθαι μὲν χρὴ πέψιν, ἀκολουθῆσαι δὲ διάκρισιν, εἶθ' ἑξῆς κένωσιν, ἵν' ἀγαθὴ γένηται κρίσις. ἐδίδαξε γοῦν ἡμᾶς ταῦτα αὐτὸς κατὰ τὸ πρῶτον τῶν ἐπιδημιῶν εἰπών· πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσεως, ἀσφάλειαν ὑγιεινὴν σημαίνουσιν. ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας ἢ πόνους ἢ χρόνους ἢ θα-

Praecedente aphoriſmo melancholicus humor ſcriptus ab atra bile a nobis quoque diſtinctum eſt, de qua nunc ipſi eſt oratio et quam ob cauſam per initia letales ſunt hujusmodi humores, poſterius vero judicatorii appareant, in illius quoque commentario abunde differuimus. Quia vero ſatius eſt et de iis arti maxime neceſſariis ſaepius differere, propterea etiamnum ea repetemus. Quum aliquis morbus incipit, ſi quid excernatur, id tunc naturae ratione non excernitur, ſed omnia earum quae praeter naturam ſunt in corpore affectionum ſymptomata. Quamdiu enim a cauſis morbum facientibus natura gravatur et humorum adeſt cruditas, tunc ut aliquid recte vacuetur fieri omnino non poteſt. Siquidem ut bona criſis oboriatur coctionem praecedere oportet et ſecretionem ſubſequi tandemque vacuationem. Haec autem nos ipſe docuit epidemiorum primo his verbis: Coctiones criſis celeritatem ſalutisque ſecuritatem ſignificant; cruda vero et incocta in abſceſſus vertuntur, vel criſis vacuitatem vel do-

Ed. Chart. IX. [146. 147.] Ed. Baſ. V. (270. 271.)

νάτους ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. ὅταν οὖν ἐπὶ πέψει νοσήματος ἐκκρίσις γένηται μοχθηροῦ χυμοῦ, καθαίρεται (271) τηνικαῦτα τὸ σῶμα πρὸς τῆς φύσεως καὶ διὰ τοῦτο καὶ μέλαινα χολή. καὶ πᾶς ἄλλος τοιοῦτος χυμὸς ἐπειδὴ πέψεως φανῇ σημεῖα προήκοντος τοῦ νοσήματος, ἀγαθὴν σημαίνει τὴν κένωσιν. εἰ δ' ἄλλως ἐκκρίνοιτο χωρὶς τῶν τῆς πέψεως σημείων, ὀλέθριόν ἐστι τὸ σύμπτωμα. ὥστ' ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος, ἀπεψίας ἔστιν ἀεὶ σημεῖα μοχθηρὰ, διὰ παντὸς ἔσται τῶν τοιούτων χυμῶν ἡ κένωσις.

κγ'.

[147] Ὁκόσοισιν ἐκ νοσημάτων ὀξέων ἢ ἐκ πολυχρονίων ἢ τρωμάτων ἢ ἄλλως πως λελεπτυσμένοισι, χολὴ μέλαινα ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν ὑπέλθῃ τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι.

---

lores vel diuturnitatem vel mortem vel eorumdem affectuum reditus denunciant. Quando igitur poſt morbi coctionem pravi alicujus humoris fit excretio, tum corpus a natura expurgatur. Ac proinde et atra bilis et quicunque alius ejusmodi humor quum coctionis ſigna procedente morbo apparuerint, bonam vacuationem ſignificant. Alias vero ſi abſque coctionis ſignis excernantur, exitioſum eſt ſymptoma. Quare quum in morbi principio ſemper ſint cruditatis ſigna, mala ſemper futura eſt talium humorum vacuatio.

XXIII.

Quibus per morbos acutos aut diuturnos aut vulnera aut alium quemcunque modum extenuatis bilis atra aut velut ſanguis niger ſubierit, ii poſtridie moriuntur.

Ed. Chart. IX. [147.] Ed. Bas. V. (271.)

Ὁ κατὰ τόνδε τὸν ἀφορισμὸν λόγος ἐστὶ δυνάμει τοιοῦτος, ἐάν τε χολὴ μέλαινα, περὶ ἧς ὁ προγεγραμμένος ἀφορισμὸς ἐδίδαξεν, ἐάν τε τὰ μέλανα τὰ τῷ αἵματι ἐοικότα, περὶ ὧν ὁ προκείμενος, λελεπτυσμένοις ἐσχάτως ἐπιφανῇ, κατὰ τὴν ὑστέραν ἀποθνήσκουσιν. ἀσθενὴς γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡ φύσις, ὡς μήτε πέψαι δύνασθαι μήτε διακρῖναι μήτε ἐκκρῖναι τὰ οὕτω μοχθηρά. διὰ μέγεθος οὖν τοῦ νοσήματος ἀποχεῖται μὴ στεγόμενα καὶ ταύτῃ χαλεπὸν τὸν θάνατον οὐκ ἐν ὑστέρῳ φέρει, καθάπερ ἐν ἄλλοις νοσήμασι διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως. ἐδήλωσε μέντοι κατὰ τοῦτον τὸν ἀφορισμὸν ἐναργῶς ὅτι καὶ τὸν ἔμπροσθεν ἀφορισμὸν ἡνίκα ἔλεγεν, ὑποχωρήματα μέλανα ἢ οἷον αἷμα, προσυπακοῦσαι χρὴ τὸ μέλαν, ἵνα ᾖ τὸ πλῆρες τοιοῦτον, ὑποχωρήματα οἷον αἷμα μέλαν. ἐδήλωσε δὲ καὶ ὅτι καλῶς ἡμεῖς διωρίσαμεν ἀπὸ τῶν μελάνων τὴν μέλαιναν χολήν. τὰ μὲν γὰρ αἵματι μεμελασμένῳ παραπλήσια φέρεται διαφέροντα τῷ κεχύσθαι τε καὶ μὴ πεπηγέναι καθάπερ ἐκεῖνο. μέλαινα δὲ χολὴ καὶ τῷ κεχύσθαι, χωρὶς πεπῆχθαι, καὶ τῷ

Oratio hujus aphoriſmi talis eſt poteſtate. Sive atra bilis, de qua praecedens docuit aphoriſmus, ſive nigra quaedam atro ſanguini ſimilia, de quibus ſuperior aphoriſmus, ſumme extenuatis ſupervenerint, poſtridie moriuntur. In talibus enim imbecillis eſt adeo natura, ut neque coquere, neque ſecernere, neque excernere poſſit quae ita prava ſunt. Quare propter morbi magnitudinem, quum contineri et regi nequeant, effunduntur et eodem die acerbam mortem afferunt, non in poſterum, quemadmodum aliis in morbis propter virium imbecillitatem. Oſtendit porro hoc aphoriſmo manifeſte quod et in priore, quum diceret: *dejectiones nigrae vel qualis ſanguis*, ſubaudire oportet *niger*, ut haec expleta ſit oratio. Oſtendit autem et nos recte a nigris dejectionibus bilem atram diſtinxiſſe. Hae namque ſanguini denigrato ſimiles dejiciuntur, ſed differunt, quod fuſae ſint et non ut illae concretae. Atra vero bilis differt, quod absque concre-

Ed. Chart. IX. [147. 148.] Ed. Baſ. V. (271.)

στίλβον ἔχειν τὸ μέλαν. ἔτι δὲ δακνώδες εἶναι καθάπερ ὄξος, ἀναδέρειν τε καὶ ζυμοῦν τὴν γῆν, ὧν οὐδὲν ὑπάρχει τοῖς μέλασιν.

κδ'.

Δυσεντερίη ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον.

Ὑπὸ τῆς ὠχρᾶς μὲν ὑπ' ἐνίων, ὑπ' ἄλλων δὲ ξανθῆς ὀνομαζομένης χολῆς ἄρχεται τοὐπίπαν ἡ δυσεντερία. ξυομένων τὰ πρῶτα τῇ τῶν χυ- [148] μῶν δριμύτητι τῶν ἐντέρων, ἀναβιβρωσκομένων δ' ὕστερον, ὡς ἑλκοῦσθαι καὶ γίνεσθαι δυσεντερίαν. ταύτην μὲν οὖν τὴν δυσεντερίαν ἰώμεθα πολλάκις. ἤτις δ' ἂν ὑπὸ τῆς μελαίνης γένηται χολῆς, ἀνίατός ἐστι πάντῃ, οὐδὲν διαφέρουσα καρκίνου τοῦ μεθ' ἑλκώσεως. ὅπου τοίνυν ἐπιπολῆς συνισάμενος ὁ τοιοῦτος καρκίνος ἤτοι δυσίατος ἢ παντάπασιν ἀνίατός ἐστι, καίτοι διὰ παντὸς ἐπικείμενον ἑαυτῷ φάρμακον ἔχειν

tione ſuſa ſit quodque fulgentem nigrorem habeat et praeterea ut acetum mordax ſit et terram abradat atque fermentet, quorum nihil nigris adeſt.

XXIV.

Dyſenteria ſi atra bile ortum duxerit, letale.

A bile pallida nonnullis, ab aliis flava nominata plerumque dyſenteria incipit, deraſis primum propter humorum acrimoniam inteſtinis, deinde etiam exeſis adeo ut exulcerentur fiatque dyſenteria. Hanc igitur dyſenteriam ſaepe ſanavimus. Ceterum quae ab atra bile ortum duxerit, prorſus eſt inſanabilis, quum nihil ab ulcerato cancro differat. Si igitur in corporis ſuperficie conſiſtens ejusmodi cancer vix curetur aut etiam omnino curationem non recipiat, licet impoſitum ſibi remedium ſemper habere queat, eum profecto qui occupavit inteſtina, non ſolum quia medicamentum continenter adhaereſcens habere

Ed. Chart. IX. [148.] Ed. Baſ. V. (271.)

δυνάμενον, εἰκὸς δήπου τὸν ἐν τοῖς ἐντέροις γιγνόμενον οὐ μόνον τῷ μηδὲν ἔχειν δύνασθαι παντὸς ὁμιλοῦν φάρμακον ἑαυτῷ, ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς τροφῆς περιττῶν ἀεὶ ψαυόντων αὐτοῦ παντάπασιν ἀνίατον μένειν.

κε'.

Αἷμα ἄνωθεν μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακὸν, κάτω δὲ ἀγαθὸν, τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα κακόν.

Ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀφορισμοῖς ὁ λόγος αὐτῷ γέγονε περὶ τῶν διὰ τοῦ στόματος ἢ τῆς ἕδρας ἐκκρινομένων, ὥστε καὶ κατὰ τόνδε τὸν προκείμενον ἀκούσωμεν αὐτοῦ λέγοντος, ἄνω τὴν διὰ τοῦ στόματος ἔκκρισιν μόνην ἄνευ τοῦ περιλαμβάνεσθαι τὴν διὰ τῶν ῥινῶν. ταύτην οὖν φησι διὰ παντὸς εἶναι κακὴν, ὁποῖον ἂν ᾖ τὸ αἷμα ἐκκρινόμενον, τουτέστιν ἄν τε ἀφρῶδες ἄν τε ἐρυθρὸν ἄν τε ξανθὸν ἄν τε μέλαν ἄν τε ὑδατῶδες ἄν τε παχύ. κάτω γὰρ ὑπέρχεσθαι βέλτιον εἶναί φησιν αὐτό. οὔκουν οὐδ' ἐνταῦθα τρό-

non poteſt, ſed quod alimenti praeterea et excrementorum contactu perpetuo irritetur, inſanabilem prorſus remanſurum rationi conſentaneum eſt.

XXV.

Sanguinem ſurſum quidem efferri qualiscunque ſit, malum, deorſum vero dejici bonum.

Superioribus aphoriſmis de iis quae per os et ſedem excernuntur ipſe verba fecit. Quare propoſito etiam aphoriſmo, quum ipſe, *ſurſum*, pronunciat ea ſola quae per os fit excretio nobis intelligenda eſt, minime vero quae per nares comprehenſa. Illam itaque ait ſemper eſſe malam, qualiscunque ſit is qui excernitur ſanguis, hoc eſt ſive ſpumoſus, ſive ruber, ſive flavus, ſive niger, ſive aquoſus craſſusve extiterit. Deorſum enim ipſum ſubire melius eſſe profert, non tamen illac erumpentis

Ed. Chart. IX. [148. 149.] Ed. Baſ. V. (271.)

πον αἱμορῥαγικον, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ συῤῥέον, ὥστε ἐν τῷ βραδεῖ τῆς διεξόδου μελανθῆναι. αὐτὸ μὲν οὖν τὸ συῤῥεῖν ὅλως εἴς τι τῶν ἐντέρων αἷμα φαῦλον εἶναι χρὴ νομίζειν. ἄμεινον δ' ὀλίγον ἢπερ ὅταν αἱμορῥαγικῶς ἐκκρίνηται πάμπολλα. διὸ καὶ τὸ ἀγαθὸν ὡς οὐ κυρίως εἰρημένον ἀκούειν προσῆκον, ἀλλ' ἐν ἴσῳ τῷ ἄμεινον ὡς εἰ καὶ οὕτως εἴρητο. κάτω δὲ ἄμεινον τὰ μέλανα χωρέοντα, τῷ γὰρ ὄντι τοῦτ' ἂν ἕλοιτό τις πρὸ τοῦ διὰ στόματος ὀπωσοῦν ἀναφέρεσθαι τὸ αἷμα. τουτὶ μὲν οὖν ἄν τις εἴποι, διαλυόμενος τὴν μάχην τῶν λόγων τοῦ παλαιοῦ, νυνὶ μὲν εἰπόντος, ἀγαθὸν εἶναι κάτω ὑποχωρεῖν τὰ μέλανα, μικρὸν δ' ἔμπροσθεν κάκιστον ὑπάρχειν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ οὕτως ἀκοῦσαι τὰ μέλανα, καθάπερ αὐτὸς ἐπὶ τῶν αἱμορῥοΐδων ἐν ἐπιδημίαις ἔλεγεν ὡς ἰωμένων τὰ μελαγχολικὰ πάθη. τῷ γὰρ ὄντι μελαγχολίας ἤδη γεγενημένης ἅμα μέγιστόν ἐστιν αἱμορῥοΐς, μελλούσης ἔσεσθαί γε κώλυμα. τοιγαροῦν οὕτως ἀκουόντων ἡμῶν ὁ λόγος ἔσται τοιοῦτος, ἄνω μὲν [149] ὁποῖον ἂν

ſanguinis more, ut in haemorrhagia, ſed paulatim ita fluentis ut ſui tranſitus mora denigretur. Et vero ipſum omnino ſanguinem in aliquod inteſtinum confluere malum eſſe augurandum eſt. Sed melius quum paulatim, quam quum haemorrhagiae inſtar cumulate excernitur. Quare quod legitur, *bonum*, non tanquam proprie dictum, ſed tanquam quod melius ſignificet accipiendum eſt, quaſi ita diceret: *deorſum autem nigra dejici melius.* Nam revera quivis hoc magis eliget quam per os quocunque modo ſanguinem efferri. Hoc ſi quidem quispiam dixerit, quo ſententiarum ſenis pugnam diluat, pronunciantis nunc bonum eſſe nigra deorſum excerni, quod paulo ante peſſimum eſſe dixerat. Poſſumus quoque nigra ſic accipere, quemadmodum ipſe in epidemiis, quum de haemorrhoidibus ageret uſurpavit, prout melancholicis affectibus medentur. Nam revera melancholiae jam factae maximum remedium eſt et futurae ne accedat impedimentum aperta haemorrhois. Itaque nobis ita accipientibus, talis erat oratio: *Sanguinem ſurſum qualiscunque fuerit efferri, ma-*

Ed. Chart. IX. [149.] Ed. Baſ. V. (271.)

ἦ, κακὸν, κάιω δὲ δι' αἱμορροΐδων ἀγαθὸν, ὅταν ἐκκενοῖ τὰ μέλανα, τουτέστιν ὅταν ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου πολὺν τὸν τοιοῦτον ἀθροίζῃ χυμόν. ἄλλως δὲ οὐκ ἐπιτρεπτέον ἐθίζεσθαι τῇ τὴν δι' αἱμορροΐδος κενώσει σφαλερὰν ἐχούσῃ τὴν ἀμετρίαν ἑκατέρᾳ, ἔν τε τῷ περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ἐκκρίνεσθαι καὶ τῷ παντάπασιν ἴσχεσθαι.

κστ'.

Ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον.

Ἐν ταῖς δυσεντερίαις ἔτι μὲν συνισταμέναις ἐκκρίνεταί τινα πιμελώδη σώματα. τούτοις δ' ἐφεξῆς ὅταν μὴ φθάσῃ παυσαμένη, ξύσματά τινα τῶν ἐντέρων αὐτῶν, ἀπορριπτομένης τῆς ἔνδοθεν ἐπιφανείας αὐτῶν ὑμενώδους οὔσης καὶ πυκνῆς ἀνάλογον τῇ κατὰ τὸ δέρμα τοὐκτὸς ἐπιδερμίδι. μετὰ δὲ ταῦτα αὐτῆς τι οὐσίας τῶν ἐντέρων ἀποξύεται, καθ' ὃν

lum; deorſum per haemorrhoidas, bonum, quum nigra vacuantur, hoc eſt quum hominis natura copioſum hujusmodi humorem accumulat. Alias autem ea quae fit per haemorrhoidas vacuationi aſſuefaciendum non eſt, quae periculoſam ſortiatur utramque incommoderationem et quum ultra modum ſanguis excernitur et quum ex toto ſupprimitur.

XXVI.

Si dyſenteria laboranti veluti carunculae dejiciantur, mortiferum.

In dyſenteriis quum adhuc hae conſtituuntur, primum pinguia quaedam corpora excernuntur. Deinde vero niſi prius deſierint, quaedam ipſorum inteſtinorum ramenta, deraſa interiore ipſorum ſuperficie membranoſa exiſtentes cuticulae cutim exterius contegenti conſimili. Poſtremo ex ipſa inteſtinorum ſubſtantia aliquid abraditur, quo de-

Ed. Chart. IX. [149.] Ed. Baf. V. (271.)

ἤδη χρόνον οὐκέτι γίνεσθαι τὴν δυσεντερίαν, ἀλλ᾽ ἤδη γεγονέναι καὶ κατεσκευάσθαι φαμέν. ὅταν οὖν οὕτω μεγάλα μέρη τῶν ἐντέρων ἐκκρίνηται κατὰ τὴν δυσεντερίαν ὡς δύνασθαι σάρκας ὀνομάζεσθαι αὐτὰ, θανάσιμον εἶναί φησι τὸ νόσημα, μήτε σαρκωθῆναι τῆς τηλικαύτης ἑλκώσεως μήτε ἐπουλωθῆναι δυναμένης.

κζ'.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν αἱμορῥαγέει πλῆθος ὁκοθενοῦν ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι, τουτέοισιν κοιλίαι καθυγραίνονται.

Τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἀῤῥώστου γιγνομένης διὰ τὴν αἱμορῥαγίαν οὔτε πέπτεσθαι καλῶς τὰ σιτία οὔθ᾽ αἱματοῦσθαι, πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον οὐδ᾽ ἀναδίδοσθαι δύναται, καὶ διὰ ταῦτα πάντα τὰς κοιλίας ὑγροτέρας γίνεσθαι τοῖς τοιούτοις εἰκός ἐστι, μέχρι περ ἂν ἐν χρόνῳ πλείονι τὴν ἑαυτῆς ἰσχὺν ἡ φύσις ἀνακτήσηται.

mum tempore non adhuc fieri dyſenteriam, ſed jam factam atque conſtitutam eſſe dicimus. Quando igitur per dyſenteriam adeo magnae inteſtinorum partes excernuntur, ut ipſae carnes nominari poſſint, tum morbum letalem eſſe pronunciat, quum tanta exulceratio neque carne expleri, neque cicatrice obduci queat.

XXVII.

Quibus per febres undecunque ſanguinis erumpit copia, his convaleſcentibus alvi humectantur.

Calore nativo propter haemorrhagiam cibi neque probe concoqui, neque in ſanguinem mutari, imo vero neque diſtribui poſſunt. His omnibus alvos ſe ipſis humidiores fieri conſentaneum eſt, quod longiori tempore ſuas vires natura recuperaverit.

Ed. Chart. IX. [150.] Ed. Baſ. V. (272.)

κη'.

[150] (272) Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσιος γινομένης παύεται καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων γινομένων παύεται.

Οὐ περὶ τῆς ἐν ἕξει δυσλύτου κωφώσεως ὁ λόγος αὐτῷ νῦν ἐστιν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐξαίφνης πυρετοῖς ἢ ἄλλως γινομένης, ἀναδραμούσης ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς χολῆς. αὕτη γὰρ, ὅταν μὲν καταλάβῃ τοὺς ἀκουστικοὺς πόρους τὴν κώφωσιν ἐργάζεται. ὅταν δ' ἐντεῦθεν ἀπωσαμένης αὐτὴν τῆς φύσεως ἐπὶ τὴν διαχώρησιν ἀφίκηται, λύει τὴν κώφωσιν.

κθ'.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἑοῦσι ῥίγεα γίνεται δύσκριτα.

Ὅσα τοῖς πυρετοῖς καὶ μάλιστα τοῖς καυσώδεσι ἐπιγίνεται ῥίγη, κρίνειν εἴωθεν ἀγαθὴν μὲν καὶ τελέαν κρίσιν,

XXVIII.

Quibus bilioſae ſunt dejectiones, hae ſuccedente ſurditate ceſſant et quibus adeſt ſurditas, haec obortis bilioſis dejectionibus ceſſat.

Non de ea quae in habitu eſt ſolutu difficili ſurditate nunc ipſi ſermo eſt, ſed de ea quae repente in febribus aut aliter oboritur, bile ad cerebrum recurrente. Quum enim ipſa meatus auditorios obſederit, ſurditatem efficit. Quum vero inde ipſa a natura deturbata ad dejectionem pervenerit, ſurditatem ſolvit.

XXIX.

Quibus in febribus ſexto die rigores oboriuntur, ii arduam criſin portendunt.

Quicunque febribus praecipueque ardentibus rigores ſuperveniunt, bonam quidem ac perfectam criſin decernere

Ed. Chart. IX. [150. 151.] Ed. Baf. V. (272.)

γὰρ οἱ εἰς ἀπυρεξίαν λήγοντες ἐξ αὐτῶν εἰσιν ἀκίνδυνοι, κἂν σφοδρότατον ποιῶνται τὸν παροξυσμὸν κἂν ἱκανῶς μακρόν. ἐὰν μὲν γὰρ οὗτος ᾖ βραχὺς, ὡς ἐν τοῖς ἀκριβέσι τριταίοις ἐστὶν ἐλάττονι ἢ τῶν δώδεκα ὡρῶν χρόνῳ περιγραφόμενος, οὐ μόνον ἀκίνδυνος ὁ τοιοῦτός ἐστι πυρετὸς, ἀλλὰ καὶ ταχυκρίσιμος· ἐὰν δὲ μακρότερος ὡς ὡρῶν, εἰ τύχοι, ἡ, ὑπάρχει ἀκίνδυνος μὲν ἔτι καὶ οὗτος, εἰς τοσοῦτον δὲ χρονιώτερος, εἰς ὅσον ὁ παροξυσμὸς αὐτοῦ μείζων ἐστὶν ἢ κατὰ τὸν ἀκριβῆ τριταῖον. εἰκότως δὲ τοὺς εἰς ἀπυρεξίαν τελευτῶντας ἀκινδύνους εἶναί φησιν, ὡς ἂν μήτε διὰ φλεγμονήν τινα γιγνομένους μήτε ἐπὶ κακοήθει σήψει χυμῶν. οὐδέτεροι γὰρ τούτων εἰς ἀπυρεξίαν ἀφικνοῦνται. ὅτῳ δ' ἂν οὖν τρόπῳ διαλείπῃ σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι, τουτέστιν, ἐάν τε σφοδροῦ τοῦ παροξυσμοῦ γεγονότος ἐάν τε μακροῦ.

---

riculo vacant, etiamſi vehementiſſimam et valde longam acceſſionem ſortiantur. Si namque acceſſio brevis fuerit, ut in tertianis ſit exquiſitis, minore utique quam duodecim horarum tempore circumſcripta, non ſolum periculo vacat ejusmodi febris, ſed cito etiam judicatur. Si vero longior fuerit, ut horarum, exempli gratia, octodecim, haec quoque citra periculum exiſtit, ſed tanto eſt diuturnior, quanto major extiterit ejus acceſſio, quam pro ſincera tertiana. Porro ratione ſi quae in apyrexiam deſinunt, eas citra periculum eſſe pronunciat, ut quae neque propter inflammationem aliquam fiant, neque ob malignam humorum putredinem. Neutra namque harum ad apyrexiam pervenit. Quocunque igitur modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificatur, hoc eſt ſive vehemens ſive longa fuerit acceſſio.

Ed. Chart. IX. [163. 164.] Ed. Baſ. V. (276.)

μδ'.

Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισιν ἢ φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι γίνονται.

Οὐ διὰ παντὸς οὐδὲ τοῦτο καθάπερ οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ὁμοίων, ἀλλ' ὡς τὸ πολὺ δηλονότι φαίνεται συμβαῖνον, ἡ δ' αἰτία φανερά. διὰ γάρ τοι τὸ πλῆθος ἢ τὸ πάχος ἢ τὴν ψυχρότητα τῶν τοὺς πυρετοὺς ἐργαζομένων χυμῶν ἐπὶ πλεῖσιον ἐκτείνεται τὰ νοσήματα, χρόνου μακροῦ δεομένων αὐτῶν εἰς τὴν πέψιν. εἰκὸς οὖν ἐστιν ἐπ' αὐτοῖς καὶ φύματα γίγνεσθαι καὶ κατασκήπτειν εἰς ἄρθρα τὸ περιττόν. εἴτε δ' ἀντὶ τῶν ἀλγημάτων ἀκούσομεν εἰρῆσθαι τοὺς πόνους εἴτ' ἀντὶ τῆς βλάβης ἑκάτερον ἔχει τινὰ λόγον. ἄμφω γὰρ ἕπεται τοῖς ἀποσκήμμασιν.

με'.

[164] *Ὁκόσοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐκ πυρετῶν μακρῶν γίνονται, οὗτοι σιτίοισι πλέοσι χρέονται.*

XLIV.

Quibus febres longae ſunt, his ad articulos tubercula vel dolores oboriuntur.

Haec ſententia neque perpetua eſt, ut neque alium aliud quidquam, ſed ut plerumque contingere videtur. Ejus autem cauſa manifeſta eſt: nam propter humorum febres efficientium vel copiam vel craſſitiem vel frigiditatem quam plurimum morbi producuntur, ipſis nimirum ad coctionem tempus poſtulantibus. Par igitur eſt et ab iis tubercula fieri et in articulos ſupervacanea decumbere. Sive autem per labores dolorem ſive laeſionem dici intellexerimus, uterque rationem aliquam habet intellectus. Nam utrumque apoſtemata, hoc eſt humorum decubitus et abſceſſus, comitatur.

XLV.

Quibus ad articulos tubercula aut dolores a longis febribus oriuntur, hi cibis copioſioribus utuntur.

Ed. Chart. IX. [164.] Ed. Baf. V. (276.)

Περὶ τῶν ἀναλαμβανομένων ἐκ νόσου διδάσκει. τούτοις γὰρ ἐμπιπλαμένοις εἰκὸς ἐστι γίγνεσθαι πληθωρικὰ περιττώματα καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως.

μστ'.

Ἢν ῥῖγος ἐμπίπτῃ πυρετῷ μὴ διαλείποντι ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον.

Οὐ ταὐτόν ἐστιν ἢν ἐπιπέσῃ φάναι καὶ ἢν ἐμπίπτῃ. τὸ μὲν γὰρ ἐπιπέσῃ μίαν καταβολὴν τοῦ ῥίγους δηλοῖ, τὸ δ' ἐμπίπτῃ πλείονας. ἅπαξ μὲν οὖν ἐπιπεπτωκότος τοῦ ῥίγους οὔπω δῆλον εἴτ' ὀλέθριος εἴτε χρηστὴ κρίσις ἀκολουθήσει. δύναται μὲν γὰρ καὶ διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως ὀλέθριον γενέσθαι τὸ σύμπτωμα, δύναται δὲ καὶ σφαλερὰ κρίσις, ἀλλ' ὅμως εἰς ἀγαθὸν τελευτῆσαι. τὸ δὲ πλεονάκις γενέσθαι τὸ ῥῖγος μὴ διαλείποντος τοῦ πυρετοῦ καὶ ἄλλως μὲν οὐκ ἀγαθὸν, ἐπ' ἀσθενεῖ δὲ τῇ δυνάμει γιγνόμενον ὀλέθριον. εἰ μὲν γὰρ καὶ κένωσίς τις ἔποιτο τῷ

De iis qui ex morbo convaleſcunt docet. His enim repletis plethorica excrementa maximeque ob virium imbecillitatem procreari par eſt.

XLVI.

Si rigor febre non intermittente aegro jam debili incidat, letale.

Non idem eſt dicere, ſi ſupervenerit et ſi invadat. Illud enim *ſupervenerit* unicum rigoris impetum, hoc vero *invadat* plures inſultus ſignificat. Itaque ſi ſemel rigor invaſerit, nondum liquet an pernicioſa an ſalutaris criſis ſequutura ſit. Poteſt enim et propter virium imbecillitatem exitioſum eſſe ſymptoma. Poteſt etiam dubia et fallax eſſe judicatio, quae tamen in bonum finem deſinat. Saepius vero ſi irruerit rigor, febre non intermittente, tum id alias minime bonum eſt, tum in virium imbecillitate pernicioſum. Nam ſi qua etiam vacuatio

Ed. Chart. IX. [164. 165.] Ed. Baſ. V. (276.)

ῥίγει διάλειμμα μηδὲν ἐργαζομένη, κατ' ἄμφω διαλυθῆναι τὸν ἄνθρωπον εἰκὸς, οὔτε τῆς δυνάμεως φερούσης τὸν κλόνον τοῦ ῥίγους ὑπό τε τῆς κενώσεως καταλουμένης. εἰ δὲ τὸ ῥῖγος γίγνοιτο μόνον, οὐδεμιᾶς γιγνομένης κενώσεως ἑκατέρως οὐκ ἀγαθὸν τὸ σύμπτωμα. καὶ γὰρ ὡς αἴτιον κακὸν ἄψεται τῆς δυνάμεως καὶ σημεῖον ἔσται [165] μοχθηρὸν ἐνδεικνύμενον ἀῤῥωστίαν ἐσχάτην αὐτῆς, εὐωθυίας μὲν ἐπὶ τοῖς ῥίγεσιν ἐκκρίνειν τοὺς λυποῦντας χυμοὺς, ἀδυνατούσης δ' αὐτὸ νῦν ποιεῖν.

μξ'.

Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσι, αἱ πελιδναὶ καὶ αἱματώδεες καὶ δυσώδεες καὶ χολώδεες πᾶσαι κακαί. ἀποχωροῦσαι δὲ καλῶς ἀγαθαὶ καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας καὶ κατὰ τὰ οὖρα. ἢν δέ μή τι τῶν συμφερόντων ἐκκρίνηται διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν.

rigorem ſequatur quae nullam moliatur febris intermiſſionem, utriusque ratione hominem diſſolvi veriſimile eſt, tum quia vires imbecillae rigoris concuſſum ferre nequeant, tum quia vacuatione reſolvuntur. Si vero rigor ſolus accidat, nulla vacuatione ſubſequente, utroque modo ſymptoma minime bonum. Etenim ut mala cauſa vires tentabit corporis et ut malum ſignum exſtabit, quod extremam ipſarum virium imbecillitatem indicabit, quippe quae moleſtos humores rigoribus vacuare conſueverint, nunc autem id praeſtare nequeant.

XLVII.

In febribus non intermittentibus excreationes lividae, cruentae, grave olentes et bilioſae, omnes malae; bene tamen ſi prodeant, bonae, tum per alvi excretiones tum per urinas. At ſi quid eorum quae non juvant per haec loca excernatur, malum.

Ed. Chart. IX. [165.] Ed. Baſ. V. (276. 277.)

Ἦν μὲν ἴσως πρέπον ἀφοριστικῇ διδασκαλίᾳ συντομώτερον εἰρῆσθαι πάσας τὰς πονηρὰς ἐκκρίσεις καλῶς ἀποχωρούσας εἰς ἀγαθὸν τελευτᾶν, ὁ δὲ Ἱπποκράτης οὐχ οὕτως ἐποίησεν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐμνημόνευσε τριῶν γενῶν ἐκκρίσεως, τῆς τε διὰ στόματος καὶ τῆς τῶν διαχωρουμένων καὶ τῆς τῶν οὔρων, εἶτα καὶ τῆς διὰ στόματος αὐτῆς λεπτομερέστερον. οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε τὰς μοχθηρὰς ἀποχωρούσας καλῶς ἀγαθὰς ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ κατ' εἴδος αὐτῶν ἐμνημόνευσεν εἰπών· αἱ πελιδναὶ καὶ αἱματώδεες καὶ δυσώδεες καὶ χολώδεες. εἷς δέ τίς ἐστιν ὁ κοινὸς ἐπὶ πάντων τούτων λόγος, αἱ μοχθηραὶ κενώσεις μοχθηρῶν διαθέσεών εἰσι σημεῖα καὶ γίγνονται πολλάκις μὲν οὕτω, ὡς ἐπὶ τῶν (277) σηπεδονωδῶν ἑλκῶν ἡμῶν οἷς ἰχῶρες ἀπορῥέουσιν, οὐδὲν ὠφελοῦντες τὴν διάθεσιν, ἐνίοτε δὲ οὕτως, ὡς πῦον ἐξ ἀποστήματος ῥαγέντος, ἐκκαθαιρομένου καλῶς τοῦ πεπονθότος. τεκμήρια δὲ τοῦ καλῶς ἀποκρίνεσθαι μέγιστα μέν, εἰ πέψις εἴη καὶ ἡ εὐφορία. σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ ἡ τοῦ νοσήματος ἰδέα καὶ μετ' αὐτῶν ὥρα καὶ χώρα

Forte decebat doctrinam aphoriſticam dici compendioſius, omnes pravas excretiones commode prodeuntes ad bonum exitum pervenire. Ita tamen non loquutus eſt Hippocrates, ſed primum quidem trium excretionis generum meminit, tum ejus quae per os fit tum ejus quae per dejectiones et ejus quae per urinas, deinde illius quae per os fit magis particulatim. Non enim ſimpliciter dixit pravas excretiones commode exeuntes bonas eſſe, ſed ſpeciatim earum meminit his verbis, *lividae, cruentae, foetidae et bilioſae.* Porro una quaedam eſt communis hiſce omnibus ratio, malas vacuationes pravarum affectionum ſigna exiſtere; ac ſaepe quidem ejusmodi excretiones eodem modo fiunt quo putridis in ulceribus, a quibus ſanies defluit, quae affectum nihil juvat, nonnunquam vero in pus ex rupto abſceſſu, quod belle partem affectam expurgat. Quod vero bene et commode excernatur, maxima ſunt et certa indicia coctio et ferendi facilitas ſeu levatio, quibuscum numeratur morbi ſpecies et anni

Ed. Chart. IX. [165. 166.] Ed. Baſ. V. (277.)

καὶ ἡλικία καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος φύσις. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἀφορισμοῦ διχῶς εὑρίσκεται γεγραμμένον, ἐν τισὶ μὲν ὡς προγέγραπται, ἢν δὲ μή τι τῶν συμφερόντων ἐκκρίνηται, ἐν τισὶ δὲ χωρὶς τοῦ μή, κατὰ τόνδε τὸν τρόπον, ἢν δέ τι τῶν συμφερόντων ἐκκρίνηται· κατὰ μὲν τὴν προτέραν γραφὴν ὁ λόγος ἔσται τοιοῦτος, ἢν δέ τι τῶν μὴ συμφερόντων ἐκκρίνεσθαι φαίνηται κενούμενον, οὐκ ἀγαθόν ἐστι· κατὰ δὲ τὴν δευτέραν, ἢν δέ τι τῶν συμφερόντων τῷ ζώῳ καὶ οἰκείων ἐκκρίνηται, οὐκ ἀγαθόν ἐστι. βελτίων οὖν ἡ προτέρα γραφή.

μη'.

[166] Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

---

tempeſtas et regio et aegrotantis tum aetas tum natura. Quod autem ad finem eſt aphoriſmi, duobus modis ſcriptum invenitur. In quibusdam exemplaribus ut ſupra ſcriptum eſt: *at ſi quid eorum quae non conferunt excernatur.* In quibusdam vero ſine negante particula, *non*, hoc modo: *ſi vero eorum quae conferunt aliquid excernatur.* Secundum priorem lectionem talis erit orationis ſententia: ſi quid eorum quae non conferunt vacuari videatur, minime bonum. Ex poſteriore vero ſcriptura talis erit ſenſus: ſi quid autem eorum quae animali conferunt et familiaria ſunt excernatur, non eſt bonum. Itaque prior lectio praeſtantior eſt.

XLVIII.

In febribus non intermittentibus ſi partes quidem externae frigidae ſint, internae vero urantur et ſiti vexentur, letale eſt.

Ed. Chart. IX. [166.] Ed. Bas. V. (277.)

Σκεπτέον εἰ δυνατὸν ἔσται τὰ εἰρημένα συμπτώματα καὶ κατὰ τὸν διαλείποντα γενέσθαι πυρετόν. ἐγὼ μὲν γὰρ οὔτ' εἶδον οὔτ' ἐπινοῶ. φαίνεται δὲ μόνον τοῖς ὀλεθρίοις ὑπάρχοντα καύσοις ἢ εἰ βούλοιο καλεῖν ἑτέρως, τοῖς κακοηθεστάτοις, οἷον λιπυρίαις· ἄλλος δ' οὐδεὶς πυρετὸς διακαίει τὸ βάθος ἐψυγμένου τοῦ δέρματος. οὔτε γὰρ ὁ ἐπιεικὴς καῦσος οὔθ' ὁ τριταῖος, οἵπερ ἁπάντων εἰσὶ πυρετῶν θερμότατοι. ἔοικεν οὖν οὐχ ἕνεκα διορισμοῦ προσκεῖσθαι τῷ κατὰ τὸν ἀφορισμὸν τὸ ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἀλλ' ὁμοίως εἰρῆσθαι τῷ σπόνδυλοι δὲ οἱ κατὰ ῥάχιν, οὐχ ὡς καὶ ἄλλοθί που τοῦ σώματος ὄντων σπονδύλων, ἀλλ' ὥσπερ εἰ καὶ οὕτως εἶπε, σπόνδυλοι δὲ οἷς ὑπάρχει κατὰ ῥάχιν εἶναι, καὶ νῦν οὕτως ἀκουσόμεθα τοῦ λόγου. τὸ διακαίεσθαι τὸ βάθος ἐψυγμένου τοῦ δέρματος ὀλέθριόν ἐστι. γίγνεται δὲ τοῦτο κατά τινας τῶν μὴ διαλειπόντων πυρετῶν. αἰτία δ' αὐτοῦ τοιάδε τίς ἐστιν· ὅταν ἤτοι φλεγμονή τίς ἐστιν ἰσχυρὰ κατά τι τῶν ἐν βάθει μορίων ἢ ἐρυσίπελας συστῇ, πᾶν ἐπὶ τὸ πεπονθὸς μέρος ἐξ ὅλου τοῦ

Explorandum eſt utrum etiam in intermittente febre commemorata ſymptomata fieri poſſint. Perniciofis ſiquidem dumtaxat ardentibus febribus accidere videntur aut ſi aliter libeat vocitare, maligniſſimis, veluti lipyriis. Nulla vero febris alia profundum corpus perurit cute inalgeſcente. Neque enim mitior febris ardens, neque tertiana, quae duae febrium omnium ſunt calidiſſimae. Videtur itaque non diſtinctionis gratia illud aphoriſmo adjectum fuiſſe, in febribus non intermittentibus, ſed loquutionem protuliſſe huic coincidens ſpinae vertebrae non quod in alia corporis parte ſint vertebrae, ſed quaſi ita diceretur. Vertebrae quibus hoc ineſt, ut in ſpina ſint, ita et nunc Hippocratis textui accipiemus. Si altum corpus exuratur, cute perſrigerata, letale eſt. Hoc autem oboritur nonnullis in febribus non intermittentibus. At hujus rei talis eſt cauſa. Quum vehemens aliqua inflammatio aut eryſipelas in aliqua profunda corporis parte conſtiterit, univerſus ex toto corpore ſanguis in partem

Ed. Chart. IX. [166. 167.] Ed. Baſ. V. (277.)

σώματος ἕλκεται τὸ αἷμα καὶ διὰ ταῦτα μὲν διακαίεται τὸ βάθος, ἀποψύχεται δὲ τὸ δέρμα, καθάπερ ἐν ταῖς ἐπισημασίαις.

μθ'.

Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ἢν χεῖλος ἢ τὸ βλέφαρον ἢ ὀφρὺς ἢ ὀφθαλμὸς ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος τοῦ κάμνοντος ὅ τι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

---

[167] Αἱ διαστροφαὶ τῶν μορίων γίγνονται τεινομένων τε καὶ συνελκομένων ἐπὶ τὰς ἰδίας ἀρχὰς τῶν εἰς αὐτὰ καθηκόντων νεύρων, αὐτό τε τὸ τείνεσθαι φλεγμοναῖς καὶ σκίῤῥοις καὶ ξηρότησι καὶ ψύξεσιν ἀμέτροις ἕπεται. χαλεπὰ δὲ ταῦτά ἐστιν ὁπόταν τῆς τῶν νεύρων ἀρχῆς πλησίον συνίστηται. διὸ κἀπειδὰν ὅ τε πυρετὸς ᾖ συνεχὴς καὶ ὁ κάμνων ἀσθενὴς, ἐγγὺς εἶναι τὸν θάνατον εἰκός ἐστι,

affectam trahitur, atque ideo uruntur profunda; cutis autem perfrigeratur, quemadmodum in primis febrium inſultibus.

XLIX.

In febre non intermittente ſi labrum aut palpebra aut ſupercilium aut oculus aut naſus pervertatur, ſi non videat, ſi non audiat, imbecillo jam corpore, quidquid horum acciderit, mors proxima.

Perverſiones partium fiunt, quum nervi ad eas porrecti tenduntur et ad ſua principia contrahuntur. Atque ipſa tenſio et inflammationes et ſcirrhos et ſiccitates et perfrigerationes immoderatas ſequitur. Haec autem gravia ſunt, quum prope nervorum originem conſtituta fuerint. Quare quum febris continua fuerit aegerque debilis, proximam eſſe mortem merito augurandum eſt, multoque

Ed. Chart. IX. [167.] Ed. Baſ. V. (277.)

ἔτι δὲ μᾶλλον, ὅταν ἢ μὴ ἀκούῃ τις ἢ μὴ βλέπῃ, διὰ τὴν τῆς αἰσθητικῆς δυνάμεως ἀῤῥωστίαν.

ν'.

Ὁκόσοισι δ' ἐν τῷ πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γίνηται καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.

Γίγνεται μὲν ἐνίοτε καὶ διὰ μίαν αἰτίαν ἀμφότερα, δύσπνοια καὶ παραφροσύνη, πεπονθότος τοῦ ἐγκεφάλου καὶ φαίνεται τηνικαῦτα τὸ πνεῦμα, καθάπερ αὐτὸς εἶπεν ἐν τῷ προγνωστικῷ, μέγα τε καὶ διὰ πολλοῦ, τουτέστι μέγα τε καὶ ἀραιόν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ διά τι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων πεπονθὸς γενέσθαι τὴν δύσπνοιαν. αἵ τε γὰρ πλευρίτιδες καὶ περιπνευμονίαι τά τ' ἄλλα τὰ κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα πάθη δύσπνοιαν ἐργάζεται. κινδυνώδη δὲ ταῦτα πάντα ἐστὶ καὶ μάλιστα μετὰ συνεχοῦς πυρετοῦ. καὶ γὰρ καὶ γίγνεσθαι πέφυκεν ἀεὶ μετὰ τοιούτου, ὥστε κἀν-

magis, quum aut aeger non audit aut non videt, propter ſenſitricis facultatis imbecillitatem.

L.

Quibuscunque in febre non intermittente ſpirandi difficultas et delirium acciderit, letale.

Fit interdum ob unicam cauſam utraque et ſpirandi difficultas et deliratio affecto cerebro, tuncque apparet ſpiritus, ut ipſe in prognoſtico pronunciat, et magnus ex multo intervallo hauſtus, hoc eſt magnus et rarus. Poteſt etiam propter aliquem partium reſpirationi inſervientium affectum fieri ſpirandi difficultas. Etenim pleuritides et peripneumoniae et ceterae thoracis et pulmonis affectiones ſpirandi difficultatem efficiunt. Haec autem omnia periculoſa ſunt, adjuncta praeſertim febre continua. Nam ſemper cum ejusmodi febre fieri conſueverunt. Quare et

Ed. Chart. IX. [167. 168.] Ed. Baſ. V. (277.)

ταῦθα τὸ ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι κατὰ τὸν αὐτὸν ἔοικε λόγον εἰρῆσθαι τῷ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν ἀφορισμόν.

να'.

[168] Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας μῆκος νούσου σημαίνει.

Πρόδηλος ὁ λόγος καὶ ἴσως οὐδὲ Ἱπποκράτους δεόμενος. ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ μὴ λύεσθαι κατὰ τὰς πρώτας κρισίμους εὔδηλον ὡς χρονίζει τὰ τοιαῦτα παθήματα.

νβ'.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀῤῥωστίῃσι κατὰ προαίρεσιν δακρύουσιν, οὐδὲν ἄτοπον. ὁκόσοι δὲ μὴ κατὰ προαίρεσιν, ἀτυπώτερον.

Εἴρηται κἀν τῷ προγνωστικῷ τὸ δακρύειν οὐκ ἀγαθὸν εἶναι σημεῖον, ὅταν γε δηλονότι μηδὲν ᾖ πεπονθὸς αὐτὸς

hic verba illa in febre non intermittente eadem ratione dicta eſſe videntur, qua in aphoriſmo praecedente.

LI.

Qui per febres abſceſſus non ſolvuntur, morbi longitudinem ſignificant.

Ita dilucida eſt oratio ut fortaſſis Hippocrate non indigeat; ſatis enim ex eo ipſo quod primis diebus criticis non ſolvantur conſtat hujusmodi affectus fore diuturnos.

LII.

Quibus in febribus aut aliis morbus oculi ex voluntate illacrymant, nihil abſurdum; quibus vero praeter voluntatem, abſurdius.

In prognoſtico quoque dixerat lacrymari bonum ſignum non eſſe, quando ſcilicet oculus nullo peculiari ac

Ed. Chart. IX. [168. 169.] Ed. Baſ. V. (277.)

ὁ ὀφθαλμὸς ἴδιον ἐξαίρετον πάθος, οἷον ὀφθαλμίαν ἢ τραχύτητα περὶ τὰ βλέφαρα ἤ τι τοιοῦτον. ἀῤῥωστία γάρ τις ἐμφαίνεται τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως, ἐπειδὰν μηδενὸς ὄντος τοιούτου δακρύουσιν. οὐκ ὀρθῶς δὲ ἀτοπώτερον γέγραπται παραβλητικῶς· ἄμεινον γὰρ ἦν ἀπολελυμένως ἄτοπον εἰρῆσθαι, καί μοι δοκεῖ τὸ σφάλμα τοῦ πρώτου βιβλιογράφου γεγονέναι μᾶλλον ἢ Ἱπποκράτους αὐτοῦ.

νγ'.

[169] Ὁκόσοισι δὲ ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περίγλισχρα γίνεται, ἰσχυροὶ γίνονται οἱ πυρετοί.

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ γενέσθαι δύνανται ταῦτα τὰ περίγλισχρα χωρὶς πολλῆς θερμασίας ὑγρότητα φλεγματικωτέραν ξηραινούσης.

---

proprio morbo laborat, ut ophthalmia, ut palpebrarum ſcabritie aut ſimili. Certa namque facultatis retentricis debilitas indicatur, quum nullo ejusmodi oculorum affectu aegri lacrymantur. Porro non recte ſcriptum eſt abſurdius comparative. Rectius enim fuiſſet abſurdum abſolute dicere, quae primi potius bibliographi quam Hippocratis menda eſſe videtur.

LIII.

Quibus per febres dentibus lentores adnaſcuntur, vehementiores febres redduntur.

Neque enim hujusmodi lentores et ſordes ſine copioſo calore pituitoſiorem humiditatem exſiccante oboriri queunt.

Ed. Chart. IX. [169. 170.] Ed. Baſ. V. (277. 278.)

νδ'.

Ὁκόσοισιν ἐπὶ πολὺ βῆχες ξηραὶ βραχέα ἐρεθίζουσι ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, οὐ πάνυ τι διψώδεές εἰσι.

Ξηρὰς ὀνομάζουσι βῆχας ἐφ' ὧν οὐδὲν ἀναπτύεται, γίγνονται δὲ ποτὲ μὲν ἐπὶ δυσκρασίᾳ τῶν ἀναπνευστικῶν (278) ὀργάνων, ἔστι δ' ὅτε ἐπὶ τραχύτητι τῆς φάρυγγος ἢ τινος ὑγροῦ λεπτοῦ τε καὶ ὀλίγου καταῤῥέοντος. ὅ τι δ' ἂν ᾖ τούτων, ἐπιτέγγεταί πως τὰ περὶ τὴν ἀρτηρίαν χωρία καὶ διὰ ταῦθ' ἧττον γίγνονται διψώδεις. καὶ γὰρ ἐὰν τραχύτης ᾖ μόνη, διὰ τὴν ἐν τῇ βηχὶ κίνησιν ἐκ τῶν πλησίον ἕλκεταί τις ὑγρότης. οὕτω δὲ κἂν ᾖ δυσκρασία μόνη.

νε'.

[170] Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ πάντες κακοί, πλὴν τῶν ἐφημέρων.

LIV.

Quos in febribus ardentibus plerumque tuſſes aridae leviter proritant, ii non admodum ſiticuloſi ſunt.

Siccas ſeu aridas tuſſes nominant quibus nihil exſpuitur. Hae vero interdum quidem ob ſpirabilium inſtrumentorum intemperiem oboriuntur, interdum vero faucium aſperitate vel etiam aliquo tenui et pauco humore deſtillante. Quidquid horum acciderit, quodammodo irrigantur loci qui ad aſperam arteriam porriguntur, propterea minus ſiticuloſi fiunt. Si namque ſola ſit aſperitas, propter eum qui tuſſi concitatur motum, ex vicinis locis humor quidam attrahitur; ſic etiam ſi ſola fuerit intemperies.

LV.

Ex bubonibus febres omnes malae, praeter diarias.

Ed. Chart. IX. [170.] Ed. Baſ. V. (278.)

Ἐφήμεροι πυρετοὶ πάντες πρὸς αὐτοῦ καλοῦνται ὅσοι κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ἡμέρᾳ γίγνονται μιῇ. τοιοῦτοι δέ εἰσι καὶ οἱ ἐπὶ τοῖς βουβῶσιν, ὅταν ἐπὶ φανεροῖς αἰτίοις συστῶσι. τοὺς δ' ἄλλους βουβῶνας, ὅσοι χωρὶς αἰτίας φανερᾶς ἐγένοντο, ταῖς τῶν σπλάγχνων εἰκός ἐστι συνεισβάλλειν φλεγμοναῖς καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἅμα αὐτοῖς γιγνομένους πυρετοὺς κακοὺς εἶναι.

νστ'.

Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγενόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ κακόν. μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος καὶ ὑγρασίην πλείω σημαίνει.

Ἔχρῆν τοῦτον τὸν ἀφορισμὸν ἐξευχθαι τῷ μικρῷ πρόσθεν εἰρημένῳ, καθ' ὃν ἔφη, ἱδρὼς πολὺς ψυχρὸς ἢ θερμὸς ἀεὶ ῥέων. αὐτός τ' ἐδήλωσε καὶ ὅπως κακὸν ἔφησε τὸν τοιοῦτον εἶναι καὶ διὰ τίνα αἰτίαν. κακὸς μὲν οὖν ἐστιν,

Diariae febres omnes ab ipſo vocantur quaecunque ſecundum ſuam naturam unicum diem perdurant. Tales autem ſunt quae ex bubonibus oriuntur, quum ex cauſis evidentibus conſiſtunt. Alios vero bubones, qui ſine cauſa manifeſta proveniunt, veriſimile eſt una cum viſcerum inflammationibus invadere, ideoque febres una cum ipſis bubonibus obortas malas eſſe.

LVI.

Febricitanti ſuccedens ſudor non deficiente febre malum; prorogatur enim morbus humoremque copioſiorem ſignificat.

Hunc aphoriſmum cum quadrageſimo ſecundo paulo ante pronunciato conjungi oportuit, in quo dicebat: *ſudor copioſus, frigidus aut calidus ſemper fluens.* Ipſe vero et quo pacto ejusmodi ſudorem dixerit malum eſſe et quam ob cauſam indicavit. Malus itaque exiſtit, quia

Ed. Chart. IX. [170. 171.] Ed. Baſ. V. (278)

ὅτι πρὸς τῷ μὴ λύειν τὴν νόσον ἔτι καὶ μηκύνειν αὐτὴν δηλοῖ. τὴν δ' αἰτίαν τοῦ κατὰ τὸν χρόνον μήκους ὑγρότητα πολλὴν εἶναί φησιν, ἣν ἐν χρόνῳ πλείονι διαφερούσης τε καὶ πεττούσης τῆς φύσεως ἀναγκαῖόν ἐστι μηκῦναι τὸ νόσημα.

νζ'.

[171] Ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸ νόσημα.

Ἔστι μὲν δήπου καὶ ὁ τέτανος σπασμὸς, ἀλλ' οὐ φαίνεται σπώμενα τὰ μόρια κατ' αὐτὸν, ὅτι κατ' ἴσον ὀπίσω τε καὶ πρόσω τείνεται καὶ διὰ τοῦτο ἐξαίρετόν ἐστιν ὄνομα τέτανος ὡς εἶναι πάντας τοὺς τρεῖς σπασμοὺς ὀπισθότονον, ἐμπροσθότονον, τέτανον. ἅπαντες δ' οἱ σπασμοὶ γίγνονται κατ' αὐτὸν, ὑπὸ κενώσεως ἢ πληρώσεως τῶν νευρωδῶν δηλονότι μορίων. ὅσοι μὲν οὖν ἐπιγίγνονται πυρετοῖς καυσώδεσι σπασμοὶ, τούτους μὲν εἰκός ἐστι διὰ ξηρότητα συνί-

cum eo quod morbum non ſolvat ipſum etiam prorogari ſignificat. Cauſam vero longitudinis temporis ſeu prorogationis copioſam humiditatem eſſe profert, quam quum longiori tempore diſcutiat et concoquat natura, morbum prorogari neceſſe eſt.

LVII.

Convulſione aut tetano laboranti febris ſuccedens morbum ſolvit.

Eſt ſane tetanus etiam convulſio, ſed in tetano partes convelli non videntur, quod peraeque rurſum prorſumque tendantur, ideoque proprium illi nomen eſt tetanus, ita ut tres ſint ejus omnes convulſiones, opiſthotonos, emproſthotonos et tetanos, hoc eſt *poſtentio*, *praetentio et partentio*. Omnes vero convulſiones ſecundum ipſum fiunt aut ex repletione aut vacuatione partium videlicet nervoſarum. Quaecunque igitur febribus ardenti-

Ed. Chart. IX. [171.] Ed. Baſ. V. (278.)

στασθαι. ὅσοι δ' ἀπ' ἀρχῆς ἰδίας εἰσβάλλουσιν, ἐπὶ πληρώσει τὴν γένεσιν ἴσχουσι. τούτοις οὖν τοῖς σπασμοῖς ἐπιγινόμενοι πυρετοὶ τὸ μέν τι διαφοροῦσι τῆς περιττῆς ὑγρότητος, τὸ δέ τι καὶ συμπέττουσι τῆς ὑγρότητος, οἵπερ εἰσὶ καὶ τοῖς ἰατροῖς σκοποὶ τῶν ἰαμάτων. εἰκότως οὖν ὀλέθριοι μὲν οἱ ἐπὶ πυρετοῖς σπασμοὶ, οὐκ ὀλέθριοι δὲ οἱ πρὸ τῶν πυρετῶν.

νη'.

Ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ῥίγεος ἐπιγενομένου λύσις.

Ἐδείχθη γὰρ ἐν τῷ περὶ ῥίγους λόγῳ καὶ διὰ τὴν ξανθὴν χολὴν φερομένην ὀξέως διὰ τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων ῥῖγος γιγνόμενον. ἐφ' ὧν δηλονότι καὶ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται καὶ ἱδρῶτες καὶ ἔμετοι χολώδεις ἐπιφαίνονται. καθαιρομένης οὖν τῆς τὸν καῦσον ἐργαζομένης χολῆς ἡ λύσις τῷ πυρετῷ. καῦσον γὰρ ἴσμεν γιγνόμενον, ὅταν ἐν θε-

bus convulſiones ſuperveniunt, has ob ſiccitatem fieri rationi conſentaneum eſt; quaecunque vero ab initio proprio invadunt, ex repletione ortum habent. Hiſce igitur convulſionibus febres ſuccedentes partim quidem ſuperfluam humiditatem diſcutiunt, partim vero frigiditatem concoquunt, qui duo ſunt medicis remediorum ſcopi. Itaque merito a febribus convulſiones ſunt letales, non letales vero quae febres antecedunt.

LVIII.

Ardente febre laboranti ſuperveniente rigore ſolutio contingit.

In libro namque de rigore demonſtratum eſt etiam ob flavam bilem, quae per ſentientia corpora ocius feratur, fieri rigorem; quam ob rem et alvi ſolvuntur et ſudores et vomitus bilioſi ſuperveniunt. Expurgata igitur bile febris ardentis cauſa efficiente fit febris ſolutio. Nam febrem ardentem fieri novimus, quum aeſtiva anni tem-

Ed. Chart. IX. [171. 172.] Ed. Baſ. V. (278.)

ρινῇ ὥρᾳ ἀναξηρανθέντα τὰ φλεβία ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεις ἰχῶρας εἰς ἑαυτά.

νθ'.

[172] Τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι τὸ μακρότατον.

Ὁ τριταῖος πυρετὸς τοῦ καύσου κατὰ μὲν τὸν ποιοῦντα χυμὸν οὐ διαφέρει. γίγνονται γὰρ ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς ἀμφότεροι. διαφέρουσι δὲ πολὺ τῷ τὸν μὲν καῦσον ἐν ταῖς φλεψὶν ἅμα τῷ αἵματι τὴν ξανθὴν χολὴν πλεονάζουσάν τε καὶ ζέουσαν ἔχειν, τὸν δὲ τριταῖον ἐν ὅλῳ τῷ σώματι φερομένην τε καὶ κινουμένην. ἀκριβὴς οὖν ἔσται ὁ τριταῖος ὁ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν εἰλικρινῆ διασώζων. διασώζει δὲ ὁ ξανθὴν χολὴν ἔχων, ὡς εἴρηται, πλεονεκτοῦσάν τε καὶ κινουμένην, τήν τε ὥραν θερινὴν καὶ τὸ χωρίον ὁμοίως τῇ ὥρᾳ θερμὸν καὶ ξηρὸν καὶ τὴν ἡλικίαν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὴν κρᾶσιν ὁμοίαν. εὐθὺς δ' ἂν τῷ τοιούτῳ τριταίῳ καὶ

peſtate venulae exſiccatae acres ac bilioſos ad ſe ichoras attraxerint.

LIX.

Tertiana exquiſita ſeptem circuitibus ut longiſſima judicatur.

Tertiana febris ab ardente humoris efficientis ratione non differt. Ambae namque a flava bile procreantur. Multum autem differunt, quod ardens in venis una cum ſanguine flavam bilem redundantem et ferventem habeat; tertiana vero quod eadem bilis toto feratur ac moveatur corpore. Exquiſita igitur tertiana erit, quae ſui ipſius naturam puram ſinceramque ſervat. Servat autem quae flavam bilem, ut diximus, redundantem et concitatam habet; et praeterea ubi adeſt aeſtiva tempeſtas et regio tempeſtati ſimiliter calida ac ſicca et hominis tum aetas tum temperatio ſimilis. Statim autem in tali tertiana

Ed. Chart. IX. [172.] Ed. Baſ. V. (278.)

ὁ παροξυσμὸς γίγνοιτο μετὰ ῥίγους καὶ ἡ λύσις αὐτοῦ μεθ' ἱδρῶτος ἢ ἐμουμένης ἢ ὑπιούσης τῆς ξανθῆς χολῆς ἢ καὶ πάντων ἅμα τούτων γιγνομένων. ἔσται δὲ τῷ τοιούτῳ τριταίῳ καὶ ὁ τοῦ παροξυσμοῦ χρόνος ἐλάττων πολλῷ τοῦ τῆς ἀνέσεως. ἐν δυοῖν γὰρ ἡμέραις καὶ νυξὶ ταῖς ἴσαις συντελουμένης ὅλης αὐτοῦ τῆς περιόδου τὸν ἀκριβῆ τριταῖον οὐκ ἄν ποθ' εὕροις ἐξωτέρω τῶν δώδεκα ὡρῶν ἐκτείνοντα τὸν παροξυσμόν. τὸν τοιοῦτον οὖν ὁ Ἱπποκράτης φησὶν ἐν ἑπτὰ περιόδοισι κρίνεσθαι τὸ μακρότατον. ὃ γὰρ ἐπὶ τῶν συνεχῶν ἡμέρα μία δύναται, τοῦτο ἐπὶ τῶν διαλειπόντων ὁ παροξυσμός. κατὰ γοῦν τὴν τούτων συναρίθμησιν αἱ κρίσεις αὐτῶν γίγνονται. τοῦτο δ' ἠνίξατο μὲν καὶ αὐτὸς ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τὸν περὶ τεταρταίων λόγον εἰπών· γίγνεται δὲ καὶ τῶν τεταρταίων ἡ κατάστασις ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου. τετήρηται δὲ καὶ ἡμῖν ἐπὶ τῶν τεταρταίων αὐτῶν καὶ τῶν τριταίων ἡ κρίσις γιγιομένη κατὰ τὸν τῶν περιόδων ἀριθμὸν οὐ τὸν τῶν ἡμερῶν. εὐθὺς γοῦν ἐπὶ τοῦ τριταίου πυρετοῦ ὁ ἕβδομος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς παροξυ-

cum rigore fiet acceſſio et ejus ſolutio cum ſudore aut bile flava per vomitum aut alvum evacuata aut hiſce omnibus ſimul factis. Erit etiam ejusmodi tertianae tempus acceſſionis multo minus quam remiſſionis. Nam quum duobus diebus et totidem noctibus totus ejus circuitus perficiatur, exquiſitam tertianam ultra horas duodecim acceſſionem proferre nunquam reperies. Talem igitur ait Hippocrates ſeptem circuitibus, quod longiſſimum ſit, judicari. Quod enim in continuis unus dies poteſt, hoc in intermittentibus acceſſio. Nam ſecundum acceſſionum ſupputationem intermittentium fiunt judicationes. Hoc ipſe in prognoſtico innuebat, quum de quartana agens ita loquitur: ſervat etiam quartanarum conſtitutio talem ordinem. Sed et ipſi quoque obſervavimus tum in quartanis ipſis tum in tertianis fieri judicationem, ſecundum periodorum, non dierum numerum. Jam primum ergo in tertiana febre a principio ſeptima acceſſio in tertium et

Ed. Chart. IX. [172. 173.] Ed. Baſ. V. (278.)

σμὸς εἰς τὴν τρισκαιδεκατην ἡμέραν ἐμπίπτει καὶ κρίνεται πολλάκις ἐν αὐτῷ τὸ νόσημα, μὴ περιμεῖναν τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν. καθάπερ οὖν ἐν τοῖς συνεχέσι νοσήμασι τῶν μὲν ὀξέων νοσημάτων ὅρος ἦν ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη, τῶν δὲ κατοξέων ἡ ἑβδόμη, οὕτως ἐν τοῖς διαλείπουσιν ὁ μακροχρονιώτατος πυρετὸς τριταῖος ὅρον ἔχει τὴν ἑβδόμην [173] περίοδον. ὥσπερ δὲ πάλιν ἐπὶ τῶν κατοξέων ἐνεδέχετο κριθῆναι τὸ νόσημα καὶ κατὰ τὴν πέμπτην ἡμέραν καὶ κατὰ τὴν τετάρτην καὶ κατὰ τὴν τρίτην, οὕτως καὶ τοῦ τριταίου καὶ κατὰ ἰὰς αὐτὰς περιόδους ἐνδέχεται γενέσθαι τὴν λύσιν, οὐκ ἀναμενούσης τῆς φύσεως τὴν ἑβδόμην περίοδον. ἐνίοτε μὲν οὖν μετὰ προσθήκης ὁ Ἱπποκράτης ἀκριβῆ τριταῖον ὀνομάζει τὸν τοιοῦτον. ἐνίοτε δὲ ἁπλῶς ἀρκεῖται τριταῖον εἰπὼν, ὥσπερ καὶ νῦν ἔθους ὄντος καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν Ἕλλησι τὰ τοιαῦτα πάντα πράγματα ἀδιορίστως ὀνομάζειν.

---

decimum diem incidit, ac ſaepius in ipſo morbus judicatur, non exſpectato quarto decimo die. Quemadmodum igitur in morbis continuis acutorum quidem morborum terminus eſt quartus decimus, peracutorum vero ſeptimus: ſic in intermittentibus, quae longiſſimum tempus durat tertiana febris terminum habet circuitum ſeptimum. Atque rurſum ut in peracutis quinto, quarto et tertio die morbus judicari poterat, ſic in tertiana quoque iisdem circuitibus fieri ſolutio poteſt, natura minime ſeptimam periodum exſpectante. Porro Hippocrates tertianam aliquando cum adjectione exquiſitam nominat; aliquando vero ſimplici appellatione contentus tertianam abſolute dicit, quae nunc etiam aliorum omnium Graecorum eſt conſuetudo, hujusmodi res omnes indefinite nominare.

Ed. Chart. IX. [173.] Ed. Bas. V. (278. 279.)

ξ'.

Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα, λύει τὸ νόσημα.

Εἴρηται καὶ πρόσθεν αὐτῷ κώφωσιν γίγνεσθαι, χολωδῶν διαχωρημάτων ἐπισχεθέντων καὶ ἀναδραμόντων ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, λύεσθαί τε τὴν τοιαύτην κώφωσιν ἐκταραχθείσης τῆς γαστρός. εἴρηται δὲ καὶ νῦν αὐτῷ τοῦτο καὶ πρὸς αὐτὸ (279) τὸ περὶ τῆς διὰ τῆς ῥινὸς αἱμορῥαγίας. καὶ γὰρ καὶ αὕτη λύει κώφωσιν τὴν ἐν πυρετοῖς γιγνομένην, δηλονότι χωρὶς τοῦ πεπονθέναι τι τὸ τῆς ἀκοῆς ὄργανον ἴδιον ἐξαίρετον πάθημα· καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, ἐκκρινομένων τε καὶ μεταβαλλομένων τῶν λυπούντων χυμῶν παύεσθαι τὰ νοσήματα.

ξα'.

Πυρέσσοντι ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ὁ πυρετὸς ἀφῇ, ὑποτροπιάζειν εἴωθεν.

LX.

Quibus per febres aures obſurduerunt, ſanguis e naribus profluens aut alvus exturbata morbum ſolvit.

Surditatem fieri biliofis excrementis et ad caput recurrentibus etiam antea ab ipſo pronunciatum eſt, talemque ſurditatem alvo exturbata ſolvi. Idem quoque nunc is ipſe pronunciat et praeterea de profluvio ſanguinis e naribus mentione facta. Etenim hoc etiam ſurditatem ſolvit, etiam videlicet quae per febres abſque ulla propria atque inſigni inſtrumenti auditus affectione ſuboritur. Neque mirum eſt, ſi noxiis humoribus excretis et translatis morbi ceſſent.

LXI.

Febricitantem niſi diebus imparibus febris dimiſerit, reverti conſuerit.

Ed. Chart. IX. [173. 174.] Ed. Baſ. V. (279.)

Οὐκ οἶδ' εἰ τοῦτον τὸν ἀφορισμὸν Ἱπποκράτης αὐτὸς ἔγραψε καὶ μὴ τῶν παρεγγεγραμμένων ἐστίν. [174] *ἔν τε γὰρ τῷ προγνωστικῷ τὰς κατὰ τετράδα τῶν κρισίμων ἡμερῶν αὐξήσεις τε καὶ συνθέσεις ἐδίδαξε καὶ κατὰ τοῦτ' αὐτὸ τὸ βιβλίον τῶν ἀφορισμῶν, ἔν τε ταῖς ἐπιδημίαις οὐ μόνον ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πολλοὺς οἶδε κρινομένους, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν εἰκοστὴν καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν καὶ ἑξηκοστὴν καὶ ὀγδοηκοστήν. κρίνει δ' αὐτῷ καὶ εἰκοστὴ τετάρτη καὶ τριακοστὴ τετάρτη, ὀγδοηκοστή τε καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθέως ἡ τετάρτη. πῶς οὖν νῦν φησιν, εἰ μὴ ἐν περισσῇ ἡμέρᾳ ὁ πυρετὸς παύσεται, μὴ γίνεσθαι πιστὴν τὴν κρίσιν. ἄμεινον οὖν ἀντὶ τοῦ ἐν περισσῇ ἡμέρᾳ, ἐν κριτικῇ γράφειν, ὡς ἐνίοις ἔδοξε. πολλὰ μέντοι τῶν ἀντιγράφων πληθυντικῶς τό τ' ἐν περισσῇσι καὶ τὸ ἡμέρῃσιν ἔχει γεγραμμένα.*

ξβ'.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἵκτεροι ἐπιγίνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακὸν, ἢν μὴ ξυνδύσιες ὑγρῶν κατὰ τὴν κοιλίαν γίνωνται.

Utrum hunc aphoriſmum Hippocrates ipſe ſcripſerit, neque inter falſo adſcriptos fuerit neſcio. Etenim in prognoſtico ea dierum judicantium incrementa ac compoſitiones quae per quaternarium fiunt docuit et in hoc ipſo aphoriſmorum libro atque in epidemiis non ſolum decimo quarto die judicari vidit, verum etiam vigeſimo, quadrageſimo, ſexageſimo et octogeſimo. Sed et viceſimus quartus et triceſimus et ab initio ſtatim quartus ſecundum ipſum judicant. Quomodo igitur nunc niſi imparibus diebus febris deſierit, minime fidem fore judicationem pronunciat. Praeſtat igitur pro impari die ſcribere criſimo, id eſt judicatorio, ut nonnullis viſum eſt. Quamquam multa exemplaria multitudinis numero imparibus diebus ſcriptum habent.

LXII.

Quibus per febres ante ſeptimum diem aurigines oboriuntur, malum, niſi humores per alvum cedant.

Ed. Chart. IX. [174.] Ed. Baf. V. (279.)

Ἴκτερος μὲν ἐνίοτε γίγνεται καὶ κριτικὸς, ἀποτιθεμένης τῆς φύσεως εἰς ὅλον τὸ σῶμα καὶ μάλιστα πρὸς τὸ δέρμα τὴν ξανθὴν χολήν. γίγνεται δὲ καὶ σύμπτωμα κακοπραγοῦντος τοῦ ἥπατος. αἱ κακοπραγίαι δ' αὐτοῦ τρεῖς εἰσιν, ἐφ' αἷς ἴκτερος εἴωθεν ἐπιγίγνεσθαι, σκίρρος καὶ φλεγμονὴ καὶ ἔμφραξις. ἀλλὰ σκίρρος μὲν χρόνιον νόσημα, φλεγμονὴ δὲ καὶ ἔμφραξις καὶ ἐξαίφνης δύναται γενέσθαι. καὶ δὴ καὶ οἱ πρὸ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας ἴκτεροι κατά τι τούτων γίγνονται. θᾶττον γὰρ οὐχ οἷόν τε κριτικῶς ἀναχυθῆναι τὴν χολὴν εἰς τὸ σῶμα. τὸ μὲν οὖν πρὸ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας κακὸν εἶναι τὸν ἴκτερον ἀληθὲς, οὐ μὴν τό γε μετὰ τὴν ἑβδόμην ἀκίνδυνον ὁμοίως ἀληθὲς, οὐδ' εἴρηται νῦν τοῦτο. δύναται γὰρ καὶ φλεγμονὴ καὶ ἔμφραξις ἄχρι πλείονος παραμεῖναι. θᾶττον μέντοι τῆς ἑβδόμης ἀναχυθῆναι τὴν χολὴν κριτικῶς ἀδύνατόν ἐστιν. ἔν τισι δὲ τῶν ἀντιγράφων πρόσκειται τῷ ἀφορισμῷ κατὰ τὸ τέλος, ἢν μὴ ξυνδόσιες ὑγρῶν κατὰ τὴν κοιλίην γίνονται, τῶν προσθένιων

Icterus interdum criticus eſt, hoc eſt judicatorie fit, natura in totum corpus, maximeque in cutem flavam bilem deponente, interdum ſymptomaticus: ſymptoma namque eſt jecoris male affecti. Mali autem jecoris affectus ex quibus aurigo oboriri conſuevit, tres ſunt, ſcirrhus, inflammatio et obſtructio. Verum ſcirrhus diuturnus morbus eſt, inflammatio vero et obſtructio etiam repente fieri poſſunt. At profecto qui icteri ante ſeptimum diem acciderint, ex horum alterutro ortum habent. Nam citius judicatorie bilis in corpus effundi non poteſt. Ante ſeptimum quidem diem icterum malum eſſe, verum exiſtit; non tamen poſt ſeptimum omni vacare periculo ſimiliter verum eſt, neque iſtud nunc pronunciatur. Poteſt enim et inflammatio et obſtructio diutius permanere. Verum ante ſeptimum critice bilem effundi eſt impoſſibile. Porro in quibusdam exemplaribus aphoriſmo circa finem adjectum eſt, niſi humores per alvum cedant, iis qui

Ed. Chart. IX. [174. 175.] Ed. Baſ. V. (279.)

αὐτὸ βουλομένων καὶ κατὰ τὴν κοιλίαν ἐκκαθαίρεσθαι τὴν χολήν.

ξγ'.

[175] Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην ῥίγεα γίνεται, καθ' ἡμέρην οἱ πυρετοὶ λύονται.

Ἐπειδὴ κινουμένης τῆς χολῆς κατὰ τὴν ὅλην τοῦ σώματος ἕξιν ἐπιγίγνεται ῥίγη καὶ διὰ τοῦτο ἐκκαθαίρεταί τε καὶ κενοῦται καθ' ἕκαστον παροξυσμὸν, εἰκότως εἰς ἀπυρεξίαν ἀφικνεῖται τὸ διάλειμμα τῶν τοιούτων πυρετῶν. τοῦτο οὖν ἐστιν αὐτὸ τὸ νῦν εἰρημένον, τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν οἱ πυρετοὶ λύονται, ὡς εἰ καὶ καθ' ἡμέραν ἀπυρέτους γίγνεσθαι τοὺς καμνοντας εἰρήκει. ὥσπερ δὲ εἰ καθ' ἡμέραν γίγνοιτο τὰ ῥίγη, καθ' ἡμέραν οἱ πυρετοὶ παύοιντο, οὕτω δηλονότι καὶ εἰ διὰ τρίτης καὶ εἰ διὰ τετάρτης, ὅπερ ἀμέλει καὶ φαίνεται γιγνόμενον ἐπί τε τῶν τριταίων καὶ τεταρταίων περιόδων, ἐφ' ὧν οἱ μὲν πυρετοὶ λύονταί τε καὶ

haec adjiciunt, per alvum quoque bilem expurgari volentibus.

LXIII.

Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſolvuntur.

Quum bilis per totum corporis habitum motione rigores accidant, atque ideo ſingulis ipſa acceſſionibus expurgetur et vacuetur, non abſque ratione ad apyrexiam pervenit ejusmodi febrium intermiſſio. Hoc igitur ipſum eſt quod nunc dicitur: *quotidie febres ſolvuntur;* ac ſi dixiſſet, aegrotos quotidie ſine febre fieri. Quemadmodum autem ſi quotidie rigores fiant, quotidie etiam febres ceſſant: ſic etiam ſi tertio quartove quoque die, quod utique et in tertianis et quartanis circuitibus fieri apparet, in quibus febres ſolvuntur et rurſum redeunt, remanet

Ed. Chart. IX. [175. 176.] Ed. Baf. V. (279.)

πάλιν γίγνονται. μένει δέ τις ἐν τῷ σώματι παρὰ φύσιν διάθεσις, ἐφ' ἧς κατὰ περίοδον οἵ τ' ἄλλοι πυρετοὶ καὶ τὰ νοσήματα γεννῶνται.

ξδ'.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τῇ ἑβδόμῃ ἢ ἐνάτῃ ἢ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἴκτεροι ἐπιγίνονται, ἀγαθὸν, ἢν μὴ τὸ ὑποχόνδριον τὸ δεξιὸν σκληρὸν γένηται, εἰ δὲ μή, οὐκ ἀγαθόν.

Ὁ πρὸ τούτου γεγραμμένος ἀφορισμὸς ἀτάκτως μοι δοκεῖ παρεγκεῖσθαι. βέλτιον γὰρ ἦν συνῆφθαι τὸν νῦν εἰρημένον ἀφορισμὸν ἐκείνῳ, καθ' ὃν φησιν· [176] οἷσιν ἂν ἐν πυρετῷ ἴκτερος ἐπιγένηται πρὸ ἑπτὰ ἡμερῶν, κακόν· ἵν' ὁ σύμπας λόγος γένηται τοιοῦτος, πρὸ μὲν τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν ἴκτερον γενέσθαι κακὸν πάντως, μετὰ δὲ τὰς ἑπτὰ χρηστόν· εἰ μή τι τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν εἴη, τουτέστιν εἰ μή τις ἐν τῷ σπλάγχνῳ ἤτοι τῷ ἥπατι κακο-

tamen quaedam in corpore praeter naturam affectio, a qua per circuitum aliae febres et morbi generantur.

LXIV.

Quibus per febres die ſeptimo aut nono aut decimo quarto icterus obortus fuerit, bonum, niſi dextrum hypochondrium durum ſit, alioqui minime bonum.

Qui ante hunc ſcriptus eſt aphoriſmus citra ordinem interjectus fuiſſe mihi videtur. Satius enim fuiſſet nunc pronunciatum aphoriſmum illi conjunctum fuiſſe, in quo ait: *quibus per febres aurigines ante ſeptimum diem oboriuntur, malum*; ut tota ejusmodi procederet oratio. Ante ſeptimum diem icterum fieri prorſus malum eſt; poſt ſeptimum vero bonum; niſi dextrum hypochondrium obduruerit, id eſt niſi quis malus affectus ex iis quos

Ed. Chart. IX. [176.] Ed. Baſ. V. (279.)

πραγία τῶν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρημένων ὑπάρχει. καθαιρομένου γὰρ ἐν αὐτῷ τοῦ αἵματος καὶ τῆς χολῆς μεταλαμβανομένης ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τοὺς χοληδόχους πόρους, ἐάν τε ἔμφραξίς τις γένηται, κατά τι τῶν μεταλαμβανόντων χωρίων, ἐάν τε φλεγμονή τις ἢ σκίῤῥος, ἀνάγκη πᾶσα μήτε καθαίρεσθαι τὸ αἷμα καὶ συναναφέρεσθαι τὴν χολὴν αὐτῷ πάντῃ σώματος, ἐντεῦθέν τε τὸν ἴκτερον γίγνεσθαι.

ξε'.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰσχυρὸν καὶ καρδιωγμὸς κακόν.

Ὅτι μὲν οὖν οὐ μόνον τὸ σφύζον ἐξ ἑαυτοῦ κατὰ φύσιν σπλάγχνον, ἀλλὰ καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς οἱ παλαιοὶ καρδίαν ὠνόμαζον ἔν τι τῶν ὁμολογουμένων ἐστὶν, ὥσπερ γε καὶ ὅτι καρδιαλγίαν τὰ τούτου τοῦ μέρους ἀλγήματα προσαγορεύουσι. τό γε μὴν καρδιώσσειν οἱ πλεῖστοι μὲν τῶν ἐξηγησαμένων τοὺς ἀφορισμοὺς ταυτὸν ἡγοῦνται σημαίνειν

paulo ſupra retulimus viſceri ſeu hepati acciderit. Quum enim ſanguis in eo expurgetur et bilis ex venis in meatus cholidochos, *bilis receptacula*, traducatur, ſive in his locis obſtructio aut inflammatio aliqua vel ſcirrhus fuerit, ſanguinem prorſus non expurgari, ſed una cum ipſo bilem quoquoverſum per totum corpus deferri atque inde auriginem fieri neceſſe eſt.

LXV.

In febribus circa ventriculum aeſtus vehemens et cordimorſus malum.

Quod veteres non ſolum viſcus illud quod ex ſe ſecundum naturam pulſat, ſed etiam os ventriculi cor appellaverint, res eſt conceſſa, quemadmodum etiam quod cardialgiam *cordolium*, hujus partis dolores appellitant. Enimvero plurimi aphoriſmorum interpretes καρδιώσσειν, idem quod καρδιαλγεῖν, *corde morderi*, *idem ac corde*

Ed. Chart. IX. [176. 177.] Ed. Baf. V. (279.)

τῷ καρδιαλγεῖν. ἔνιοι δὲ τῆς καρδίας αὐτῆς, λέγω δὴ τοῦ σπλάγχνου, καρδιωγμὸν δηλοῦσθαί φασιν, ἐξηγούμενοί τε κίνησίν τινα φασὶ παλμώδη τὸν καρδιωγμὸν εἶναι. τὸ μὲν οὖν ἰσχυρὸν καῦμα τῆς κοιλίας ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς ζεούσης ἐν τοῖς χιτῶσιν αὐτοῖς γίγνεται. κατὰ λόγον δὲ τοῖς οὕτω διακειμένοις καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς δάκνεται καὶ διὰ τοῦτο κακόν ἐστι τὸ σύμπτωμα. εἰ δὲ καὶ τὴν πυκνὴν καὶ ταχεῖαν κίνησιν τῆς καρδίας καὶ μάλισθ' ὅταν ᾖ καὶ παλμώδης, ἀκούοι τις εἰρῆσθαι καρδιωγμὸν, ἔσχατον ἤδη τοῦτο κακόν ἐστι, σημαῖνον ἐκπεπυρῶσθαι τὴν ζωτικὴν ἀρχήν.

ξστ'.

[177] Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ὀξέσιν οἱ σπασμοὶ καὶ οἱ περὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροὶ κακόν.

Οἱ σφοδροὶ πυρετοὶ παραπλησίως πυρὶ ξηραίνοντες τὰ νεῦρα τείνουσί τε καὶ σπῶσι καὶ κατὰ τοῦτο ἐπιφέρουσιν ὀλεθρίους σπασμούς. ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὰ τὰ σπλάγχνα κατὰ

dolere, ſignificare autumant. Nonnulli vero cordis ipſius viſceris ſcilicet cardiogmum hic ſignificari dicunt, motionem quandam palpitationi ſimilem cardiogmum eſſe. Itaque vehemens ventriculi aeſtus a flava bile in ipſius tunicis fervente generatur. Rationi autem conſentaneum eſt ita affectis et os ventriculi morderi et ob id malum eſſe ſymptoma. Si quis vero cardiogmum dici crebrum illum et celerem cordis motum quum palpitationi ſit ſimilis intellexerit, extremum jam hoc malum eſt, quod inflammatum ac incenſum vitae principium ſignificat.

LXVI.

In febribus acutis convulſiones et vehementes circa viſcera dolores, malum.

Vehementes febres ignis inſtar nervos exſiccantes tendunt et convellunt, proindeque pernicioſas convulſiones efferunt. Nonnunquam vero viſcera quoque ipſa per ta-

Ed. Chart. IX. [177.] Ed. Baſ. V. (279. 280.)

τὴν τοιαύτην διάθεσιν ὀδυνᾶται τῷ σφοδρῷ τῆς φλογώσεώς τε καὶ ξηρότητος, καὶ διὰ τοῦτο κακὴν εἶναί φησιν αὐτὴν, ἔτι δὲ μᾶλλον κακὴ ἔσται τῶν πό- (280) νων ἰσχυρῶν γιγνομένων. ἴσμεν δὲ δήπου καὶ διὰ φλεγμονὴν ἢ ἐρυσίπελας ἢ ἔμφραξιν ἰσχυρὰν ἢ ἀποστήματα ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὀδύνας γιγνομένας. ἀλλὰ νῦν οὐκ εἰκὸς αὐτῷ τὸν λόγον ὑπὲρ ἐκείνων εἶναι. προφανὴς τε γὰρ ὁ ἐπ' αὐτῆς κίνδυνός ἐστι καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης συνημμένος σπασμῷ, καὶ τὸ ἐν πυρετοῖς εἴωθε λέγειν ὁ Ἱπποκράτης ἀντὶ τοῦ πυρετικοῖς νοσήμασιν, ὅταν αὐτοῖς πάθος ὑπάρχωσιν οἱ πυρετοὶ καὶ μὴ σύμπτωμα μορίου πεπονθότος τι τῶν προειρημένων παθῶν.

ξζ'.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν οἱ ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι ἢ σπασμοὶ κακόν.

---

lem affectum dolent, propter inflammationis ac ſiccitatis vehementiam, atque idcirco ipſe malum eſſe pronunciat, ſed multo pejor erit, ſi vehementes dolores acceſſerint. Scimus autem etiam propter inflammationem aut eryſipelas aut ſortem obſtructionem aut abſceſſus in viſceribus dolores fieri. Sed de his nunc ipſi ſermonem haberi veriſimile non eſt. Manifeſtiſſimum ſiquidem ipſis ineſt periculum, non tamen neceſſario convulſioni adjungitur. Et quum Hippocrates in febribus dicit, morbos febriles intelligere conſuevit, quum febres ipſae ſint morbi, non etiam partis alicujus aliquo dictorum affectuum laborantis ſymptomata.

LXVII.

In febribus per ſomnos, pavores aut convulſiones malum portendunt.

Ed. Chart. IX. [177. 178.] Ed. Baſ. V. (280.)

Εἴρηται μὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ πρόσθεν ὅτι ὁ μὲν βλάπτων τὸν ἄῤῥωστον ὕπνος θανάσιμος ὑπάρχει, ὁ δὲ μὴ βλάπτων οὐ θανάσιμος. ἔνθα καὶ παράδειγμα τοῦ λόγου προσθεὶς εἶπεν· ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύει, ἀγαθόν· ὡς ὄντος τινὸς ὕπνου τοῦ μήτε παύοντος παραφροσύνην, παροξύνοντος δ᾽ ἐνίοτε καὶ γεννῶντος. ἀλλὰ καὶ νῦν ἕτερα παραδείγματα τῆς ἐξ [178] *ὕπνου βλάβης εἶπε τοὺς φόβους καὶ τοὺς σπασμούς. γράφουσι δ᾽ οὐ φόβους, ἀλλὰ πόνους ἔνιοι, καὶ μέντοι καὶ τεθεάμεθα πολλάκις ἐν ὀλεθρίοις νοσήμασι καὶ φόβους καὶ πόνους καὶ σπασμοὺς ἐξ ὕπνου γενομένους. ἔοικε δὲ τοῦτο συμβαίνειν, ὅταν ἐν τοῖς ὕπνοις ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον ὁ λυπῶν ἀφίκηται χυμὸς, ἔσω κινουμένης τηνικαῦτα τῆς φύσεως μᾶλλον ἢπερ ἔξω. καὶ μέντοι καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῇ τροφῇ κατενεχθέντες εἰς ὕπνον πληροῦνται τὴν κεφαλὴν, οὕτω κἀν ταῖς πληθωρικαῖς διαθέσεσιν οἱ ὕπνοι πληροῦντες αὐτὴν βαρύνουσι τὸν ἐγκέφαλον. ἐὰν μὲν οὖν μελαγχολικώτερον ᾖ τὸ πλῆθος, οἱ φόβοι γίγνονται, μὴ τοιούτου δὲ ὄντος οἱ πόνοι τε καὶ οἱ σπα-*

Ab ipſo quoque antea pronunciatum eſt: *qui ſomnus aegrotantem laedit, eum eſſe mortiferum; qui vero non laedit, letalem non eſſe;* ubi et pronunciati exemplum adjiciens ita loquitur: *ubi delirium ſomnus ſedat, bonum;* tanquam ſomnus aliquis ſit qui delirium non ſedet, ſed citet interdum et generet. Verum et nunc tamen non pavores, ſed labores ſcribunt. Verum et ipſi ſaepe vidimus in perniciosis morbis et pavores et labores et convulſiones ex ſomno concitatos fuiſſe. Quod accidere videtur, quum in cerebrum noxius humor pervenerit per id temporis intro magis quam foras mota natura. Quin etiam quemadmodum a cibo in ſomnum collapſis caput repletur, ſic plethoricis affectibus ſomni caput replentes cerebrum obruunt. Si itaque ea plenitudo magis ad atrae bilis naturam accedat, pavores invadunt; alioqui ſi talis non ſit, labores fiunt et convulſiones. Et vero ſomni

Ed. Chart. IX. [178.] Ed. Baſ. V. (280.)

σμοὶ, καὶ οἱ ὕπνοι δὲ δηλονότι διὰ παντὸς ἂν ἔβλαπτον, ὅσον ἐπὶ τὸ συῤῥεῖν εἰς τὸ βάθος τε καὶ τὰ σπλάγχνα τὴν ὕλην, εἰ μὴ τῷ τῆς πέψεως λόγῳ πλέων εἶχε τὸ τῆς ὠφελείας ἢπερ τὸ τῆς βλάβης ἐστὶν ἐκ τῆς ἔσω ῥοπῆς. οὐ μόνον δὲ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον αὐτὸν ἀθροιζόμενοι μοχθηροὶ χυμοὶ τοιαῦτα συμπτώματα φέρουσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ὅθεν καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς ὕπνοις αἱ ἀναθυμιάσεις γίγνονται, μενόντων ἀπέπτων αὐτῶν, ὡς αἵ γε πέψεις τοὺς ὠφελίμους ἐπιφέρουσιν ὕπνους.

ξη'.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον κακὸν, σπασμὸν γὰρ σημαίνει.

Πνεῦμα νῦν ἀκουστέον αὐτὸν λέγειν, ὥσπερ κἂν τῷ προγνωστικῷ τὸ κατὰ τὴν ἀναπνοὴν, ὅπερ ἐπειδὰν προσκόπτῃ, τουτέστιν ἴσχηται μεταξὺ καὶ διακόπτηται, σπασμὸν σημαίνει. καὶ γὰρ καὶ γίγνεται τῶν τὸν θώρακα κινούντων

etiam ipſi, quantum in ea eſt materia quae in profundum et viſcera ipſa per quietem confluit, ſemper laederent, niſi collectionis ratione majorem utilitatem afferrent, quam ſit damnum illud quod motum ad interiora conſequitur. Nec ſolum in cerebro ipſo acervati pravi humores talia invehunt ſymptomata, ſed etiam in ipſo ore ventriculi. Unde magis etiam per ſomnum exhalationes fiunt ipſis incoctis manentibus: nam coctiones ſomnos utiles afferunt.

LXVIII.

In febribus ſpiritus illidens malum, convulſionem enim portendit.

Spiritum hic ab ipſo dici quemadmodum et in prognoſtico reſpirationem, exaudiendum eſt; qui quum illidat, hoc eſt in ſui medio ſiſtatur et interrumpatur, convulſionem ſignificat. Etenim hoc fit muſculis thoracem

Ed. Chart. IX. [178. 179.] Ed. Baſ. V. (280.)

μυῶν καὶ νεύρων ἤδη σπασμωδῶς διακειμένων. αὐξηθείσης οὖν τῆς διαθέσεως, ἐπιλαβούσης τε πλείονα μόρια σαφὴς σπασμὸς καταλήψεται τὸν ἄνθρωπον. οὔσης δὲ διπλῆς τῆς κατὰ τὴν ἀναπνοὴν κινήσεως ἡ μὲν ἔσω φορὰ τοῦ πνεύματος εἰσπνοὴ προσαγορεύεται, ἡ δ' ἔξω τὴν ἐναντίαν εἴληφε προσηγορίαν ἐκπνοὴ κληθεῖσα. προσκόπτει δὲ τὸ πνεῦμα ποτὲ μὲν ἡμῶν εἰσπνεόντων, ὥσπερ ὅταν εἴπῃ διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπίπνευσις, ποτὲ δὲ ἐκπνεόντων, ὡς ὅταν εἴπῃ καὶ πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἔξω φορᾷ. ἐν τούτοις μὲν οὖν ἑκατέρου τοῦ μέρους τῆς ἀναπνοῆς ἐμνημόνευσε μόνον, κατὰ δὲ τὸν νῦν προκείμενον ἀφορισμὸν ὑπὲρ ὅλης αὐτῆς ἀποφαινόμενος ἔφη τὸ πνεῦμα προσκόπτον, εἴτε καὶ τὴν ἔσω φορὰν εἴτε κατὰ τὴν ἔξω, εἴτε κατ' ἀμφοτέρας πάσχει τὸ τοιοῦτον.

ξθ'.

[179] Ὁκόσοισιν οὖρα παχέα, θρομβώδεα, ὀλίγα, οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν ὠφελέει,

moventibus, ac nervis jam convulſione affectis, qua ſane aucta affectione et plures partes occupante, tum aperta convulſio hominem prehendit. Quum vero geminus ſit reſpirationis motus, alter quo ſpiritus intro fertur, inſpiratio dicitur; alter quo foras fertur, contrariam appellationem ſortitus, exſpiratio nuncupatur. Illidit autem ſpiritus ac interciditur nobis interdum inſpirantibus, ut quum ipſe dixit: *duplex intro revocatio*, veluti ſuperinſpiratio; interdum exſpirantibus, ut quum dixit: *et ſpiritus illiſus*, quum foras effertur. In his igitur utriusque partis reſpirationis tantum meminit. At in propoſito aphoriſmo de tota ipſa pronuncians, inquit: *ſpiritus offendens*, ſive intro forasve, ſive utroque feratur, id accidit.

LXIX.

Quibus febre non vacuis urinae craſſae, grumoſae ac paucae ſunt, ubi copia ex his ſucceſſit, tenuis prodeſt;

Ed. Chart. IX. [179.] Ed. Baſ. V. (280.)

μάλιστα δὲ τὰ τοιαῦτα ἔρχεται οἷσιν ἐξ ἀρχῆς διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἔχει.

Οὐχ ἁπλῶς εἴρηκεν οὖρα παχέα, ἀλλὰ προσέθηκε καὶ θρομβώδεα, δυοῖν θάτερον ἐνδεικνύμενος, ἤτοι τοῦ πάχους τὸ ποσὸν ἢ τὸ τῆς ὑποστάσεως ἀνώμαλόν τε καὶ διεσπασμένον, ὡς καὶ κατὰ περιγραφήν τινα φαίνεσθαι πολλὰς συστάσεις αὐτῶν ὥσπερ θρόμβους. ἔνιοι μὲν οὖν οὐ θρομβώδεα γράφουσιν, ἀλλὰ βορβορώδεα, καθάπερ καὶ ὁ Νουμισιανὸς καὶ ὁ Διονύσιος, εἰ μὲν καὶ δυσωδίαν τινὰ συνενδεικνύμενοι διὰ τῆς λέξεως, πλέον τι τῶν ἄλλων δηλοῦντες. εἰ δ' ὡς τοῦ πάχους τὸ ποσὸν, οὐδὲν περιττότερον ἐν τῷδε διδάσκοντες. ὅ γε μὴν σύμπας λόγος τοῦ Ἱπποκράτους οὐ φαίνεται περὶ δυσωδῶν οὔρων γιγνόμενος, ἀλλὰ μόνων ὀλίγων τε καὶ παχέων, ὡς ἐκ τῆς ἀντιθέσεως ἔσται δῆλον. πλῆθος γὰρ, φησὶν, ἐλθὸν ἐκ τούτων λεπτὸν ὠφελέει, ὥστε εἰ καὶ μόνον ἐγέγραπτο τοῦτο, ὅσοις οὖρα παχέα ὀλίγα, μηδὲν ἂν λείπειν τῷ λόγῳ. γίγνεται μὲν οὖν καὶ χωρὶς

tales autem his maxime prodeunt, quibus ab initio aut quam primum ſedimentum ſortiuntur.

Non ſimpliciter urinas craſſas pronunciavit, ſed etiam grumoſas addidit, duorum alterum indicans, aut craſſitudinis quantitatem aut ſedimenti inaequalitatem ac divulſionem, ita ut ſecundum quandam etiam circumſcriptionem multae ipſarum concretiones tanquam grumi appareant. Itaque nonnulli, ut Numiſianus et Dionyſius, non grumoſas, ſed coenoſas ſcribunt: qui ſi per id verbum ſimul foetorem quendam indicent, quiddam amplius quam alii interpretes explicant: ſi vero craſſitudinis copiam, nihil quidquam quod non alii hoc ipſo docent. Enimvero tota Hippocratis oratio non de grave olentibus urinis eſſe videtur, ſed de ſolis paucis ac craſſis, ut ex antitheſi ſeu oppoſitione fiet manifeſtum. Ubi ex his copia ſucceſſit tenuis, juvat. Quare ſi hoc ſolum ſcriberetur: quibus urinae craſſae, paucae, nihil orationi deeſſet.

Ed. Chart. IX. [179.] Ed. Baf. V. (280.)

πυρετοῦ τισιν οὖρα τοιαῦτα, τῆς φύσεως ἐκκαθαιρούσης διὰ νεφρῶν τὰ τοῦ παντὸς σώματος περιττώματα. γίγνεται δὲ καὶ μετὰ πυρετῶν, ἐφ' ὧν ἴσως ἄν τις ὑπονοήσειε τὴν εἰς τοὐναντίον αὐτῶν μετάπτωσιν οὐκ εἶναι χρηστὴν, ἐπειδὴ τοὐπίπαν ἐν τοῖς πυρετοῖς ἐκ λεπτῶν κατ' ἀρχὰς τῶν οὔρων ἡ μετάπτωσις εἰς τὸ παχύτερον γίγνεται πρὸς τὴν λύσιν ἰούσης τῆς νόσου, καὶ διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ μάλιστα καὶ ὁ ἀφορισμὸς οὗτος αὐτῷ γεγράφθαι, διδάσκοντι τὸ σπάνιον τοῦ πράγματος. ἔστιν ὅτε γὰρ ἤτοι κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος ἢ οὐ μετὰ πολύ γε τῆς ἀρχῆς, οἷα γιγνόμενα παχέα διὰ τὸ βάθος ὑπόστασιν ἔχει. τούτοις οὖν τοῖς οὔροις οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν σημεῖον ἡ ὑπόστασις, ὥσπερ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσα λεπτὰ κατ' ἀρχὰς ὄντα τῷ λόγῳ τῆς πέψεως ὅλου τοῦ νοσήματος ὑπόστασιν λαμβάνει. τῷ πλήθει δ' εἰκότως ἐστὶν ὀλίγα τὰ παχέα τῶν οὔρων, ὡς ἂν μόγις διεξερχόμενα τῶν νεφρῶν. ὁπόταν οὖν ἅμα μὲν ἐκκενωθῇ τὸ πλέον τῆς τοιαύτης κακοχυμίας, ἅμα δὲ καὶ

Fiunt autem quibusdam febre vacuis tales urinae, natura per renes totius corporis ſupervacanea expurgante; fiunt etiam cum febribus, in quibus quispiam fortaſſis ſuſpicetur ejusmodi urinarum in contrarium factam transmutationem non eſſe bonam. Quandoquidem maximam partem in febribus ex urinis ab initio tenuibus fit in craſſiores converſio, morbo jam ad ſolutionem tendente. Atqui propterea mihi hic aphoriſmus ab eo ſcriptus eſſe maxime videtur, quod raro accidit edocente. Contingit enim interdum aut per morbi initia aut non multo poſt principium urinas craſſas redditas propter materiae gravitatem ſedimentum habere. His igitur in urinis ſedimentum bonum ſignum non eſt, quemadmodum in ceteris quae quum ab initio tenues exiſtant, totius morbi coctionis ratione ſedimentum conſequuntur. Porro merito craſſae urinae multitudine paucae ſunt, ut quae vix renes permeent. Poſtquam igitur ſimul tum major ejusmodi cacochymiae pars vacuata fuerit, tum ſimul reliquum con-

Ed. Chart. IX. [179. 180.] Ed. Baſ. V. (280. 281.)

πεφθῇ τὸ καιάλοιπον, ἐκκρίνεται τηνικαῦτα λεπτότερα πολὺ τῶν πρόσθεν, ἄμει- [180] νον γὰρ οὕτως εἰπεῖν, οὐκ ἀπολύτως ὡς Ἱπποκράτης εἶπε λεπτά. τὰ γὰρ κατὰ φύσιν οὐχ ἁπλῶς ἐστι λεπτὰ, καθάπερ οὐδὲ παχέα, μέσα δ' ἑκατέρας τῆς ὑπερβολῆς καὶ σύμμετρα ὄντα, παχύτερα μέν ἐστι καὶ λέγεται τῶν ὑδατωδῶν, λεπτότερα δὲ τῶν θρομβωδῶν. πολλὰ δ' εἰκότως ἐκκρίνεται διὰ τὸ πρόσθεν ἐπέχεσθαι, καθ' ὃν χρόνον μόγις διεξῄει τὰ παχέα.

ο'.

(281) Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα οἷον ὑποζυγίου, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν ἢ παρέσονται.

Τοῦτον ἔνιοι τὸν ἀφορισμὸν τῷ πρὸ αὐτοῦ συνάπτουσιν ὡς μέρος ἐκείνου γράφοντες οὕτως· οἷσιν δ' ἀνατεταραγμένα τὰ οὖρα, τούτοισι κεφαλαλγίαι. καὶ βούλονται τινὲς μὲν τὸ ἀνατεταραγμένα τὰ ἐναντία δηλοῦν τοῖς προει-

coctum evaſerit, tunc multo prioribus tenuiores excernuntur. Praeſtiterit namque ſic appellare non tennes abſolute, quemadmodum dixit Hippocrates. Nam quae ſecundum naturam ſunt, non abſolute tennes exiſtunt, ut neque craſſae, ſed inter utrumque exceſſum mediae et commoderatae ſunt; et aquoſis quidem craſſiores ſunt atque dicuntur, tenuiores vero grumoſis. Multae autem ratione excernuntur, quia prius retentae fuere, quo tempore prae craſſitie vix percolabantur.

LXX.

Quibus per febres urinae perturbatae ſunt, quales jumentorum, iis capitis dolores adſunt aut aderunt.

Hunc aphoriſmum nonnulli ſuperiori tanquam ejus partem connectunt ita ſcribentes: *Quibus vero urinae turbatae ſunt, hiſce recentes capitis dolores.* Ac volunt quidam vocem *turbatae* praedictis tenuibus contrarias pro-

Ed. Chart. IX. [180.] Ed. Baſ. V. (281.)

ρημένοις τοῖς λεπτοῖς, τινὲς δὲ παχέσι καὶ θρομβώδεσι, τινὲς δ' αὐτὰ τὰ ἀνατεταραγμένα ἐξηγοῦνται. ψευδός γε μὴν ἐστι τὸ τὰ λεπτὰ τῶν οὔρων εἶναι κεφαλαλγικά. φαίνονται γὰρ αἱ κεφαλαλγίαι ποτὲ μὲν προηγούμεναι, ποτὲ δὲ συνοῦσαι τοῖς ἀνατεταραγμένοις οὔροις. ὁποῖα δ' ἐστὶ ταῦτα σαφῶς ἐδήλωσεν εἰπών, οἷον ὑποζυγίου καὶ γίγνεται τοιαῦτα παχείας τε καὶ πυκνῆς ὕλης ὑπὸ θερμοῦ κατεργαζομένης. αὗται γὰρ μάλιστα καὶ πρὸς τῆς ἔξω θερμασίας φαίνονται πνευματούμεναι, καθάπερ ἄσφαλτος καὶ πίσσα καὶ ῥητίνη. τινὰ μὲν οὖν τῶν τοιούτων οὔρων ἐπὶ πλεῖστον ἀνατεταραγμένα μένει, τινὰ δ' ὑπόστασιν ἴσχει παχεῖαν διὰ ταχέων καὶ δηλοῖ βραδέως λυθήσεσθαι τὸ νόσημα. τὰ δ' ἕτερα τὰ μὴ καθισταμένα σὺν μὲν ἰσχυρᾷ τῇ δυνάμει μηκύνεσθαι τὸ νόσημα δηλοῖ, σὺν ἀσθενεῖ δὲ τεθνήξεσθαι τὸν κάμνοντα. ταῦτα μὲν οὖν κατὰ τὸ πάρεργον εἴρηταί μοι, διότι χρήσιμά ἐστιν· ἃ δ' εἰς αὐτὸν τὸν ἀφορισμὸν ἔτι χρὴ εἰπεῖν ἐστὶ τοιαῦτα. τοῖς ἀνατεταραγμένοις οὔροις ἐξ ἀνάγκης

dere; quidam vero craſſis et grumoſis; quidam etiam ipſas perturbatas, tenues explicant. Atqui tenues urinas doloris capitis indices eſſe falſum eſt. Interdum enim capitis dolores praecedere videntur, interdum ſimul cum perturbatis urinis adeſſe. Quales autem hae ſint his verbis manifeſto declaravit: *quales jumentorum.* Tales vero fiunt calore materiam craſſam ac denſam agitante ac verſante. Hae ſiquidem materiae maxime ab externo etiam calore, ſicuti bitumen, pix et reſina flatulentum ſpiritum concipere ac edere videntur. Nonnullae igitur urinae perturbatae diutiſſime manent, nonnullae cito ſedimentum craſſum conſequuntur ac tardam morbi ſolutionem fore ſignificant. Quae ceterae non reſident viribus conſtantibus, longum fore morbum, proſtratis vero aegrum interiturum praenunciant. Haec obiter quod utilia ſint a nobis explicata ſunt. Quae vero ad ipſum aphoriſmum explicandum etiamnum dicenda reſtant, ſunt hujusmodi: *urinis perturbatis capitis dolores neceſſario adſunt aut aderunt;* ut

Ed. Chart. IX. [180. 181.] Ed. Baſ. V. (281.)

αἱ κεφαλαλγίαι, καθὼς προεῖπεν ὁ Ἱπποκράτης, ἢ σύνεισιν ἢ ἔσονται, ἐπειδὴ τὸ φυσῶδες πνεῦμα μετὰ τῆς θερμασίας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἑτοίμως ἀναφέρεται, οὐ μὴν εἴ τις ἐκεφαλάλγησεν ἢ κεφαλαλγεῖ, τούτῳ πάντως τοιαῦτα τὰ οὐρά ἐστι. γίγνονται γὰρ αἱ κεφαλαλγίαι καὶ διὰ θερμότητα μόνην, ἐνίοτε δὲ καὶ διὰ τὴν ξανθὴν χολὴν, ἤτοι γε ἐν τῇ κεφαλῇ περιεχομένην ἢ ἐν τῇ γαστρὶ καὶ διὰ πλῆθος ὑγρῶν κατειληφὸς τὴν κεφαλὴν καὶ δι' ἔμφρα- [181] ξίν τινα τοπικὴν ἢ πνεύματος φυσώδους ἐν αὐτῷ τῷ μορίῳ τὴν γένεσιν ἔχοντος, ὧν οὐδεμία τοιοῦτον οὖρον ἐπιφέρει ἐξ ἀνάγκης.

οα'.

Ὁκόσοισιν ἑβδομαῖα κρίνεται, τουτέοισιν ἐπινέφελον τὸ οὖρον, τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν καὶ τὰ ἄλλα κατὰ λόγον.

Ὥσπερ ἐν ἄλλοις πολλοῖς ἐπεδείξαντο τῆς Ἱπποκράτους τέχνης ἑαυτοὺς ἀμαθεῖς ὄντας οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον, οὕτω καὶ τῷδε. νομίζουσι γὰρ προσ-

pronunciat Hippocrates, quoniam flatulentus ſpiritus una cum calore prompte in caput attollitur. Non tamen ſi cui caput doluit aut dolet, huic omnino tales urinae ſunt. Cephalalgiae ſiquidem fiunt etiam propter calorem ſolum; interdum vero propter flavam bilem quae in capite aut ventriculo continetur vel ob humorum caput aggravantium copiam vel localem aliquam obſtructionem vel ſpiritu flatulento ea ipſa in parte generationem ſortito, ex quibus nulla talem urinam neceſſario affert.

LXXI.

Quibus die ſeptimo contingit criſis, iis urina rubram habet die quarto nubeculam, ac pro ratione cetera.

Quemadmodum in multis aliis ſe ipſos artis Hippocratis imperitos oſtenderunt eorum plurimi qui hunc aphoriſmorum librum explicarunt, ſic et in hoc aphoriſmo.

Ed. Chart. IX. [181.] Ed. Baf. V. (281.)

κεῖσθαι τῷ ἀφορισμῷ τὸ καὶ τἄλλα κατὰ λόγον, ὅσα περὶ ὕπνους ἢ ἐγρήγορσιν ἢ ἀναπνοὴν ἢ ἀνάκλησιν ἢ διανάστασιν, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο τῶν ἐν τῷ προγνωστικῷ γεγραμμένων, ἵνα εἰ ταῦτα πάντα φαίη καλῶς γιγνόμενα, τὴν κρίσιν ἔσεσθαι κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἐλπίζοιμεν. ἀγνοεῖν δ' ἐοίκασι τὰ μέγιστα τῶν προγνωστικῶν κεφαλαίων. ἀγρυπνοῦσί τε καὶ ὡς τὰ πολλὰ καὶ δυσφοροῦσι καὶ πυρέττουσι σφοδρότερον οἱ κάμνοντες, ὅσῳ περ ἂν ἐγγυτέρω τῆς κρίσεως ἀφίκωνται. πολλοὶ δ' αὐτῶν καὶ δυσπνοοῦσιν ἐγγυτέρω τῆς κρίσεως. οὔκουν δεῖται τοῦτο διὰ τῶν οὔρων φανὲν σημεῖον ἄνευ τῶν εἰρημένων συμπτωμάτων εἰς πιστοτέραν ἐλπίδα τῆς μελλούσης ἔσεσθαι κρίσεως, σημεῖον ἐν οὔροις, ἀλλ' ἕτερα πολλὰ συνεχέστερον αὐτοῦ φαινόμενα, περὶ ὧν ἐοίκασιν οὐδὲν γιγνώσκειν οἱ τολμῶντες ἐξηγεῖσθαι τὰ Ἱπποκράτους συγγράμματα, πρὶν ἐκμαθεῖν ἅπασαν αὐτοῦ τὴν τέχνην. οὔσης γὰρ τῆς τετάρτης ἡμέρας ἐπιδήλου, καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσε, καὶ μηνυούσης ὁποία τις ἡ ἑβδόμη γε-

Exiſtimant enim haec aphoriſmo addita, *ac pro ratione cetera*, ſignificari quaecunque ad ſomnos ſpectant et vigilias aut reſpirationem aut decubitum aut ſurrectionem aut ſi quid aliud ejusmodi in prognoſtico ſcripſit, ut ſi haec omnia recte fieri videantur, die ſeptimo futuram judicationem ſperemus. Qua in re maxima praenotionum capita ignorare videntur. Vigilant enim plerumque, jactantur ac vehementius febricitant aegri, quanto propius ad criſin acceſſerint. Ex ipſis autem multi judicationi proximi difficulter ſpirant. Minime vero praeſens ex urinis ſignum, etiam citra iſthaec commemorata ſymptomata, ad certiorem futurae judicationis ſpem et conjecturam ſignis apparentibus in urinis indiget; ſed ſunt multa alia, quae frequentius in urina quam iſtuc ſpectantur. Quae ignorare mihi prorſus videntur ii qui Hippocratis ſcripta, priusquam ipſius artem univerſam perdidicerint, audent exponere. Nam quum quartus dies ſit index, quemadmodum ipſe docuit, et qualis futurus ſit ſeptimus prae-

Ed. Chart. IX. [181. 182.] Ed. Baſ. V. (281.)

νήσειαι, πᾶν ὅ τί περ ἂν ἐν αὐτῇ πρώτῃ φανῇ σημεῖον ἀξιόλογον πέψεως, τὴν ἐσομένην κρίσιν ἐπὶ τῆς ἑβδόμης δηλοῖ, ὥστ' οὐ μόνον ἐρυθρά τις ἐπιφανεῖσα νεφέλη πρότερον οὐ γεγενημένη σημαίνει τὴν κρίσιν, ἀλλὰ καὶ ἡ λευκὴ πολὺ μᾶλλον αὐτῆς. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐναιώρημα λευκὸν ὁμαλόν τε καὶ συνεστηκός. εἰ δ' ὀξέως πάνυ κινοῖτο τὸ νόσημα καὶ ἡ τῆς χρόας μεταβολὴ καὶ ἡ τῆς συστάσεως, ἱκανὰ σημεῖα τῆς μελλούσης ἔσεσθαι κρίσεως. τὸ γοῦν λεπτὸν οὖρον εἰ ουμμέτρως γένηται παχὺ καὶ τὸ λευκὸν ἢ ὠχρὸν, ἐν τοιούτῳ νοσήματι προδηλοῖ τὴν κρίσιν. ἑνὸς μὲν οὖν ὀνομαστὶ σημείου τοῦ κατὰ τὴν ἐρυθρὰν νεφέλην ἐμνημόνευσεν ὁ Ἱπποκράτης. ἄξιοῖ δ' ὡς τοῦιο καὶ τἄλλα κατὰ λόγον ἡμᾶς ἐννοεῖν, ὅσα σημαίνει μελλούσας ἔσεσθαι κρίσεις. ἔστι δὲ ταῦτα τὰ κατὰ τὰς ὑπ' αὐτοῦ καλουμένας ἐπιδήλους τε καὶ θεωρητὰς ἡμέρας ἐπιγινόμενα ἢ δι' οὔρων ἢ διαχωρημάτων ἢ πτυσμάτων. ἀεὶ μὲν γὰρ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα δηλοῖ κρίσεις, οὐκ ἀεὶ δὲ τὰς ἀγαθάς. μόνοις γὰρ [182] τοῖς τῆς πέψεως σημείοις ἐν ταῖς θεωρηταῖς ἡμέραις ἐπι-

nunciet, quodcunque in ipſo primum effatu dignum coctionis ſignum apparet, futuram ſeptimo die judicationem ſignificat. Verum et alba multo magis enaeorema *ſublimamentum* album, aequale atque conſtans. Quodſi celeriter admodum morbus moveatur et coloris et corporis urinae ſeu conſiſtentiae mutatio ſit, idonea ſunt futurae judicationis ſigna. Tenuis itaque urina ſi mediocriter craſſa efficiatur, ſique alba vel pallida fiat, in tali morbo judicationem praenunciat. Unius itaque ſigni nominatim Hippocrates meminit, rubrae nimirum nubeculae. Dignum autem exiſtimat, ut tum hoc, tum alia ex ratione intelligamus, quaecunque futuras criſes oſtendunt. Haec autem ſunt, quae diebus indicibus ab ipſo vocatis et ſpectabilibus vel in urinis vel dejectionibus vel ſputis ſuperveniunt: ſemper enim hujusmodi omnia criſes praenunciant, non tamen ſemper bonas. Solis enim coctionis ſignis diebus ſpectabilibus apparentibus bonae criſes futurae

Ed. Chart. IX. [182.] Ed. Baſ. V. (281.)

φανεῖσιν ἀγαθαὶ προδηλοῦνται κρίσεις. ἡ μὲν οὖν διάνοια τοῦ κατὰ τὸν ἀφορισμὸν λόγου τοιαύτη τίς ἐστιν, ἐμνημόνευσε δὲ τῆς ἐρυθρᾶς νεφέλης, ὡς σπανίου σημείου. λευκαὶ μὲν γὰρ συνεχέστατα φαίνονται καὶ εἰσὶν ἐναργέστερον πέψεως σημεῖον, αἱ δὲ ἐρυθραὶ σπανίως γίγνονται καὶ εἰ μὴ νῦν ὑφ' Ἱπποκράτους εἴρηντο καὶ αὗται κατὰ τὰς ἐπιδήλους ὁρώμεναι μέλλουσαν ἐπαγγέλλεσθαι κρίσιν, ἴσως ἄν τις οὐδὲ προσεδύκησε τοιαύτην ὑπάρχειν αὐταῖς δύναμιν, εἴ γε γοῦν τὸ ἐρυθρὸν χρῶμα σωτήριον μὲν εἶναί φησι, χρονιώτερον δέ. λέγει γὰρ ἐν προγνωστικῷ κατὰ λέξιν οὕτως· εἴ γε εἴη τό τε οὖρον ὑπέρυθρον καὶ ὑπόστασις ὑπέρυθρός τε καὶ λείη, πολὺ χρονιώτερον μὲν τοῦτο τοῦ πρώτου γίνεται, σωτήριον δὲ κάρτα. ἆρ' οὖν ἐν τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν ἡ τοιαύτη νεφέλη φανεῖσα δηλώσει τὴν ἐπὶ τῆς ἑβδόμης ἐσομένην κρίσιν, ἐν ἄλλῃ δέ τινι τῶν ἐπιδήλων οὐ δηλώσει σκεπτέον ἀκριβῶς· ὅπερ ἐστὶ παραφυλακτέον ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων. ὅσον μὲν γὰρ ἐπὶ αὐτῷ τῷ λόγῳ δυνατὸν εἰς ἑκάτερον ἐπιχειρῆσαι καὶ μᾶλλόν τε ὡς οὔπω δηλώσει, πλὴν εἰ πάνυ σφόδρα τὸ νόσημα ταχέως κινοῖτο. κατὰ

denunciantur. Ergo talis eſt textus aphoriſmi ſenſus. At rubrae nubeculae tanquam ſigni perrari meminit. Albae enim frequentiſſime apparent ſuntque evidentiora coctionis ſigna. Rubrae vero raro fiunt et niſi nunc ipſas pronunciaſſet Hippocrates diebus indicibus ſpectatas futuram criſin denunciare, nemo fortaſſis talem ipſis vim ineſſe crederet. Siquidem rubrum colorem ſalutarem quidem eſſe profert, ſed diuturniorem morbum portendere. Nam in prognoſtico ad verbum ita ſcribit: *ſi vero urina ſubrubra et ſedimentum ſubrubrum ac laeve fuerit, haec priore quidem multo diuturniorem, ſed admodum ſalutarem ſignificat.* Utrum igitur quarto die talis conſpecta nubecula futuram criſin ſeptimo ſignificatura ſit, in alio vero quodam indice non ſignificatura, id accurate perpendendum eſt, quod in ipſis artis operibus obſervari debet. Nam quod ad rationes attinet, ſunt in utramque partem ac magis in alteram, quod non praenunciabit, niſi morbus

Ed. Chart. IX. [182.] Ed. Baſ. V. (281. 282.)

μὲν γὰρ τὴν τετάρτην ἡμέραν γενόμενον ἴσον τῷ πρόσθεν χρόνῳ τὸν ἑξῆς ἐπιλαβὸν οὐκ ἀδύνατόν ἐστι δηλῶσαι κρίσιν. ἐπὶ δὲ τῆς ἑνδεκάτης φανὲν οὐ πάνυ τί μοι δοκεῖ τριῶν ἡμερῶν δεήσεσθαι μόνων, ἀλλὰ καὶ πλειόνων, ἀληθέστατον μὲν γάρ ἐστι τὸ τὴν τοιαύτην χρείαν ἐπιμειρεῖν τι ταῖς λύσεσιν. ἐθεασάμην γοῦν ἐγὼ σπανιάκις τὸ τοιοῦτον σημεῖον ἐν ἄλλαις ἡμέραις παρὰ τὴν τετάρτην. ᾧ μὲν οὖν ἐπὶ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐκρίθη, ᾧ δὲ ἐπὶ τῆς τέσσαρεσκαιδεκάτης, εἰκοσταῖος. ἐφάνη δὲ καὶ ἄλλῳ κατὰ τὴν ἑνδεκάτην, ὅστις ἑπτακαιδεκαταῖος ἐκρίθη, καὶ ἄλλῳ πάλιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἑνδεκάτης, ὅστις εἰκοσταῖος.

οβ'.

(282) Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα, λευκὰ, πονηρά· μάλιστα δ' ἐν τοῖς φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται.

Τὰ τοιαῦτα τῶν οὔρων ἀπεψίας ἐσχάτης ἐστὶ σημεῖα, διὸ καὶ χρονίζει τὰ νοσήματα, τινὰ δ' αὐτῶν ὅταν γε φθάσῃ

celeriter admodum moveatur. Nam ſi quod quarto die deſignatum, tantumdem temporis, hoc eſt *tres inſuper accipiat*, poteſt futuram criſin prodere; undecimo vero, ſi appareat, non tribus ſolum diebus, ſed etiam pluribus indigere ſaepe videtur. Veriſſimum ſiquidem eſt, talem dierum indigentiam aliquid ſuffragari ſolutionibus. Ego certe raro ejusmodi ſignum aliis diebus ſpectavi quam quarto. Cui igitur ſeptimo apparuerint, is quarto decimo fuit judicatus, cui vero quarto decimo, is viceſimo. Apparuit et cuidam alteri undecimo, qui decimo ſeptimo judicatus eſt. Cuidam rurſum alteri eodem undecimo apparuit, qui viceſimo die fuit judicatus.

LXXII.

Quibus urinae pellucidae, albae, malae; maxime vero in phreniticis apparent.

Tales urinae extremae cruditatis ſigna ſunt, quare et morbos diuturnos ſignificant. Quaedam vero ex ipſis de-

Ed. Chart. IX. [182. 183.] Ed. Baſ. V. (282.)

προκαταλίσαντα τὴν δύναμιν, ὀλέθρια γίγνεται, καθάπερ ἐν ταῖς φρενίτισιν. οὐδένα γοῦν οἶδα σωθέντα φρενιτικὸν, ᾧ τοιοῦτον οὖρον ὤφθη. βέλτιον γὰρ ὥσπερ ὅλον τὸ νόσημα χολώδες, οὕτω καὶ [183] τὰ οὖρα φαίνεσθαι χολώδη. τὰ δ' ὑδατώδεα τῶν οὔρων, τοιαῦτα γάρ ἐστι τὰ διαφανέα, λευκὰ, παμπόλλην τε τὴν ἀπεψίαν δηλοῖ καὶ προσέτι τῆς ξανθῆς χολῆς ἅπασαν τὴν ὁρμὴν ἄνω γεγονέναι πρὸς τὴν κεφαλήν. διαφανῆ μὲν γὰρ γίγνεταί τισιν οὖρα, χωρὶς τοῦ λευκὰ, λεπτὰ μὲν ὄντα τῇ συστάσει, χολώδη δὲ τῇ χρόᾳ. τὰ δὲ διαφανῆ τε ἅμα καὶ λευκὰ τελέως ἐστὶν ὑδατώδη. εἰ μὲν οὖν ἁπλῶς εἴη γεγραμμένον, μάλιστα δὲ τοῖς φρενιτικοῖσιν, εἴρηται σαφῶς ὁ νοῦς τοῦ λόγου. προσκειμένου δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἐπιφαίνεται, καθάπερ ἐν ἄλλοις πρόσκειται τῶν ἀντιγράφων, τὸ δηλούμενον ἔσται τοιοῦτον. τὰ ὑδατώδη τῶν οὔρων ἐστὶ πονηρὰ, μάλιστα ἐπιφαίνεται τοιαῦτα τοῖς ὀλεθρίως ἔχουσι φρενιτικοῖς. οὐ γὰρ δὴ πᾶσί γε ὥς τινες ἤκουσαν τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον, οὐδὲν ἐπιστάμενοι τῶν κατὰ τοὺς ἀῤῥώστους ἐπιφαινομένων. ἔν

jectis prius per morbum et proſtratis viribus ſunt pernicioſae, ut in phrenitide. Nullum ſiquidem vidi, in quo talis apparuiſſet urina, phreniticum ſalvum evaſiſſe. Melius enim eſt, quemadmodum totus morbus bilioſus eſt, ſic et urinas bilioſas apparere. Aquoſae vero urinae, ejusmodi namque ſunt pellucidae albae, maximam cruditatem ſignificant et praeterea totum ſlavae bilis impetum ſurſum in caput factum eſſe denunciant. Quibusdam enim urinae ſunt perſpicuae, non etiam albae, compage quidem tenues, colore vero bilioſae. Quae vero limpidae ſimul et albae exiſtunt, prorſus aquoſae ſunt. Si igitur ſimpliciter ſcriptum ſit maxime vero in phreniticis malae, manifeſta eſt aphoriſmi ſententia. Si vero ut in aliis habetur exemplaribus, ad finem orationis adjiciatur verbum *apparent*, ſenſus erit talis: *aquoſae urinae malae ſunt, maxime vero tales apparent in phreniticis qui pernicioſe ſe habent.* Neque enim in omnibus, quemadmodum nonnulli hujus libri interpretes intellexerunt, ignari prorſus

Ed. Chart. IX. [183.] Ed. Baſ. V. (282.)

τισι δὲ τῶν ἀντιγράφων οὕτω γέγραπται τὸ τέλος τοῦ ἀφορισμοῦ, μάλιστα δ' ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται τὰ τοιαῦτα, καὶ ἔστιν ἡ αὐτὴ διάνοια τῇ κατὰ τὴν προειρημένην δευτέραν γραφῆν.

ογ'.

Ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα, ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγενομένου, τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται, ἢν μὴ φῦσαι καταρράγωσιν ἢ οὖρου πλῆθος ἐπέλθῃ. ἐν πυρετοῖσι τὰ ταῦτα.

Ὑποχονδρίων μετεώρων ὅπερ ἐστὶν ἐν ὄγκῳ μείζονι κατὰ πολλὰς αἰτίας γιγνομένων, ἔστι μία καὶ ἡ διὰ πνεῦμα φυσῶδες, ὑπὲρ ἧς νῦν διαλέγεται, διττῶς αὐτῆς γιγνομένης, ἐνίοτε μὲν ἐπὶ διαθέσει τινὶ δυσλύτῳ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα χωρίων, ἐνίοτε δὲ ἐπί τινι προσφάτῳ προφάσει. διακρίνει δὲ ταῦτα νῦν ὁ Ἱπποκράτης· ἡ μὲν γὰρ προτέρα

eorum quae in aegrotis apparent. In quibusdam autem exemplaribus ita finis aphoriſmi ſcriptus eſt, praecipue vero in phreniticis apparent, et idem eſt intellectus qui ſecundae lectionis ſuperius a nobis explicatae.

LXXIII.

Quibus ſublata hypochondria murmurant, ſuccedente lumborum dolore, iis alvi humectantur, niſi flatus deorſum erumpant aut urinarum copia prodeat. Haec autem in febribus.

Quum multis de cauſis hypochondria tollantur, hoc eſt majorem in tumorem adducantur, ex his una ſpiritus eſt flatulentus, de qua nunc diſſerit, biſariam fieri ſolita; interdum propter affectum aliquem inveteratum et ſolutu difficilem partium ad ventrem attinentium; interdum vero ob recentem aliquam occaſionem. Has autem affectiones nunc diſtinguit Hippocrates, nam prima affectio ſine

Ed. Chart. IX. [183. 184.] Ed. Baſ. V. (282.)

διάθεσις οὐ μετὰ βορβορυγμοῦ γίγνεται, τεταμένα γὰρ καὶ πεφυσημένα καθάπερ ἀσκὸν ἀποφαίνει τὰ ὑποχόνδρια, ἡ δ' ἑτέρα μετὰ βορβορυγμοῦ συνίσταται καλεῖται δ' οὗτος ὁ ψόφος τοῦ πνεύματος, ὅταν μὴ μέγας ᾖ, μηδὲ πολὺς, σὺν ὑγρότητι δέ τινι μετρίᾳ κινούμενος ἐπὶ τὰ κάτω. καὶ τοίνυν καὶ συμβαίνει τῷ τοιούτῳ βορβορυγμῷ κατιόντι τὸν ἐκ τῶν ὑποχονδρίων ὄγκον εἰς τὰ κατὰ τὴν ὀσφὺν ἅμα ἑαυτῷ καταφέρειν, ἐφ' ᾧ πεινομένων τῶν ἐνταῦθα μορίων [184] ἄλγημά τι γίγνεσθαι κατ' αὐτήν. εἶθ' οὕτως ἐνίοτε μὲν εἰς ἀνάδοσιν ὁρμήσαντες τοῦ ὑγροῦ τὸ φυσῶδες πνεῦμα διαχωρηθῆναι μόνον, ἐνίοτε δὲ σὺν τῷ ὑγρῷ. καὶ μέντοι καὶ τὸ ἀναδοθὲν ὑγρὸν ὡς τὰ πολλὰ δι' οὔρων ἐκκρίνεται. προσηκόντως οὖν εἶπεν ἐν τοῖς εἰρημένοις σημείοις, κοιλίαν καταῤῥήγνυσθαι, εἰ μή γε συμβῇ ἰδίᾳ μὲν ἀναδοθῆναι τὸ ὑγρὸν, ἰδίᾳ δὲ τὸ καταληφθὲν ἐν τοῖς ἐντέροις πνεῦμα δι' ἕδρας ἐκκριθῆναι. ἔστι δ' ὅτε ἄμφω πρὸς ἀνάδοσιν ὁρμώμενα τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ πνεῦμα διεξέρχεται ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν κύστιν. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἀφορισμοῦ γε-

murmure fit. Tenſa namque atque inflata utris inſtar reddit hypochondria; altera fit cum murmure. Sic autem vocatur ſtrepitus ſpiritu editus, quum neque magnus, neque multus exiſtit et cum quadam mediocri humiditate deorſum movetur. Accidit igitur tali murmure ad lumbos deſcendente, una cum ipſo tumorem ex hypochondriis devehi; unde partibus hic poſitis ab eodem diſtentis dolorem excitari contingit; deinde hoc pacto humore ad diſtributionem concitato, ſolus ſpiritus, nonnunquam etiam una cum humore per alvum emittitur. Quin etiam diſtributus humor fere per urinas excernitur. Proditis ergo decenter ſignis, ait alvum erumpi, niſi ſeorſum humorem quidem diſtribui, ſeorſum vero ſpiritum in inteſtinis detentum per ſedem excerni contingat. Contingit vero interdum utrumque et ſpiritum et humorem ad diſtributionem concitatum in veſicam facile permeare. Quod autem ad finem aphoriſmi ſcriptum eſt: *haec autem in febribus,*

Ed. Chart. IX. [184.] Ed. Baſ. V. (282.)

γραμμένον, ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα τοιοῦτόν μοι δοκεῖ δηλοῦν. πυρετοῖς ἐνοχλεῖσθαι τοὺς νοσοῦντας ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ τοὺς ἄνευ τινὸς φλεγμονῆς ἢ ἀποστήματος ἢ ἀλγήματος ἢ ἐρυσιπέλατος ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν ἄνευ μορίου τινὸς ἐξαιρέτως πεπονθότος ἔχοντας κακῶς. εἰ δ' ἤτοι διὰ πλευροῦ φλεγμονὴν ἢ πνεύμονος ἤ τινος ἑτέρου τοιούτου πυρέττοιεν, οὐ πυρεταίνοντας αὐτοὺς ὠνόμαζον, οὐδ' ὑπὸ πυρετῶν ἐνοχλουμένους, ἀλλὰ πλευριτικούς τε καὶ περιπνευμονικούς, ἡπατικούς τε καὶ σπληνικοὺς ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. νῦν οὖν μοι δοκεῖ βούλεσθαι δηλοῦν ὁ Ἱπποκράτης δυοῖν θάτερον ὡς ἢ τοῖς πυρετοῖς τούτων ὧν εἴρηκε συμβαινόντων, ἐν οἷς οὐδέν ἐστι τὸ πεπονθὸς μόριον ἢ ὡς γιγνομένων μὲν καὶ κατ' ἐκεῖνα τὰ νοσήματα, μὴ μέντοι καταῤῥηγνυμένης αὐτῶν γαστρὸς ἢ φυσῶν ἢ οὔρων διερχομένων. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ φυσικῇ τινι κινήσει τῶν μορίων ἀπωθουμένων τὸ φυσῶδες πνεῦμα γίγνεσθαι συμβαίνει τὸν βορβορυγμὸν ἐν ἐκείνοις, ἀλλ' ὡς σύμπτωμα μόνον.

---

tale quiddam mihi ſignificare videtur. A febribus vexari veteres eos dicebant, qui absque aliqua inflammatione aut abſceſſu aut dolore aut eryſipelate aut, ut ſimpliciter dixerim, absque aliqua parte praecipue affecta aegrotabant. Quod ſi vel propter lateris vel pulmonis aut ejusmodi alterius cujusdam partis inflammationem febricitarent, non febricitantes ipſos nominabant, neque febribus vexari dicebant, ſed pleuriticos aut peripneumonicos aut hepaticos aut ſplenicos, aliisve ſimilibus nominibus appellabant. Nunc itaque mihi videtur Hippocrates ex duobus alterum velle ſignificare vel quod quae dixit ea febribus accidant in quibus nulla pars eſt affecta vel quod illis etiam morbis, qui ob male affectam aliquam partem fiunt accidant; non tamen ipſis alvus profluat vel flatus aut urinae prodeant. Neque enim aliquo naturali motu partium flatulentum ſpiritum depellentium murmur in illis fieri contingit, ſed tanquam ſymptomata dumtaxat eſt affectus partem aliquam male habentis.

Ed. Chart. IX. [184. 185.] Ed. Baſ. V. (282.)

οδ'.

Ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς τὰ ἄρθρα ἀφίσταται, ῥίεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ καὶ παχὺ καὶ λευκὸν γινόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίνεσθαι· ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμορῥαγήσῃ, καὶ πάνυ ταχέως λύεται.

Λέλεκταί μοι καὶ πρόσθεν ὡς ἀποστάσεις εἰς τὰ ἄρθρα γίγνονται τοῖς τε προπεπονηκόσιν αὐτὰ καὶ τοῖς ὁπωσοῦν κοπώδεσιν ἐν τῇ νόσῳ γιγνομένοις, ἔτι τε πρὸς τούτοις ὅσοι χρονίζουσι παχέων χυμῶν ἐπὶ πλήθει. ἐὰν οὖν ἡ φύσις ἀῤῥωστήσῃ, δι' οὔρων ἐκκυθᾶραι τὸ [185] *σῶμα, τῆς ἀποστάσεως ἐρύσαιτο τὸν κάμνοντα τὸ μέλλον εἰς ἄρθρα κατασκήπτειν, ἐκκενώσασα διὰ κύστεως. ἠρκέσθη δὲ τῶν κοπωδῶν πυρετῶν ὡς παραδείγματος μνημονεῦσαι, τὴν ἀρχὴν τὴν εἰς οὖρα ῥοπὴν ἐν ἡμέρᾳ λαβόντων ἐπιδήλῳ. τοιτοις γὰρ τοῖς κοπώδεσι ἀποστήματα ποιεῖν ὑπάρχει διὰ*

LXXIV.

Quibus ſpes eſt ad articulos abſceſſum fore, eos abſceſſu liberat urina copioſa et craſſa et alba reddita, qualis in febribus laborioſis quarto die quibusdam fieri incipit. Quod ſi ex naribus ſanguis profluxerit, tum brevi admodum ſolvitur.

Abſceſſus ad articulos procreari etiam a me prius dictum eſt tum in iis quibus articuli prius laboraverint, tum quibus quoquomodo per morbum ipſi laſſitudinem ſubierint et in iis praeterea, quibuscunque morbus propter craſſorum humorum copiam diuturnus perſeveret. Si itaque natura voluerit corpus per urinam expurgare, aegrum abſceſſu liberabit, quum humorem ad articulos decubiturum per veſicam evacuet. At ſatis habuit Hippocrates febrium laborioſarum tanquam exempli gratia meminiſſe, quae die indice motionis initium ad urinas ſu-

Ed. Chart. IX. [185.] Ed. Baſ. V. (282.)

ταχέων, οὐκ ἀναμένουσι πλείονα χρόνον ὥσπερ οἱ ἄλλοι. τοῖς δ' αὐτοῖς τούτοις καὶ τὰ παρ' οὖς ἀποστήματα πέφυκε γίγνεσθαι, ὡς τοῖς γε ἄλλοις χρονίοις εἰς τὰ κάτω μᾶλλον ἀποσκήπτει τὸ πλῆθος. οἷς οὖν ἡ θερμασία πλείων γινομένη μετέωρον εἰργάσατο τὴν ὕλην, ἤτοι διὰ ῥινῶν αἱμορραγοῦσιν ἢ παρωτίδας ἴσχουσιν, ὅτι δ' ἡ τοιαύτη λύσις θᾶττόν ἐστι τῆς δι' οὔρων οὐδὲ λόγου δεῖται. διὸ καὶ προσέθηκεν ὁ Ἱπποκράτης ἐπ' αὐτῆς καὶ πάνυ ταχὺ λύεται τῆς ἑτέρας τῆς δι' οὔρων κενώσεως, ἡμερῶν πλειόνων δεομένης· τὸ δ' ἐπὶ τῆς τετάρτης ἐν παραδείγματι γέγραπται πρὸς αὐτοῦ, μετάγειν δὲ σὲ χρὴ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἁπάσας, ὅσαι θεωρηταί εἰσι καὶ κρίσιμοι.

οε'.

Ἢν αἷμα ἢ πῦον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν ἢ τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

munt. Hiſce namque laborioſis febribus hoc ineſt ut abſceſſus faciant non exſpectato, quod ceterae febres faciunt, longiore tempore. Iisdem ipſis ſecundum aures etiam fieri abſceſſus conſuevere, quemadmodum aliis chronicis et diuturnis febribus in partes inferiores humorum redundantia magis decumbit. Quibus igitur major calor in altum materiam ſuſtulerit, ipſis vel profluit e naribus ſanguis aut parotides oboriuntur. Quod autem ejusmodi febris ſolutio celerius fiat quam quae per urinas oratione non indiget. Quare poſt eam addidit Hippocrates: *brevi admodum ſolvitur*; quum altera quae per urinas fit vacuatio, plures ad ſolutionem dies requirat. Quod autem ab ipſo quarto die pronunciatur, exempli vice ſcriptum eſt. Tibi autem ad alios etiam dies omnes indices et critici transferendi ſunt.

LXXV.

Si quis ſanguinem aut pus mejat, renum aut veſicae ulcerationem ſignificat.

Ed. Chart. IX. [185.] Ed. Baſ. V. (282. 283.)

Ἐάν τε κατὰ τὴν κύστιν ἐάν τε ἐν νεφροῖς ἕλκος γένηται, κατὰ μὲν ἀγγείου τινὸς ἀξιολόγου ῥῆξιν, συστάντος αὐτοῦ καὶ μάλιστα μετὰ ἀναβρώσεως, αἵματος ἔκκρισις ἐπακολουθεῖ, χωρὶς δὲ τοῦ πύου μόνου. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ κατά τινα τῶν οὐρητήρων ἕλκους γινομένου καὶ πῦον οὐρηθῆναι καὶ αἷμα. μέσοι δ' οὗτοι κεῖνται νεφρῶν τε καὶ κύστεως καὶ χρὴ συνυ- (283) πακούειν αὐτοὺς ἐκείνους. ἑλκοῦνται δ' ὡς τὰ πολλὰ τοῖς λιθιῶσι κατὰ νεφροὺς οὐρητῆρες, ὅταν ὑπὸ λίθου τινὸς ὀξέος ἢ σφόδρα τραχέος ἐμφραχθέντος αὐτοῖς ἀναδαρῶσι, τῶν μέντοι κατὰ τὸ αἰδοῖον αὐτὸ γιγνομένων ἑλκῶν καὶ χωρὶς τῶν οὔρων ἐκκρίνεται τό τε πῦον καὶ τὸ αἷμα. συνεξέρχεται δὲ τοῖς οὔροις πῦον ἐνίοτε συῤῥαγέντος ἀποστήματος ἔν τινι τῶν ἄνω χωρίων· ὅθεν ἔνιοι τῶν ἐξηγητῶν καὶ οἱ πλείους εἵλοντο τὴν ἑτέραν γραφὴν, τὴν διὰ τοῦ καί συνδέσμου, τήνδε τὴν λέξιν ἔχουσαν· ἢν αἷμα καὶ πῦον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν ἢ τῆς κύστεως ἕλκωσιν σημαίνει, ὡς τοῦ ἑτέρου μόνου αὐτῶν οὐρουμένου τοῦ πύου, δυνατὸν οὐ νεφρῶν ἢ κύστεως μόνον ἡλκωμένων, ἀλλὰ καί

Sive in veſica ſive in renibus ſit ulcus, ſi ſimul quidem cum vaſis alicujus majusculi ruptione, maximeque eroſione inciderit, ſanguinis ſubſequitur excretio; ſi vero iſta abſuerint, ſolum pus excerni ſolet. Sed fieri etiam poteſt ut in aliquo meatuum urinariorum facto ulcere tum pus excernatur tum ſanguis. Hi vero quia renes et veſicam interjacent, una cum illis intelligendi veniunt. Ureteres autem iis plerumque exulcerantur quum a quodam lapide acuto aut impenſe ſcabro ipſis intercepto exoriantur. Enimvero in ipſo pene ſi ulcera conſiſtant, etiam ſine urinis tum pus tum ſanguis excernitur. In aliqua vero ſuperiorum regionum etiam interdum ſimul cum urinis, rupto abſceſſu, pus egreditur. Unde nonnulli interpretes iique plures alteram lectionem magis probarunt, quae cum copulandi particula *et* in hunc modum legitur: *ſi quis ſanguinem et pus mejat, renum et veſicae exulcerationem ſignificat.* Quod ſi horum alterum pus ſcilicet ſolum mejatur, non modo renum aut veſicae exul-

Ed. Chart. IX. [185. 186.] Ed. Baſ. V. (283.)

τινος τῶν ἀνωτέρω τὸ σημεῖον εἶναι. [186] τάχα μὲν οὖν τι καὶ οὗτοι λέγουσι, τάχα δὲ καὶ τὰ οὐρέῃ ῥῆμα διάφορόν τι δηλοῖ τοῦ οὐρῆσαι, τὸν διορισμὸν ἐν αὐτῷ περιέχον. οὐ γάρ ἐστι ταὐτὸν ἢ οὕτως εἰπεῖν, ἢν αἷμα ἢ πῦον οὐρέῃ, ἢ ἐκείνως, ἢν αἷμα καὶ πῦον οὐρήσῃ. ἐν μιᾷ μὲν γὰρ ἢ δυοῖν ἢ τρισὶν ἡμέραις ἐγχωρεῖ πῦον οὐρῆσαι, συῤῥαγέντος ἀποστήματος εἰς τὰ τῆς οὐρήσεως ὄργανα. πολλαῖς δ' ἡμέραις ἢ καὶ μησὶν ἐπειδὰν τοῦτο γένηται, νεφρῶν ἢ κύστεως ἕλκωσις δηλοῦται. ὁποτέρου δ' αὐτῶν μᾶλλον ἥ τ' ὀδύνη διακρίνει κατὰ διαφέροντα χωρία γιγνομένη καὶ τὰ συνεκκρινόμενα τοῖς οὔροις, ὑπὲρ ὧν ἐφεξῆς ἐρεῖ. καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ τῶν οὐρητήρων ὁ αὐτός ἐστι λόγος.

οστ'.

Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία σμικρὰ ἢ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.

---

ceratorum, ſed ſuperiorum etiam partium alicujus ſignum eſſe poſſit. Hi ſane fortaſſis aliquid dicunt, fortaſſis etiam verbum *mejat* aliud quiddam ſignificat, quam minxerit, atque in ſe diſtinctionem continet. Non enim idem eſt vel ita dicere: ſi quis ſanguinem aut pus mejat; aut illo modo: ſi quis ſanguinem et pus minxerit. Uno namque aut duobus aut tribus diebus potuit minxiſſe pus rupto abſceſſu et in mictionis inſtrumenta effuſa. Multis autem diebus ac menſibus, ubi hoc factum fuerit, renum aut veſicae exulceratio ſignificatur. Utrum autem ipſorum magis ſit, tum dolor in diſcrepantibus locis factus, tum ea quae cum urinis excernuntur diſtinguunt, de quibus deinceps loquetur. Jam vero et de ureteribus eadem eſt ratio.

LXXVI.

Quibus cum urina craſſa exiles carunculae aut veluti capilli ſimul exeunt, ii a renibus excernuntur.

Ed. Chart. IX. [186.] Ed. Baſ. V. (283.)

Τὰ μικρὰ μὲν σαρκία τῆς τῶν νεφρῶν οὐσίας εἰσὶ γνωρίσματα, τὰ δ' ὥσπερ τρίχες οὐδαμῶς μὲν τῆς τῶν νεφρῶν. οὐ γὰρ οἷόν τε διαλυθῆναι νεφρὸν εἰς τοιοῦτον εἶδος οὐσίας, ἀλλ' ὅσοι τοῦτο λέγουσιν ἀγνοοῦσι φύσιν νεφρῶν. οὐ μὴν οὐδὲ κύστεως ἀναλυομένης τε καὶ ἀναβιβρωσκομένης, ὡς ἐνίοις ἔδοξεν, οὐρεῖται τὰ τοιαῦτα. πεταλώδη γάρ ἐστι μᾶλλον τὰ ταύτης μόρια, καθάπερ καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ὀλίγον ὕστερον αὐτὰ προσαγορεύει λεπίδας. ἀλλὰ τό γε ἀληθὲς οὕτως ἔχει πολλάκις ἡμῖν ἑωραμένα ἔκ τινος τύχης. ἄλλοι γοῦν τινες ἰατροὶ πάνυ τρίβωνες ἑωρακέναι πολλάκις φασὶν οὖρα τοιαῦτα. καλοῦσι δ' οἱ νεώτεροι τριχίασιν τὸ πάθος, ἐπειδὴ θριξὶν ὅμοια καὶ μᾶλλόν γε ταῖς λευκαῖς ἐοικότα φαίνεται τὰ τοῖς οὔροις ἐμφαινόμενα. ἔναγχος δέ τις οὔρει τοιαῦτα σώματα μακρὰ ὥστ' ἄπιστον τὸ μῆκος ἐδόκει εἶναι· τινὰ γὰρ αὐτῶν εἰς ἥμισυ πήχεως ἐξετείνετο. προσενήνεκτο δ' οὗτος ὅλῳ σχεδὸν ἐνιαυτῷ τῷ πρόσθεν ἐρεγμῶν τε καὶ κυάμων πάνυ πολλάκις καὶ τυρῶν ἁπαλῶν τε καὶ ξηρῶν. καὶ οἱ ἄλλοι δὲ

Exiles quidem carunculae certa renum ſubſtantiae ſunt indicia; illa vero veluti capilli nullo modo renum. Neque enim fieri poteſt ut in talem ſubſtantiae formam ren diſſolvatur; et qui hoc aſſeverant, renum naturam ignorant. Sed neque retexta veſica aut exeſa talia mejuntur, ut quibusdam viſum eſt. Sunt enim hujus particulae bracteis ſimiliores, quemadmodum et Hippocrates paulo poſt eas ſquamulas appellat. Verum rei veritas ita ſe habet, quod nobis ſorte quadam ſaepius vidiſſe contigit; alii quoque nonnulli medici experientiſſimi ſaepe ſe tales urinas vidiſſe dicunt. Quam affectionem medici recentiores pili mictionem vocitant, quod villis praeſertim albis ea quae per urinas feruntur ſimilia appareant. Sed nuper etiam quidam ejusmodi corpora tam longa mejebant, ut incredibili longitudine viderentur: quaedam enim ex ipſis ad dimidium cubitum extendebantur. Is toto fere anno praegreſſo frequentiſſime legumina, freſa fabamque potiſſimum et caſeum tenerum et ſiccum comederat. Et

Ed. Chart. IX. [186. 187.] Ed. Baf. V. (283.)

πάντες οἷς οὐρῆσαι συνέβη τὰ τοιαῦτα, παχυχύμοις ἐδέσμασιν ἐκέχρηντο. τούτου τοίνυν τοῦ χυμοῦ κατωπτημένου πως ἐν νεφροῖς αἱ τριχοειδεῖς γίνονται συστάσεις. καὶ μέντοι καὶ ἡ θεραπεία μαρτυρεῖ τῷ λογισμῷ τῆς αἰτίας· ὑπὸ γὰρ λεπτυνόντων καὶ τεμνόντων φαρμάκων ἅμα καὶ τῷ τὴν ἄλλην δίαιταν ὑγραίνουσαν ὑπάρχειν ἐθεραπεύ- [187] θησαν οἱ κάμνοντες οὕτως. εἴπερ δὲ ἦν ἕλκωσις τηλικαύτη νεφρῶν ἢ κύστεως, ὡς διαλύεσθαι τὴν οὐσίαν αὐτῶν, οὐ μόνον οὐδὲν ἂν ὠνίναντο ὑπὸ τῶν τοιούτων φαρμάκων, ἀλλὰ καὶ παρωξύνοντο ἐσχάτως· ἄξιος οὖν ἐστιν ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτω κἀν τούτῳ θαυμάσαι τὸν Ἱπποκράτην τὰ μηδέπω μηδὲ τήμερον ἐγνωσμένα πολλοῖς τῶν ἰατρῶν αὐτὸν ἐξευρεῖν. καὶ μέντοι καὶ ἡ λέξεως ἀκρίβεια θαυμασιῶς ὅπως ἔχει λέγοντος ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεσθαι τὰ τοιαῦτα. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ πρόσθεν ἀφορισμοῦ ἕλκωσιν τοῦ νεφροῦ αἰτιᾶται οὕτω καὶ νῦν εἶπεν, ἀλλ' ἁπλῶς ἀπὸ νεφρῶν ἐκκρίνεσθαί φησιν, ὡς καὶ λίθον τινὸς οὐρήσαντος ἀπὸ νεφρῶν ἐνηνέχθαι φαίημεν ἂν αὐτὸν, οὐχ ὅτι τῆς οὐσίας αὐ-

ceterae denique omnes quibus talia mejere contigit, pachychymis et craſſis eduliis veſcebantur. Tali igitur humore in renibus quodammodo torreſacto capillis ſimilia corpora generantur. Quin etiam curatio cauſae conſiderationem teſtatur: nam qui ita aegrotarent, medicamentorum attenuantium et incidentium vi ſimul cum reliqua victus ratione humectante curati ſunt. Quod ſi tanti fuiſſet renum aut veſicae exulceratio, ut eorum ſubſtantia diſſolveretur, non modo nihil ejusmodi medicamentis eorum adjuti, verum etiam ſupra modum irritati fuiſſent. Quare quemadmodum in aliis, ſic et in his admiratione dignus eſt Hippocrates, quod ea invenerit quae medicis compluribus ad hunc uſque diem prorſus ignorata fuerint. Quin etiam orationis integritas admirationem habet talia excerni dicentis: non enim quemadmodum in ſuperiori aphoriſmo renum incuſat exulcerationem, ita et nunc pronunciavit, ſed ſimpliciter ex renibus excerni affirmat, quemadmodum ſi aliquo calculum mejente a renibus ipſum delatum eſſe

Ed. Chart. IX. [187.] Ed. Baf. V. (283.)

τῶν ἐστι μόριον, ἀλλ' ὅτι τὴν σύστασιν ἐν ἐκείνοις λομβάνει. τὰ μὲν οὖν σμικρὰ σαρκία τῆς οὐσίας ἐστὶ μόρια ἑλκωθέντων ὅλως τῶν νεφρῶν, τὰ δ' οἷον τρίχες ἐν νεφροῖς μὲν λαμβάνει τὴν σύστασιν, ὥσπερ καὶ οἱ λίθοι, μόρια δ' οὐκ ἔστι τῆς οὐσίας αὐτῶν. κακῶς ἐν ἅπασι τοῖς ἀντιγράφοις ὁ ἀφορισμὸς οὗτος ἄνευ τοῦ ἢ γέγραπται, σαρκία σμικρὰ ὥσπερ τρίχες. οὐδαμῶς γὰρ ἔοικε τὰ σμικρὰ σαρκία τοῖς θριξίν· ἀλλὰ χρὴ μεταξὺ τοῦ τε σμικρὰ καὶ τοῦ ὥσπερ τὸ ἢ φωνῆεν τάξαι, ὡς δυοῖν πραγμάτοιν, οὐχ ἑνὸς ἐν τῷ λόγῳ μνημονεύοντος τοῦ Ἱπποκράτους. τὸ μὲν οὖν ἕτερον αὐτῶν ἐστι σαρκία σμικρὰ, τὸ δ' ἕτερον ὥσπερ τρίχες. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ταῖς θριξὶν ὁμοίων ἀεὶ φαίνεται παχὺ τὸ οὖρον ὡς ἂν φλεγματικῆς οὐσίας. ἢν ἠθροισαν αἱ φλέβες ἐκκαθαιρομένης διὰ τῶν νεφρῶν, ἐπὶ δὲ τῶν σαρκίων οὐκ ἀναγκαῖον. οὐ μὴν οὐδὲ ἐθεασάμην ποτὲ τοιαύτην νεφρῶν διάθεσιν· ἀλλὰ τὸ μὲν οἷον σαρκία πολλάκις ἐν ἐκείνοις τοῖς πυρετοῖς, ἐν οἷς καὶ τὰς καλουμένας

dixerimus. Non quod eorum ſit ſubſtantiae particula, ſed quod in ipſis ſuam compagem ſit ſortitus. Exiguae itaque carunculae exulceratorum omnino renum ſubſtantiae partes exiſtunt. Quae vero ſunt pilis ſimilia, in renibus quidem ſuam compagem accipiunt, ut et lapides, ſed eorum ſubſtantiae partes non ſunt. Male ergo in omnibus exemplaribus hic aphoriſmus ſine diſjungendi particula *aut* legitur: *exiles carunculae veluti pili.* Nequaquam enim exiguae carunculae pilis ſunt ſimiles. *Verum inter exiguae et veluti*, media diſtinctio *aut* collocanda eſt, quia duarum rerum, non unius hoc aphoriſmo Hippocrates mentionem faciat: quarum una eſt exiguae carunculae, altera veluti pili. Atque in iis quidem quae pilis ſunt ſimillima, ſemper craſſa urina ſpectatur, ut pituitoſam ſubſtantiam quam venae cumularent, natura per renes expurgante: in carunculis non eſt neceſſarium. Nunquam tamen talem renum affectionem ſpectavi, ſed veluti carunculas ſaepius in illis febribus, in quibus etiam ſedi-

Ed. Chart. IX. [187.] Ed. Baſ. V. (283.)

ὀροβοειδεῖς ὑποστάσεις ὁρῶμεν γιγνομένας καιωπτημένου παχέως αἵματος ἐν νεφροῖς ἢ καθ' ἧπαρ. οὐ μὴν ἀκριβῆ γε σαρκία τεθέαμαί ποτε συνεξερχόμενα τοῖς οὔροις. ἐγχωρεῖ οἶν, ἡγοῦμαι, παχὺ οὖσον εἰρῆσθαι πρὸς αὐτοῦ τὸ σύμμετρόν τε καὶ κατὰ φύσιν. ἀντίκειται γὰρ ἰοῦτό πως τῷ λεπτῷ καὶ γινώσκομεν, ὅτι κυρίως μὲν αἱ κατὰ τὰς ὑπερβολὰς ἀνιεθέσεις οὕτω λέγονται. καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ μέσον ἐνίοτε καὶ σύμμετρον ἀμφοτέροις χρῆται τοῖς ὀνόμασι τῶν ἄκρων. πρὸς μὲν τὸ τελέως παχὺ λεπτὸν ὀνομαζόμενον, πρὸς δὲ τὸ λεπτὸν ἐσχάτως παχύ, καὶ εἴπερ οὕτως ἀκούσαιμεν, ὁ λόγος ἔσται τοιοῦτος· οἷς ἐν τῷ οὔρῳ μὴ ὄντι λεπτῷ συνεξέρχεται τὰ εἰρημένα, τῶν νεφρῶν ἐστι τὸ πάθημα, λεπτῶν μέντοι τῶν οὔρων ὄντων ὅλον τὸ φλεβῶδες γένος πέπονθε. τὴν δ' αὐτὴν ταύτην γνώμην δείκνυσθαί μοι δοκεῖ καὶ κατὰ τὸν ἑξῆς ἀφορισμόν.

---

menta ervoſa vocata fieri cernimus ex craſſo ſanguine in renibus aut in jecore aſſato et torrefacto. Non tamen perfectas carunculas unquam cum tenui urina exire vidi. Potuit itaque, mea quidem ſententia, craſſa urina ab ipſo dici quae commoderata et ſecundum naturam eſt. Agnoſcimus proprie quidem ſecundum exceſſus oppoſitiones ita dici; per abuſionem autem et medium et commoderatum utrisque extremorum tribui nominibus, quum ad ſumme quidem craſſum tenue, ad ſumme vero tenue craſſum nominetur. Quod ſi ita accipiantur, ejusmodi erit oratio: quibus in urina non tenui una exeunt ſupra commemorata, renum eſt pathema; ſi vero ſit tenuis, totum venoſum genus patitur. Eandem etiam mihi ſequenti aphoriſmo ſententiam indicare videtur.

Ed. Chart. IX. [188.] Ed. Baf. V. (283. 284.)

οζ'.

[188] Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρώδεα συνεξουρέεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

Ἐὰν μὲν οὖν λεπτὸν ᾖ τὸ οὖρον, οὐ κατὰ φύσιν αἱ φλέβες, ἐὰν δὲ μὴ ᾖ λεπτὸν, ἀλλὰ μετρίως συνεστηκὸς, ὅπερ ἀκοῦσαι νῦν χρὴ τὸ παχύ, τὰ συνεκκρινόμενα τῷ τοιούτῳ περὶ τοὺς νεφροὺς ἢ τὴν κύστιν ἐνδείξεταί τι πάθος. ἐπειδὴ γὰρ ἐκ μὲν τῶν φλεβῶν ἦκε, τὸ οὖρον, διηθεῖται δὲ διὰ τῶν νεφρῶν, ἀθροίζεται δὲ ἐν τῇ κύστει, πᾶν ὅ τι περ ἂν ἐν αὐτῷ φαίνηται παρὰ φύσιν ἢ τὰς φλέβας ἐνδείξεται φαύλως ἔχειν ἢ τὰ κατὰ τοὺς νεφροὺς ἢ κύστιν, ὥσπερ καὶ νῦν τὰ πιτυρώδεα τὴν κύστιν ψωριᾶν, ὅταν γ' αἱ φλέβες ἀπαθεῖς ὑπάρχωσι. φέρεται γὰρ ἐνίοτε καὶ ἐξ ἐκείνων τὰ πιτυρώδη, ποτὲ μὲν αὐτοῦ τοῦ χιτῶνος αὐτῶν παθόντος, ὥσπερ καὶ τοῦ τῆς κύστεως, ἔστι δ' ὅτε τοῦ κατ' αὐτὰς αἵματος ὑπὸ καυσώδους θερμοῦ (284) φρυγέντος. ἐπιτηδειότερος δὲ δηλονότι πρὸς τοῦτο πᾶς ὁ παχὺς ἐν αὐταῖς

LXXVII.

Quibus cum urina craſſa furfuroſa quaedam ſimul mictu exeunt, his veſica ſcabie laborat.

Si tenuis quidem urina fuerit, non ſecundum naturam venae ſe habent; ſi vero non tenuis, ſed mediocriter conſtans et compacta fuerit, quo ſignificato craſſam nunc non accipere oportet, tum ea quae ſimul cum tali urina excernuntur, in renibus aut veſica affectionem eſſe indicabunt. Quum enim ex venis urina veniat et a renibus prolectetur et per eos percoletur, *per uteres in veſicam transmittatur* atque in veſica colligatur, quidquid in ipſa praeter naturam apparuerit aut venas aut renes aut *ureteres* aut veſicam male habere ſignificabit. Quomodo nunc furfuroſa iſta affectam ſcabie veſicam portendunt, quum venae nullum affectum patiuntur. Ex ipſis enim interdum etiam ejusmodi furfuroſa deferuntur, ipſarum alias affecta tunica, quemadmodum veſicae quoque tunicam

Ed. Chart. IX. [188. 189.] Ed. Baſ. V. (284.)

χυμός ἐστι καὶ μᾶλλον ἔτι ἡ οἷον τρὺξ τοῦ αἵματος, ὃν ὀνομάζειν εἰθίσμεθα μελαγχολικὸν χυμόν. ὥσπερ γὰρ ἡ τοῦ δέρματος ἐπιφάνεια, καλοῦσι δ' αὐτὴν ἐπιδερμίδα κατὰ τὰς ψώρας καὶ τὰς λέπρας καὶ τοὺς λειχῆνας, ἀπυβάλλει τι λεπτὸν, οἷόν περ τὸ γῆρας ἐστι τῶν ὄφεων, οὕτω κἀπειδάν τι τῶν ἔνδον μορίων ὅμοιόν τι πάθημα πάθῃ οἷς τὸ δέρμα καὶ τὸ σύμπτωμα τοῦ παθήματος ὅμοιον γενήσεται. κατὰ τοῦτο οὖν αἱ φλέβες αὗται καὶ ἡ κύστις ψωριῶσα πιτυρώδεα δέρματα σὺν τοῖς οὔροις ἔξει κενούμενα. διορισθήσεται δὲ τῇ λεπτότητι καὶ τῷ πάχει τῶν οὔρων, ὡς προείρηται. τὰ μὲν γὰρ λεπτὰ πεπονθέναι τὰς φλέβας ἐνδείξεται, τὰ δ' οὐ λεπτὰ τὴν κύστιν.

οη'.

[189] *Ὁκόσοι ἀπὸ ταὐτομάτου αἷμα οὐρέουσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει.*

affici accidit; alias etiam ſanguine in ipſis contento caloris fervore et vehementia peruſto et fricto. Ad hanc affectionem nimirum aptior eſt quivis craſſus humor ipſis incluſus, isque magis qui veluti faex ſanguinis exiſtit; quem humorem melancholicum nominare conſuevimus. Quemadmodum enim cutis ſuperficies, eam vero extimam cuticulam vocitant, per ſcabiem, lepram atque lichenas tenue quoddam corpuſculum abjicit, qualis eſt ſerpentum ſenectus: ſic etiam quum partium interiorum quaedam eundem ſubeat affectum, quo cutis laboraverit, etiam ſymptoma affectui ſimile oborietur. Proindeque tum venae ipſae, tum veſica ſcabie laborantes furfuroſas cuticulas una cum urinis emittent. *Quae unde prodeant*, tum urinarum tenuitate tum craſſitie diſtinguentur, quemadmodum ſupra dictum eſt. Tenues enim urinae venas, non tenues venarum affectum eſſe oſtendent.

LXXVIII.

Qui ſponte ſanguinem mejunt, iis a renibus venulae rupturam eſſe ſignificat.

Ed. Chart. IX. [189.] Ed. Baſ. V. (284.)

Τὸ ἀπὸ ταὐτομάτου δύναται μὲν καὶ χωρὶς αἰτίας τῆς ἔξω δηλοῦν, δύναται δὲ καὶ τὸ οἷον ἐξαίφνης οὐδενὸς προηγησαμένου συμπτώματος, οἷά περ ἐπὶ κύστεως ἡλκωμένης φαίνεται. καὶ ταύτην γὰρ οἷόν τε ῥαγῆναι φλέβα διὰ πλῆθος αἵματος ἐπιῤῥυέντος, ὡς ἐπὶ τῶν νεφρῶν εἴωθε συμβαίνειν, οὐδὲ γὰρ διηθεῖται διὰ τῶν ἐν αὐτῇ φλεβῶν αἷμα, μόνον δ' ὅσον εἰς τροφὴν αὔταρκες αὐτῇ χορηγεῖται. πρὸς τούτῳ δὲ οὐδὲ αἱ φλέβες αἱ κατὰ τὴν κύστιν γυμναί που καὶ ἀστήρικτοι πεφύκασιν, ὥσπερ αἱ εἰς τὰς κοιλίας τῶν νεφρῶν ἐμβάλλουσαι, καθ' ἃς ἀναστόμωσίς τε καὶ ῥῆξις ὑπὸ πάχους καὶ πλήθους γίνεται τῶν κατ' αὐτὰς χυμῶν. ἡ μὲν οὖν ῥῆξις ἀκριβοῦς αἵματος ἐργάζεται κένωσιν, ἡ δ' ἀναστόμωσις οὐκ ἀθρόον αἷμα προχέουσα, καὶ μάλισθ' ὅταν ᾖ βραχύ· καὶ ὀλίγον δὲ τὸ λεπτότερον διηθοῦσα τὸ ὅλον οὖρον ὕφαιμον ἐργάζεται. γίγνεται δ', ὡς ἔφην, καὶ τῶν ἐν κύστει φλεβῶν ἐξ ἀναβρώσεως πεπονθυιῶν αἵματος κένωσις, ἐφ' ᾗ προηγεῖται τοῦ κατὰ τὴν κύστιν ἕλκους τὰ σημεῖα,

Illud ſponte idem poteſt quod ſine cauſa externa ſignificare. Poteſt etiam idem fere quod derepente multo praegreſſo ſymptomate ex iis qualia apparent in veſica ulcerata. Neque enim in ipſa propter ſanguinis affluentis copiam vena rumpi poteſt, quemadmodum in renibus accidere conſuevit, quod per ejus venas ſanguis non percoletur, ſed ſolum ſuppeditetur quantum ad ipſam alendam ſatis eſſe poteſt. Huc adde quod neque venae per veſicam ſparſae natura nudae ſunt aut minus bene firmatae et conſtabilitae, quemadmodum quae in renum ventres inferuntur, quarum oſculationes ſeu apertiones et ruptiones propter humorum qui in ipſis continentur craſſitiem et multitudinem oboriuntur. Ruptio quidem ſinceri ſanguinis vacuationem efficit; oſculatio vero non confertim ſanguinem profundit, praeſertim quum exilis ſit; ſed paulatim tenuiorem percolans ſubcruentam urinam reddit. Fit autem, ut dixi, veſicae etiam venis eroſione laborantibus ſanguinis vacuatio, quam ulceris in ea conſiſtentis

Ed. Chart. IX. [189. 190.] Ed. Baſ. V. (281.)

τουτέστιν ὀδύνη τε τοῦ μορίου καὶ πῦον καί τινα πολλακις αὐτοῦ τοῦ σώματος τῆς κύστεως οἷόν περ θρύμματα καιὰ τοῦτο οὖν ἄμεινον ἀκούειν τὸ ἀπὸ ταυτομάτου σημαίνειν τὸ ἐξαίφνης τοῦ τὸ χωρὶς αἰτίας φανερᾶς ἐκκρίνεσθαι. ἐκ γὰρ τῶν νεφρῶν αἷμα πολλάκις μὲν καὶ χωρὶς ιῆς ἔξωθεν αἰτίας ῥαγέντος τοῦ ἀγγείου διὰ πλῆθος, ἔστι δ' ὅτε καὶ πηδησάντων σφοδρότερον ἢ κατεσχθέντων ἢ πληγέντων.

οθ'.

Οἷσιν ἐν τοῖς οὔροισι ψαμμώδεα ὑφίσταται, τουτέοισιν ἡ κύστις λιθιᾷ.

---

[190] *Οὐ πάντως ἡ κύστις, ἀλλ' ἐνδέχεται καὶ νεφρούς, ὥσθ' ἡμάρτηται φανερῶς ὁ ἀφορισμὸς ἤτοι γε αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους περιόντος ὅλου τοῦ λόγου τὸ ἥμισυ μέρος ἢ τοῦ πρώτου βιβλιογράφου παραλιπόντος. ἐάν τε*

ſigna praecedunt, id eſt tum partis dolor, tum pus, tum ipſius ſaepe corporis veſicae veluti minuta quaedam ramenta. Hac igitur ratione praeſtat vocem ſponte pro derepente ſignificatione quam pro citra evidentem cauſam accipere. Nam ex renibus ſiquidem ſine externa etiam cauſa propter nimiam copiam vaſe rupto, aliquando vero etiam contentius ſaltantibus aut ex alto lapſis aut percuſſis mejitur ſanguis.

LXXIX.

Quibus in urina arenoſa ſubſident, iis veſica calculo laborat.

Non plane veſica, ſed et renes calculo laborare queunt. Quare conſtat mutilatum eſſe aphoriſmum aut ſane quod Hippocrates eſſe dimidiam orationis partem neglexerit aut quod primus bibliographus omiſerit. Sive

Ed. Chart. IX. [190.] Ed. Bas. V. (284.)

γὰρ ἐν νεφροῖς ἐάν τ' ἐν κύστει λίθοι γίνωνται, συνεξέρχονται τοῖς οὔροις τὰ ψαμμώδη.

π'.

Ἢν αἷμα οὐρέῃ καὶ θρόμβους καὶ στραγγουρίην ἔχῃ καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπογάστριον καὶ τὸ περιναῖον, τὰ περὶ κύστιν πονέει.

Γέγραπται μὲν διχῶς ἡ τελευτὴ τοῦ ἀφορισμοῦ, κατὰ τινὰ μὲν τῶν ἀντιγράφων πονέει, καθ' ἕτερα δὲ νοσέει, καὶ σχεδὸν ἀλλήλων ταύτῃ γε οὐδὲν διαφέρουσιν αἱ γραφαί. κοινῇ δ' ἀμφότεραι σφάλλονται, εἴ τις ἀκούσειε τὰ περὶ τὴν κύστιν εἰρῆσθαι πρὸς Ἱπποκράτους, ὡσεὶ καὶ αὐτὴν τὴν κύστιν ἐγεγράφει. τὰ γὰρ εἰρημένα συμπτώματα κοινὰ τῶν οὐρητικῶν ὀνομαζομένων ὀργάνων ἁπάντων ἐστὶ κύστεως, νεφρῶν, οὐρητήρων. οὕτως οὖν ἄμεινον ἀκούειν τὰ περὶ τὴν κύστιν, οὐχ ὡς αὐτῆς μόνης δηλουμένης, ἀλλ' ὡς καὶ

enim in renibus ſive in veſica calculi procreentur, una cum urinis arenoſa prodeunt.

LXXX.

Si quis ſanguinem et grumos mejat et ſtranguriam habeat, dolorque in imum ventrem et perinaeum incidat, veſicae partes laborant.

Duobus modis finis aphoriſmi ſcriptus eſt. In quibusdam exemplaribus laborant, in quibusdam aegrotant legitur; atque hac ratione ab invicem nihilo prope vere diſcrepant. Ambo textus ſimul errorem ſubeunt, ſi quis illud veſicae partes vel circa veſicam intellexerit ab Hippocrate dici, ac ſi ipſam veſicam laborare enunciaſſet. Commemorata ſiquidem ſymptomata, ureticis appellatis mixtionis inſtrumentis omnibus veſicae, renibus et ureteribus communia ſunt. Sic itaque praeſtat circa veſicam partes accipere, non ut ipſa ſola veſica, ſed etiam ut

Ed. Chart. IX. [190. 191.] Ed. Baſ. V. (284.)

τῶν συνεζευγμένων αὐτῇ μορίων. ἔτι δὲ μᾶλλον οὕτως ἀκούειν ἡμᾶς καὶ ὁ ἑξῆς ἀφορισμὸς ἐπιτρέψει, καθ' ὃν οὐ τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσεῖν φησιν, ἀλλὰ τῆς κύστεως ἕλκωσιν ὑπάρχειν, ὡς οὐ ταὐτὸν ὂν αὐτὴν τὴν κύστιν ἁπλῶς μόνην ἀποφαίνεσθαί τι πάσχειν ἢ τὰ περὶ αὐτήν,

---

πα'.

Ἢν αἷμα καὶ πῦον οὐρέῃ καὶ λεπίδας καὶ ὀσμὴ βαρεῖα ᾖ, τὴν κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

---

[191] Τὸ μὲν αἷμα καὶ τὸ πῦον οὐρεῖν πάντως ἐστὶ τῶν οὐρητικῶν ὀργάνων ἡλκωμένων κοινὰ σημεῖα, τὸ δὲ βαρὺ τῆς ὀσμῆς, ὅπερ δηλοῖ τὸ ἀηδές, ἔτι τε μᾶλλον αἱ λεπίδες, ἴδια τῆς κύστεως. ἐν μὲν οὖν τοῖς πλείστοις ἀντιγράφων, ἢν αἷμα καὶ πῦον οὐρέῃ, γέγραπται· κατὰ δέ τινα αὐτῶν ἢν αἷμα ἢ πῦον οὐρέῃ. δηλώσει δ' αὐτὴ μὲν ἡ δευτέρα γραφὴ παραδιαζευκτικὸν εἶναι τὸν ἢ σύνδεσμον,

partes ipſi connexae ſignificentur. At etiamnum magis ita nos intelligere ſequens etiam aphoriſmus hortabitur, quo non quae partes circa veſicam exiſtunt, eas aegrotare profert, ſed veſicae exulcerationem incuſat: quaſi non idem dicturus ſit is qui veſicam ipſam ſolam abſolute pati aliquid et qui circa veſicam partes affectas eſſe pronunciat.

LXXXI.

Si quis ſanguinem et pus et ſquamulas mejat, odorque gravis adſit, veſicae exulcerationem ſignificat.

Sanguinem et pus mejere ureticorum inſtrumentorum mixtioni inſervientium ulceratorum plane communia ſigna ſunt. At graveolentia quum prodit inſuavis et ingratus odor et adhuc magis ſquamulae veſicae propria. In pluribus itaque exemplaribus *ſi ſanguinem et pus mejat* ſcriptum eſt, in quibusdam ipſorum *ſi ſanguinem aut pus mejat.* Ipſa vero lectio ſecunda conjunctionem aut eſſe diſjuncti-

Ed. Chart. IX. [191.] Ed. Baf. V. (284.)

ὡς ὁπότερον ἂν ὑπάρχῃ τῶν εὐρημένων ἕλκώσεως εἶναι σημεῖον, ἢ δ' ἑτέρα τὰ δύο βουλήσεται συνεδρεύειν ἢ ἅμα ἀλλήλοις ἢ ἐναλλάξ.

πβ'.

Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φῦμα γίνεται, τουτέοισι διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος λύσις.

Διὰ βραχυλογίαν οὐδὲν ἀξιόλογον οὗτος ὁ ἀφορισμὸς ἔχειν ὑποληφθήσεται. πρόχειρον γὰρ παντὶ γνῶναι τῶν ἐν τῷ πόρῳ τῷ οὐρητικῷ τῷ κατὰ τὸ αἰδοῖον, τοῦτο γὰρ οὐρήθραν καλοῦσι, συνισταμένων φυμάτων τὴν λύσιν γίγνεσθαι ῥαγέντων. ἀλλ' εἰ προσχῶμεν τὸν νοῦν, ἔνδειξίς ἐστί τινος μείζονος πράγματος. ἐνδέχεται γὰρ ἰσχουρίαν δή τινα γενέσθαι καὶ διὰ τὸ τοιοῦτον φῦμα καὶ μέντοι καὶ ὡς τὸ φῦμα τοῦτο ῥαγὲν ἰάσεται τὴν ἰσχουρίαν εὔδηλον. ἀλλὰ ἐκεῖνό γε παραφύεται τοῖς εἰρημένοις ἑπόμενον ζήτημα, πό-

vam indicat, ut commemoratorum utrumque vel ſimul una vel viciſſim adeſſe poſtulabit.

LXXXII.

Quibus in urethra tuberculum naſcitur, eo ſuppurato et rupto ſolutio.

Quemadmodum frigidum convulſiones et tetanos ſua natura efficit, interdum tamen, quamquam raro tetanum ſanat, ſic etiam calidum pro ſua facultate ſuppurationem movet, nonnunquam ipſam prohibet. In putridis ſiquidem ulceribus ac plane omnibus rheumaticis calidum, pus non procreat; imo et his magnopere noxium eſt. Atque haec ambo in idem concidunt et quod laedit et quod non ſuppurat ulcera: ſicuti contra et quod juvat et quod maturat ulcera. Maximum enim ulceri ad ſecuritatem ſignum eſt tum pus ipſum tum puris conficiendi vim habens medicamentum. Nihil enim mali poteſt accidere ulceri pus procreanti: quae igitur convulſionem afferunt, prorſus

Ed. Chart. IX. [207. 208.] Ed. Baſ. V. (289.)

νώδη τῶν ἑλκῶν, ὅσα τε τῶν πέριξ χωρίων ἀνάβρωσιν ἔχει καὶ τὰ δυσεπούλωτα δὲ πάντ' ἐστὶν ἀνεκπύητα καὶ ὅσα τῶν κακοήθων ἑλκῶν ἰδίοις ὀνόμασι κατ' ἐξοχήν τινα κέκληται καρκινώδη, χειρώνεια, τηλέφια καὶ φαγεδαινικὰ, πάντ' ἐστὶ καὶ ταῦτ' ἀνεκπύητα. μέγιστον οὖν σημεῖον εἰς ἀσφάλειαν ἕλκει τὸ πῦόν ἐστι καὶ τοῦτό γε τεκμαίρου ἐπὶ τῆς τοῦ θερμοῦ χρήσεως. ἐφ' ὧν γὰρ οὐχ ἁρμόττει, θεάσῃ ταῦτ' ἀνεκπύητα μένοντα πρὸς τοῦ θερμοῦ. τὰ δ' ἐφεξῆς ἔργα τοῦ θερμοῦ φαινόμενα συνεχῶς καταλέγει. καὶ γὰρ μαλάττει τὸ ἐσκληρυμμένον δέρμα καὶ ἰσχναίνει τὸ πεπαχυσμένον, ἀνώδυνόν τ' ἐστὶ καὶ σπασμῶν καὶ τετάνων παρηγορικὸν, οὐχ ὥσπερ τὸ ψυχρὸν ὀδύνην ἀνεκπύητον ἐργάζεται, τῷ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀλλότριον [208] ὑπάρχειν, ἥτις ἐστὶ τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ἥντινα συναύξει ὅταν γε μετρίως ὁμιλῇ, τὸ δ' ἔξωθεν θερμὸν ἐργάζεται πάνθ' ὅσα λέλεκται, τὰ μὲν οὖν πέττον τε καὶ ἀλλοιοῦν ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἔνια δὲ τῷ διαφορεῖν καὶ κενοῦν τὰ λυποῦντα ἐκθεραπεῦον. εἰ δὲ καὶ μὴ τελέως ἐκθεραπεύσειεν, ἀλλὰ τάς γ' ὀδύνας

ſunt inſuppurabilia. Similiter etiam ulcera dyſepulotica *quae cicatrice vix obducuntur*, inſuppurabilia ſunt omnia. Item ex malignis ulceribus quae per excellentiam quandam propriis nominibus ſunt inſignita, qualia cancroſa, chironia, telephia et phagedaenica, ejusmodi ſunt omnia etiam inſuppurabilia. Pus igitur maximum ulceri ad ſecuritatem ſignum eſt, atque hoc ex calidi uſu conjicis. In quibus enim non congruit, haec a calido inſuppurabilia permanere intueberis. Qui calidi effectus frequenter apparent, eos deinceps enumerat: etenim cutem induratam emollit, incraſſatam extenuat, eſt anodynum, convulſiones ac tetanos mitigat, nec ut frigidum dolorem inſuppurabilem efficit, quod a natura noſtra ſit alienum, quae utique calor eſt nativus, quem adauget ubi moderate adhibetur. Calidum itaque externum ea praeſtat omnia quae diximus; quum et nonnulla quidem concoquit et in melius alterat, nonnulla vero diſcuſſis ac vacuatis noxiis dolorem facientibus perſanat. Quod ſi perfecte non ſa-

Ed. Chart. IX. [208.] Ed. Baſ. V. (289.)

πρᾳύνει. ἐπὶ δὲ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ διαθέσεων αὐτά τε ταῦτα ὀρᾷ καὶ τὰς καλουμένας καρηβαρίας, αἵτινές εἰσι βαρύνησις τῆς κεφαλῆς ἴαται, συμπέπτον καὶ διαφοροῦν τὰ λυποῦντα. καὶ μὲν δὴ καὶ τοῖς τῶν ὀσιῶν κατάγμασιν ὠφελιμώτατόν ἐστι καὶ μᾶλλον τοῖς ἐψιλωμένοις, ὅπερ ἐστὶ γεγυμνωμένοις τῆς σαρκός. ἔτι δὲ μᾶλλον ὅσα κατὰ τὴν ὕλην γίγνεται· βλαβερώτατον γάρ ἐστι καὶ τούτοις τὸ ψυχρὸν ὡς ἂν μὴ μόνον τοῖς ὀστοῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ ἐγκεφάλῳ πολέμιον ὑπάρχειν· καὶ μὲν δὴ καὶ ὅσα μόρια διὰ τὸ κατεψῦχθαι νεκροῦται καὶ τούτων ἴαμα ἔσται τὸ θερμόν. οὕτω δὲ καὶ ὅσα διὰ τὴν ψῦξιν ἕλκοῦται, καθάπερ ἐν χειμῶνι πτέρναι καὶ δάκτυλοι καὶ ὅλως τὰ ἄκρα, καὶ τούτων ἴαμα ἔσται τὸ θερμόν. οὕτω δὲ καὶ τῶν ἑρπήτων τοῖς ἀναβιβρωσκομένοις καίτοι ὑπὸ χολώδους καὶ θερμοῦ χυμοῦ γιγνομένοις· ἀλλὰ διὰ τὴν ἕλκωσιν ἐναντίον αὐτοῖς τὸ ψυχρόν, ὡς δακνῶδες ἑλκῶν ὑπάρχον. οὕτω δὴ καὶ ταῖς κατὰ τὴν ἕδραν ἁπάσαις διαθέσεσιν οἰκεῖον μὲν τὸ θερμόν, ἐναντιώταιον δὲ τὸ ψυχρόν, ὅτι τε νευρώδης ἡ ἕδρα, πολέμιον

net, ſaltem dolores mitigat. In capitis vero affectibus haec eadem facit et carebariis appellatis, quae capitis ſunt gravitates, concoctis ac diſcuſſis noxas inferentibus medetur, concoquens atque diſcutiens quaecunque moleſta ſunt. Quin etiam oſſium fracturis utiliſſimum eſt magisque nudatis, hoc eſt carne exutis, iisque etiamnum magis quae capiti oboriuntur. Nam talia frigidum maxime laedit, ut quod non oſſibus dumtaxat, ſed ipſi quoque cerebro ſit inimicum. Ceterum partibus quibuscunque quod perſrixerint emorientibus remedio calidum eſt. Ita vero quae perſrigeratione exulcerantur, ut hieme calcanei ac digiti ceteraeque partes extremae, his calidum quoque remedium futurum eſt. Nec non etiam herpetibus exedentibus medetur, etiam ſi a bilioſo et calido humore procreentur. Verum propter exulcerationem frigidum ipſis adverſum eſt, ut quod ulceribus mordax exiſtat. Sic et omnibus ſedis affectibus familiare quidem eſt calidum, adverſiſſimum vero frigidum, tum quod nervoſa ſit, frigi-

Ed. Chart. IX. [208.] Ed. Baſ. V. (289.)

δὲ τοῖς νεύροις τὸ ψυχρὸν, καὶ ὅτι κατὰ τὴν κοινωνίαν ἥ τε ψῦξις ἐπαναβαίνει ῥᾳδίως ἐκ τῆς ἕδρας εἰς τὰ κατὰ τὴν κοιλίαν, ἥ τε θερμασία κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. οὕτω δὲ καὶ ὑστέρᾳ καὶ κύσει τὸ μὲν θερμὸν φίλον καὶ κρῖνον, τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον. αὐτά τε γάρ ἐστι νευρώδη καὶ μεταδίδωσι τοῖς ὑπερκειμένοις ῥᾳδίως τῆς ψύξεως. ὅτι δὲ ἅπασι τοῖς εἰρημένοις κατὰ τὸν ἀφορισμὸν ἐπιπεφώνηκε κοινῇ τούτοισι τὸ θερμὸν φίλον καὶ κρῖνον, τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον, εὔδηλόν ἐστι, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω.

κγ'.

Ἐν τουτέοισι δὲ δεῖ τῷ ψυχρῷ χρέεσθαι, ὁκόθεν αἱμορῥαγέει ἢ αἱμορῥαγεῖν μέλλει, μὴ ἐπ' αὐτὰ, ἀλλὰ περὶ αὐτὰ ὁκόθεν ἐπιῤῥεῖ καὶ ὁκόσα φλεγμοναὶ ἢ ἐπιφλογίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν καὶ ὑφαιμον ῥέποντα νεαρῷ αἵματι ἐπὶ ταῦτα· ἐπεὶ τά γε παλαιὰ μελαίνει καὶ ἐρυσίπελας τὸ μὴ ἑλκούμενον ὠφελέει, ἐπεὶ τό γε ἑλκούμενον βλάπτει.

dum vero nervis inimicum, tum quod per communicationem frigiditas facile ex fede ad ventrem adfcendat eodemque modo caliditas. Sic et utero genitali et veficae calidum quidem amicum et falutare, inimicum vero et mortiferum frigidum. Hae namque partes nervofae funt et fuperioribus partibus facile frigiditatem impertiuntur. Quod autem de omnibus in aphorifmo fcriptus communiter pronunciaverit, his calidum effe falutare, frigidum vero inimicum ac interimens, etiam me tacente manifeftum eft.

XXIII.

At in his frigido utendum, unde fanguis profluit aut profluxurus eft, non fupra ipfas partes, fed circa ipfas unde profluit, admoto. Et quae inflammationes aut deflagrationes ad rubrum et fubcruentum colorem ex recenti fanguine vergunt, iis ipfis adhibito. Inveteratas enim denigrat. Eryfipelas etiam non ulceratum juvat; exulceratum fi quidem laedit.

Ed. Chart. IX. [209.] Ed. Baſ. V. (289.)

[209] *Τὰς ἐκ τοῦ ψυχροῦ γιγνομένας ὠφελείας τε καὶ βλάβας ἐν τῷδε διεξέρχεται, πρῶτον μὲν λέγων ἐπὶ τῶν αἱμορῥαγούντων ἢ μελλόντων χρήσιμον ὑπάρχειν αὐτὸ, μὴ τοῖς αἱμορῥαγοῦσι μέρεσιν αὐτὸ προσαγόμενον. ἕλκεσι γὰρ τὸ ψυχρὸν δακνῶδες, ἀλλὰ τοῖς πέριξ αὐτῶν καὶ μάλιστα ἐκείνοις, ὅθεν ἐπιῤῥεῖ τι τοῖς ἕλκεσι, καὶ μὲν δὴ καὶ τὰς φλεγμονὰς ἁπάσας, ὅσα τε ὡς αὐτὸς ὠνόμασεν ἐπιφλογίσματα, τουτέστιν ὥσπερ ὑπὸ φλογὸς ἐπικεκαυμένα διὰ τὴν θερμασίαν τῶν ἐργασαμένων αὐτὰ χυμῶν· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα χαίρει τῷ ψυχρῷ. φαίνεται δέ σοι θεωμένῳ ταῦτα πάντα κατὰ τὴν χρόαν ἐρυθρὰ καὶ ὕφαιμα, νεαρῷ δηλονότι καὶ οὐ παλαιῷ τῷ αἵματι, τὸ γὰρ εὐανθὲς οὐκ ἔχει τὸ παλαιὸν αἷμα. διὸ καὶ προσαγομένου τοῦ ψυχροῦ τῷ τοιούτῳ πελιδνοῦσθαί τε καὶ μελαίνεσθαι συμβαίνει τὰ πεπονθότα μόρια. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐρυσίπελας ὠφελεῖται πρὸς τοῦ ψυχροῦ τὸ χωρὶς ἕλκους, ὡς τῷ γε ἠλκωμένῳ δακνῶδές τε καὶ ὀδυνῶδές ἐστι τὸ ψυχρὸν καὶ ταύτῃ βλάπτει τῶν ὀδυνωμένων μερῶν ἀεὶ ῥεῦμα κινούντων ἐφ' ἑαυτά.*

Quae a frigido commoda et incommoda corporibus invehuntur hocce aphoriſmo percenſet. Primum quidem ipſum partibus haemorrhagia laborantibus aut in eam lapſuris admotum conferre pronunciat, non partibus ipſis ſanguinem profundentibus, ulceribus enim frigidum mordax, ſed circumſtantibus illisque praeſertim unde aliquid ulceribus influat. Quin etiam omnes inflammationes juvare profert et quaecunque incendia epiphlogiſmata nominavit, hoc eſt propter humorum ipſas efficientium calorem a flamma ſuccenſas partes et uſtas, hae namque frigido oblectantur. Haec autem omnia tibi ſpectanti colore rubra et ſubcruenta apparent, recenti nimirum, non vetuſto ſanguine ſuffuſa. Nam vetuſtus ſanguis floridum colorem non habet. Quare frigido admoto livere ac nigreſcere affecta contingat. Eodem modo plane eryſipelas etiam non ulceratum a frigido juvatur, ſicuti ulcerato mordax et dolorificum eſt frigidum. Qua quidem ratione nocet, quum dolentes partes in ſe ſemper fluxiones moveant.

Ed. Chart. IX. [209. 210.] Ed. Baſ. V. (289.)

κδ'.

Τὰ ψυχρὰ οἷον χιὼν καὶ κρύσταλλος τῷ στήθει πολέμια, βηχέων κινητικὰ καὶ αἱμορῤῥαγικὰ καὶ καταῤῥοικά.

Μέχρι μὲν τοῦδε τὸν λόγον ὑπὲρ ὕδατος ἐποιήσατο θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, νυνὶ δὲ καὶ περὶ χιόνος καὶ κρυστάλλου διῆλθεν, ἐνδεικνύμενος ὡς τὰς βλάβας μείζονας εἰς τοσοῦτον τῶν κατὰ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ἐργάζεσθαι πέφυκεν εἰς ὅσον ἐκείνου ψυχρότερά ἐστι καὶ τοῖς κατὰ θώρακα χωρίοις πολεμιώτατα ὑπάρχει βῆχάς τε κινοῦντα καὶ ῥῆξεις ἀγγείων ἐργαζόμενα, πολλάκις αἱμορῤῥαγικὰ γίγνεται· καὶ μέντοι καὶ τοῖς ἀπὸ κεφαλῆς καταῤῥοις ἀδικοῦντα θώρακά τε καὶ πνεύμονα. καὶ γὰρ καὶ τούτους ἐργάζεται χιὼν καὶ κρύσταλλος, καταψύχοντα τὸν ἐγκέφαλον.

κε'.

[210] *Τὰ δὲ ἐν ἄρθροισιν οἰδήματα καὶ ἀλγήματα ἄτερ ἕλκεος καὶ ποδαγρικὰ καὶ σπάσματα, τούτων τὰ πλεῖστα*

XXIV.

Frigida velut nix et glacies pectori inimica tuſſes movent, ſanguinis eruptiones cient et catharros excitant.

Hactenus de calida aqua et frigida orationem habuit, nunc autem de nive et glacie differit, ab his tanto majora invehi incommoda oſtendens, quanto hae ſunt aqua frigidiores. Nam thoracis partibus ſunt inimiciſſimae, quum et tuſſes moveant et vaſorum ruptiones faciant, haemorrhagiae ſaepe cauſae exiſtunt, atque deſtillationes e capite thoracem et pulmonem oblaedunt. Has enim efficiunt nix et glacies ceteraque cerebrum refrigerantia.

XXV.

Tumores articulis et citra ulcus dolores et podagricos affectus et convulſa, haec magna ex parte frigida co-

Ed. Charт. IX. [210.] Ed. Baſ. V. (289. 290.)

τὸ ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥηίζει τε καὶ ἰσχναίνει καὶ ὀδύνην λύει. νάρκη δὲ μετρίη ὀδύνης λυτική.

Ὅτι μὲν τὰ πλεῖστα τῶν τοιούτων ὀνίνησι τὸ ψυχρὸν ἐδήλωσε. τίνα δέ ποτ' ἔστι ταῦτα παρέλιπεν εἰπεῖν, ὡς ἐξ ὧν προείρηκεν οὐ χαλεπὸν ἐξευρεῖν. ὁκόσαι γὰρ, φησὶ, φλεγμοναὶ ἢ ἐπιφλογίσματα εἰς τὸ ἐρυθρὸν καὶ ὕφαιμον ῥέ-(290) ποντα νεαρῷ αἵματι, ταῦθ' ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ θεραπεύεσθαι τὴν ἐπιῤῥοὴν ἀναστέλλοντος δηλονότι καὶ ταύτῃ κενοῦντος τὰ σώματα. διὸ καὶ τὴν ὀδύνην ἐν τοῖς τοιούτοις λύει καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῆς ἐκκόπτει. καὶ ἡ ψῦξις δὲ τῶν μορίων ἐπὶ πλέον νάρκην φέρει μετρίαν, ἥτις καὶ αὐτὴ λύει τὴν ὀδύνην, ἀμβλύνουσα τὴν αἴσθησιν.

κστ'.

Ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον καὶ ταχέως ψυχόμενοι κουφότατον.

---

pioſe affuſa et levat et minuit doloremque ſolvit. Moderatus namque ſtupor dolorem ſolvit.

Horum quidem quam plurima aquam juvare frigidum oſtendit. Sed quaenam haec ſint dicere praetermiſit, quod quae ſupra protulit, ea invenire non ſit arduum. Quaecunque enim inflammationes aut deflagrationes in rubrum et ſubcruentum colorem ex recenti ſanguine propendent, a frigida ſanari dixit, quae influxum reprimat et eatenus corpoi vacuet. Quapropter etiam dolorem in talibus ſolvit et ejus cauſam exſcindit. Partium quoque refrigeratio vehementior moderatum torporem affert, qui et ipſe dolorem hebeti ſenſu reddito ſolvit.

XXVI.

Quae aqua cito caleſcit et cito refrigeratur, leviſſima.

Ed. Chart. IX. [210. 211.] Ed. Baf. V. (290.)

Οὐ τῷ σταθμῷ κουφότατον εἶναι τὸ τοιοῦτον λεκτέον. οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτω μέγα διδασκοι πρὸς τῷ καὶ διὰ περιόδου τινὸς ἐξευρίσκειν ὃ ῥᾳδίως ἦν ἐξ ἀρχῆς ἐξευρεῖν. εἴπερ δὲ βούλεται τὸ τῷ σταθμῷ κουφότατον ὕδωρ διαγνῶναι, πρόχειρον ἐπὶ τὸ τῶν ἱσταμένων ἴδιον ἄγειν κριτήριον διὰ ζυγοῦ καὶ σταθμοῦ ποιουμένῳ αὐτῶν τὴν ἐξέτασιν. ἀλλὰ κουφότερον εἶπε νῦν τὸ μὴ βαρῦνον τὴν γαστέρα καὶ διεξερχόμενον ταχέως, ὥσπερ καὶ βαρὺ λέγομεν τὸ ἐναντίον αὐτῷ τὸ μὴ διεξερχόμενον ταχέως. εὔδηλον δὲ ὡς οὐ μόνον τοῦτο κριτήριον ὕδατός ἐστιν ἀρετῆς, ἀλλ' ὡς τῶν μὲν ἄλλων εὐπορωτάτων ὑπαρχόντων καὶ πᾶσι γινωσκομένων, τού- [211] του δ' ἔχοντός τι τεχνικὸν, οὕτως ἐπὶ τὴν γραφὴν αὐτοῦ ἥκειν τὸν Ἱπποκράτην. τίνα δὲ τἄλλα ἐστί; πρῶτον μὲν εἰ μὴ θολερὸν, μήτ' ἰλυῶδες· εἶθ' ἑξῆς εἰ μή τι κατὰ τὴν ὀσμὴν, μήτε κατὰ τὴν γεῦσιν ἐμφαίνει τινὸς ἀλλοκότου ποιότητος. εἶθ' οὕτως ὃ νῦν εἶπεν Ἱπποκράτης, εἰ θερμαίνεται καὶ ψύχεται ταχέως· δῆλον γὰρ ὡς εὐαλλοίωτόν ἐστι τὸ τοιοῦτον, ἀρετὴ δ' ὥσπερ σίτου τὸ εὐαλλοίωτον,

Non pondere ejusmodi aquam leviſſimam eſſe dicendum eſt. Sic enim nihil magnum doceret, praeterea per quendam circuitum inveniendum foret, quod facile erat ſtatim invenire. Nam ſi pondere leviorem aquam dignoſcere velit, ad manum eſt rerum ponderandarum trutina, ad quam revocatam aquam expendere et examinare poterit. Verum in praeſentia leviorem aquam eſſe dixit, quae ventri et hypochondrio gravis non diu, ſed cito permeat, ſicut contrariam gravem dicimus, quae non cito pervadit. Liquet autem non ſolam hanc eſſe ſalubritatis aquae probandae regulam, ſed quum alia bonitatis aquae ſigna obvia ſint et omnibus nota, hoc vero artis nonnihil habeat, id eo factum eſſe, ut ad id ſcribendum veniret Hippocrates. Sed quaenam alia ſunt? Primo quidem ſi neque turbida, neque coenoſa ſit; deinde ſi neque odore, neque guſtu aliquam abſurdam qualitatem prae ſe ferat; poſtremo, ſi quod nunc Hippocrates pronunciavit, cito refrigeretur et caleſiat: nam non conſtat ejusmodi aquam facile

Ed. Chart. IX. [211.] Ed. Baſ. V. (290.)

οὕτω καὶ τοῦ ὕδατος. εἴ γε δὴ ῥᾷστα μεταβάλλεσθαι βουλόμεθα πᾶν τὸ μέλλον πεφθήσεσθαι καλῶς ὑπὸ τῶν πεπτικῶν ὀργάνων. ὅσοι δὲ τῇ τῶν πινόντων διαθέσει μὴ κρίνουσι τὸ ἄριστον ὕδωρ, ἀσφαλεστάτῳ μὲν χρῶνται τεκμηρίῳ· μόνον δ' εἴπερ αὐτὸ παραλαμβάνουσιν οὐκ ὀρθῶς ποιοῦσι. χρὴ γὰρ αὐτὸ πρότερον προκεκρίσθαι τοῖς εἰρημένοις σημείοις, πρὶν ὅλως τις ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἀφίκηται πεῖραν.

κζ'.

Ὁκόσοισι δὲ πίνειν ὄρεξις νύκτωρ, τοῖσι πάνυ διψώδεσιν, ἢν ἐπικοιμηθῶσιν, ἀγαθόν.

Οὔτ' εἰ δοτέον ἐστὶ τὸ ποτὸν ἐπὶ τῶν ἐν νυκτὶ πάνυ διψησάντων ἐδήλωσεν, ἀλλὰ μόνον ὅ τι συμφέρει τούτοις ἐπικοιμηθῆναι. πεφθήσεται γὰρ δηλονότι καὶ ὑποκαταβήσεται κατὰ τὸν ὕπνον, ὅ τί περ ἂν ᾖ τὸ τῆς δίψης αἴτιον. οὐ μὴν οὐδ' ἄδηλόν ἐστιν, ὡς τοῖς πάνυ διψῶσι δοτέον ἐστὶ

alterari poſſe. Quemadmodum autem cibi virtus poteſt eſſe ut facile alteretur, ita et aquae. Siquidem mutari volumus quidquid ab inſtrumentis concoquentibus probe conſequendum eſt. Quaecunque vero ſola bibentium affectione de optima aqua judicant, ii certiſſimo quidem judicio utuntur; verum ſi hoc ſolum aſſumpſerint, non recte faciunt. Prius enim de aqua ex dictis ſignis judicandum eſt quam ad talem experientiam veniatur.

XXVII.

Quibus noctu bibendi eſt appetentia, iis admodum ſitientibus, ſi obdormierint, bonum.

An dandus ſit potus an minime dandus iis qui noctu magnopere ſitiunt non declaravit, ſed ſolum quod ſuper dormire conferat. Coquetur enim per ſomnum videlicet et ſubdeſcendet ſitis cauſa quaecunque ſit. Non tamen illud abditum eſt valde ſitientibus potum dandum eſſe,

Ed. Chart. IX. [211. 212.] Ed. Baſ. V. (290.)

τὸ ποτὸν, εἴτ' ἐξ οἴνου πόσεως ἀκρατεστέρου τοῦτ' αὐτοῖς εἴη γεγενημένον εἴτ' ἐξ ἐνδείας ποτοῦ. τό τε γὰρ τὴν ἔνδειαν ἰᾶσθαι προσφορᾷ τό τε τὴν ἐξ οἴνου θερμασίαν ὕδατι σβεννύναι τῶν ὑγιεινῶν ἐστι θεωρημάτων. εἰ μέντοι μετρίως εἶεν διψώδεις, οὐ πάντως ἐστὶ δοτέον αὐτοῖς τὸ ποτὸν, ἀλλ' ἐπισκεπτέον εἴτ' ἐνδείᾳ πάσχουσιν ὑγρότητος τὸ τοιοῦτον εἴτε δι' οἴνου πλείονα πόσιν, ἐγχωρεῖ γὰρ τούτους κοιμηθέντας ὠφεληθῆναι.

κη'.

Γυναικείων ἀγωγὸν ἡ ἐν ἀρώμασι πυρίη. πολλαχοῦ δὲ καὶ εἰς ἄλλα χρησίμη ἂν ἦν, εἰ μὴ καρηβαρίας ἐνεποίει.

---

[212] *Γυναικείων εἴρηκε τῶν ἐκκενουμένων δηλονότι διὰ μήτρας ταῖς γυναιξὶ κατά τε τὰς ἐμμήνους καθάρσεις καὶ μετὰ τοὺς τόκους. εὔδηλον δ' ὡς κἀνταῦθα τὰς μὲν ἤτοι διὰ φλεγμονὴν τῆς μήτρας ἢ διαστροφὴν ἤ τι τοιοῦτον μὴ καθαιρομένας καλῶς ἰασόμεθα τὸ πάθος ἐκθερα-*

ſive meracioris vini hauſtu ſive potus indigentia ſitis nata ſit. Nam et inopiae ciborum ablatione et ortum ex vino calorem aqua reſtinguere ſanitatis tuendae praecepta ſunt. Si tamen modice ſitierint, non plane potus ipſis exhibendus eſt, ſed conſiderandum utrum humidi defectu tale quid patiantur an uberiore vini potione. Contingit enim ſi dormierint, eos ex ſomno juvari.

XXVIII.

Muliebria ſuffitus aromatum educit. Ad alia vero plerumque utiles eſſet, niſi capitis gravitatem induceret.

Muliebria nuncupavit, quae nimirum mulieribus per uterum menſtruis purgationibus et a partu vacuantur. Hic quoque liquido conſtat, eas quidem quae propter uteri inflammationem vel perverſionem vel ejusmodi aliquid non belle purgantur, non aliter ſanari poſſe quam ea affectione

Ed. Chart. IX. [212.] Ed. Baſ. V. (290.)

πεύοντες, οὗ σύμπτωμά ἐστὶν ἡ τῶν γυναικείων ἐπίσχεσις, τὰς δ' ἄνευ τοῦ τοιούτου παθήματος ἐνδεῶς καθαιρομένας ταῖς νῦν ὑπ' αὐτοῦ διδασκομέναις πυρίαις ἰᾶται. ἐπὶ τούτων γὰρ ἤτοι πάχος αἵματος αἴτιόν ἐστι τῆς ἐπισχέσεως ἢ ἔμφραξις τῶν εἰς τὴν μήτραν καθηκόντων ἀγγείων ἢ μύσις τῶν αὐτῶν τούτων ἢ πύκνωσις ὅλης τῆς οὐσίας αὐτῆς ὅ τι δ' ἂν ᾖ τῶν εἰρημένων ἡ διὰ τῶν ἀρωμάτων πυρία θεραπεύει τὴν διάθεσιν, ἀναστομοῦν μὲν δυναμένη τὰ μεμυκότα πέρατα τῶν ἀγγείων, λεπτύνειν δὲ τὸ πάχος τῶν χυμῶν, τὰς δ' ἐμφράξεις τῷ τέμνειν ἐκφράττουσα. πολλαχοῦ δὲ καὶ εἰς ἄλλα, φησὶν, ἦν ἂν χρήσιμος, εἰ μὴ καρηβαρίας ἐνεπαίει. τὸ γὰρ ὅλον σῶμα πυριᾶσθαι διὰ τῆς μήτρας ἠδύνατο συνεχῶς ἐν ἁπάσαις ταῖς ψυχραῖς καὶ ὑγραῖς διαθέσεσιν, εἰ μὴ τὴν ἀπὸ πυρίας ἐφοβούμεθα κεφαλαλγίαν καὶ μάλιστα ἐν τοῖς πυρετοῖς. ὅτι γὰρ κεφαλαλγῆ σχεδὸν ἅπαντά ἐστι τὰ ἀρώματα δηλοῖ μὲν ἡ πεῖρα, διδάσκει δὲ καὶ ὁ λόγος. ὅσα γὰρ ἱκανῶς θερμαίνει κεφαλαλγῆ πάντ' ἐστὶν,

percurata, cui ſymptoma menſium eſt ſuppreſſio, eas vero quae ſine ejusmodi affectu parcius purgantur, iis ipſis quae nunc ab ipſo docentur, odorum ſuffitibus ac fomentis curandas eſſe. In his enim aut ſanguinis craſſitudo, aut vaſorum ad uterum pertinentium obſtructio, aut eorundem praecluſio aut totius ſubſtantiae uteri praecluſio, eorum ſuppreſſionis cauſa exiſtit. At dictorum quodcunque cauſa fuerit parati ex aromatibus ſuffitus aut fetus affectionem ſanat qui ſua facultate praecluſa, vaſorum extrema referare et humorum craſſitiem attenuare et obſtructiones incidendo deobſtruere poſſit. Multoties vero et ad alia, inquit, eſſet utilis, niſi capitis gravitatem excitaret. Nam continenter per uterum in omnibus frigidis atque humidis affectibus totum corpus ſuffiri poterat, niſi a ſuffitione cephalalgiam quum alias, tum in febribus maxime timeremus. Nam aromata prope omnia capitis dolorem commovere tum experientia ipſa oſtendit tum ratio docet. Quae namque vehementer calefaciunt, ea omnia caput

Ed. Chart. IX. [212.] Ed. Baſ. V. (290.)

ὡς ἂν ἄνω φύσει φερομένου τοῦ θερμοῦ. θερμὴ δὲ ἱκανῶς ἐστιν ἁπάντων τῶν ἀρωμάτων ἡ φύσις καὶ μάλιστα κασσίας καὶ κόστου καὶ κινναμώμου καὶ ἀμώμου.

κθ'.

Τὰς κυούσας φαρμακεύειν ἢν ὀργᾷ τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν ἧσσον. τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι χρή.

Οὗτος ὁ ἀφορισμὸς εἴρηται καὶ πρόσθεν ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων λόγοις· ἀλλὰ καὶ νῦν ἐν τοῖς περὶ τῶν γυναικείων κατά γε τὰ πλεῖστα τῶν ἀντιγράφων εὑρίσκεται. τινὲς δ' ἐξαίρουσιν αὐτὸν ὅπως μηδεὶς ᾖ γεγραμμένος, ἐξηγήσεως δὲ οὐ δεῖται νεωτέρας ἡμῖν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις.

---

tentant, calore nimirum naturaliter ſurſum tendente. Atqui omnium aromatum quum abunde calet natura, tum vero maxime caſſiae aromaticae, coſti, cinnamomi et amomi.

XXIX.

Praegnantes, ſi ad excretionem turgeat humor, purgandae ſunt quarto menſe et aduſque ſeptimum, ſed hae minus. Minoribus autem et grandioribus fetibus religioſe agendum.

Hic aphoriſmus ſupra quoque pronunciatus eſt, ubi de purgatione habebatur oratio. Sed et nunc ubi de mulieribus agitur in quam plurimis exemplaribus invenitur. Quidam vero ipſum eximunt, ne bis ſcriptus comperiatur. Nova autem explicatione altera nobis non opus eſt, praeter eam quam ſupra ſcripſimus.

Ed. Chart. IX. [213.] Ed. Bas. V. (290.)

λ'.

[213] *Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὑπό τινος τῶν ὀξέων νοσημάτων ληφθῆναι θανάσιμον.*

Εἰκότως· ἐάν τε γὰρ πυρετῶδες ᾖ τὸ νόσημα, συνεχεῖς ἀνάγκη τοὺς πυρετοὺς ἔχειν αὐτό. τοιοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὀξὺ καὶ κίνδυνος ἐν τῷδε διττὸς, εἷς μὲν αὐτοῦ τοῦ πυρετοῦ ἀναιροῦντος τὸ ἔμβρυον, ἕτερος δ' ὅτι διὰ μακροῦ μὲν τρέφοντες ἐνδείᾳ τροφῆς ἀναιροῦμεν τὸ ἔμβρυον. εἰ δ' ἵνα τοῦτο διασώσωμεν, ἀφειδήσομεν τοῦ συνεχῶς τρέφειν, αὐξήσαντες τῇ τῶν τροφῶν ἀκαιρίᾳ τοὺς συνεχεῖς πυρετοὺς, ἀποκτενοῖμεν τὴν κύουσαν, οὕτω δὲ κἂν χωρὶς πυρετοῦ τῶν ἄλλων τι γένηται νοσημάτων ὀξέων, οἷον ἐπιληψία ἢ ἀποπληξία ἢ σπασμὸς ἢ τέτανος ἅμα τῷ μεγέθει καὶ τῇ συντονίᾳ τοῦ νοσήματος, ἀδύνατον ἐξαρκέσαι τὴν κάμνουσαν.

XXX.

Mulierem utero gerentem morbo quodam acuto corripi letale.

Merito; ſive enim ſit febrilis morbus, ipſam febre continua affici neceſſe eſt: talis enim eſt morbus acutus, in quo duplex fetui impendet periculum, unum a febre ipſa fetum perimente, alterum quod exhibitis aegrotanti per longum intervallum cibariis, alimenti penuria fetum enecamus. Quod ſi ut hunc ſervemus cibos blande ac crebro exhibuerimus, intempeſtivo cibo aucta febre continua gravidam occidemus. Sic etiam ſi absque febre alius quidam morbus acutus obortus ſit, qualis epilepſia, apoplexia aut convulſio aut tetanus, morbi magnitudini et vehementiae aegrota par eſſe non poterit.

Ed. Chart. IX. [213. 214.] Ed. Baſ. V. (290. 291.)

λα'.

Γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει, καὶ μᾶλλον, εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον.

---

(291) *Ἐνδεία τροφῆς φθείρεται τὸ ἔμβρυον οὐ μόνον ἐκ τῆς φλεβοτομίας, ἀλλὰ κἂν ταῖς μικροτέραις ἀσιτίαις, ἐπιδείξομεν δὲ τοῦτο μικρὸν ὕστερον καὶ δι' ἄλλων ἀφορισμῶν. εἰκότως οὖν τὸ ἔμβρυον τὸ μεῖζον μᾶλλον φθείρεται, φλεβοτομηθείσης τῆς γυναικὸς, διὰ τὸ πλείονος δεῖσθαι τροφῆς.*

λβ'.

Γυναικὶ αἷμα ἐμεύσῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων λύσις γίνεται.

---

[214] *Εἰκότως· ἀντίσπασίς τε γὰρ ἅμα καὶ κένωσις ἔσται τοῦ τὴν ὁρμὴν εἰληφότος αἵματος ἄνω· τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἡ πεῖρα διδάσκει συμφερόντως γιγνόμενον, ἐξ αὐ-*

XXXI.

Mulier utero gerens vena ſecta abortit, eoque magis, ſi fetus grandior fuerit.

Defectu alimenti, non modo venae ſectione, verum etiam longiore inedia fetus in utero necatur, quod paulo poſt aliis etiam aphoriſmis oſtenſuri ſumus. Merito itaque fetus grandior, ſecta praegrandi vena, citius corrumpitur, quod nimirum copioſiore indigeat alimento.

XXXII.

Mulieri ſanguinem vomenti menſtrius erumpentibus ſolutio contingit.

Jure ac merito, etenim ſanguinis erit ſurſum impetum conſequuti revulſio ſimul et vacuatio. Quod quam utiliter fiat, ipſa nos docet experientia, qua nos inducti

Ed. Chart. IX. [214.] Ed. Baf. V. (291.)

τῆς δ' ὁρμηθέντες καὶ ἡμεῖς μιμησόμεθα τὰ καλῶς ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποτελούμενα καὶ διὰ φλεβοτομίας κενώσομεν τὰς οὕτω πάσχουσας.

λγ'.

Γυναικὶ τῶν καταμηνίων ἐκλειπόντων αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι ἀγαθόν.

Ὅτι μὲν οὖν ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ καλῶς ἐφ' ἑκάστῳ μηνὶ κενούμενον αἷμα, ἐπειδὰν κατά τινα διάθεσιν ἐπισχεθῇ, βλάπτειν τὴν γυναῖκα καὶ ὅ τι δι' ἑτέρου χωρίου κενουμένου ἰάσεται τῆς βλάβης τὸ πᾶν σῶμα πρόδηλον παντί. πολλῶν δ' ὄντων χωρίων δι' ὧν ἐκκενοῦσθαι δύναται, τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι πρόσεστί τις μείζων ἢ ἐλάττων βλάβη. μόνη δ' ἡ διὰ τῶν ῥινῶν κένωσις ἄλυπός ἐστιν, ἣν ἐπαινεῖ νῦν ὁ Ἱπποκράτης. οὐ μὴν οὐδ' εἴ τις ἄλλη κένωσις ἄλυπος εὑρίσκοιτο, τούτου χάριν ὁ ἀφορισμὸς ψευδὴς ἐστιν. οὐ γὰρ ὅτι μόνη κένωσις ἡ διὰ τῶν ῥινῶν ἀγαθὴ τῶν καταμηνίων

quae praeclare natura gerit opera imitabimur atque ſic affectas mulieres venae poplitis aut malleoli ſectione vacuabimus.

XXXIII.

Mulieri menſtruis dificientibus ſanguis ex naribus profluens bonum.

Quod qui ſanguis ſingulis menſibus probe vacuatur, quum propter aliquam affectionem retentus fuerit, eum mulierem oblaedere neceſſe ſit, quodque per alium locum vacuatus univerſum corpus a laeſione ſanum liberet, patet omnibus. Quum autem multa ſint loca, per quae vacuari queat, aliis quidem omnibus ſua quaedam major minorque ineſt laeſio; ſola vero per nares vacuatio innoxia, quam nunc laudat Hippocrates. Non tamen ſi qua alia comperiatur citra noxam vacuatio, propterea falſus eſt aphoriſmus. Non enim quod ſola per nares vacuatio

Ed. Chart. IX. [214. 215.] Ed. Baſ. V. (291.)

ἐκλειπόντων εἴρηκεν, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπῄνεσεν αὐτὴν, μὴ προσθεὶς ὅτι μόνη καὶν τὴν δι' ἕδρας οὖν τὴν ἀγαθὴν εἶναι λέγῃ ταῖς οὕτως ἐχούσαις γυναιξὶν, οὐ μάχεται τῷ ἀφορισμῷ. φαίνεται γὰρ ἐνίοτε δι' ἑνὸς ὡς παραδείγματος ὁ Ἱπποκράτης ἀποφαινόμενος ὑπὲρ τῶν ὁμοίων ἁπάντων.

λδ'.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἦν ἡ κοιλίη ῥυῇ πολλάκις, κίνδυνος ἐκτρῶσαι.

Τῷ λόγῳ τῆς κενώσεως καὶ νῦν ὁ Ἱπποκράτης κίνδυνος, φησὶν, ἐκτρῶσαι, καθότι καὶ πρόσθεν ἐπὶ τῆς φλεβοτομίας ἐδείκνυμεν.

λε'.

[215] *Γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ ἡ δυστοκούσῃ πταρμὸς ἐπιγενόμενος ἀγαθόν.*

deficientibus menſtruis bona ſit dixit, ſed ipſam ſimpliciter commendavit, non quod ſola ſit addito. Quod ſi quis eam quae per ſedem ſit vacuationem ita affectis mulieribus utilem eſſe proferat, non aphoriſmo reluctatur. Nonnunquam enim Hippocrates unico velut exempli gratia propoſito, de ſimilibus omnibus pronunciare videtur.

XXXIV.

Mulieri utero gerenti, ſi alvus multoties profluit abortionis periculum eſt.

Ratione vacuationis nunc quoque Hippocrates abortionis periculum eſſe pronunciat, quemadmodum et antea in ſanguinis per ſectam venam miſſione oſtendebamus.

XXXV.

Mulieri uteri ſtrangulatu vexatae aut partus difficultate laboranti ſternutamentum ſuccedens bonum.

Ed. Chart. IX. [215.] Ed. Baſ. V. (291.)

Ἀσαφές ἐστι τὸ τὸν κατὰ ἀφορισμὸν ὄνομα τὸ ὑστερικῶν. ἔνιοι μὲν γὰρ ἀκούουσιν ἐπὶ πασῶν κατὰ τὰς ὑστέρας διαθέσεων, ἔνιοι δὲ ἐπὶ μόνων ἐκείνων αἷς ἕπεται πάθος ὃ προσαγορεύουσιν ὑστερικὴν πνίγα, καίτοι γε οὐ πνίγα κατ' ἀλήθειαν οὖσαν, ἀλλ' ἄπνοιαν. ἔνιοι δ' ἐπὶ τῶν χωρίων ἀκούουσιν, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα τὰ ὕστερα καλοῦσιν. ἀλλ' οὗτοι μὲν ἄντικρυς ἁμαρτάνουσιν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα δοκοῦσιν ἀληθεύειν, ἐν τῷ καταῤῥήγνυσθαι τὰ ἐν τῇ μήτρᾳ κατεχόμενα χωρία πρὸς τῶν πταρμῶν. ἄλλος τε γὰρ ὑπὲρ τούτων ἀφορισμὸς αὐτῷ γέγραπται καὶ διαφέρει πάμπολυ καὶ κατὰ τοὔνομα τὰ ὕστερα τῶν ὑστερικῶν. ψεῦδός γε μὴν ἐστι καὶ τὸ περὶ πάντων τῶν κατὰ τὰς ὑστέρας παθῶν εἰρῆσθαι τὸν λόγον. οὔτε γὰρ ἑλκώσεις οὔτε φλεγμονὰς οὔτ' ἐρυσιπέλατα, καθάπερ οὐδ' ἀποστήματα πταρμὸς ὀνίνησιν. ἀληθὲς δὲ τὸ καὶ κατὰ ὑστερικὰς ἀπνοίας ἐπιγινομένου πταρμοῦ ῥᾳστωνεῖν τὰς καμνούσας, οὐ μόνον ὅτι σημεῖον ἀγαθόν ἐστιν αὐτομάτως ἐπιγενόμενος ὁ πταρμὸς ταῖς οὕτως ἐχούσαις, ἀλλὰ καὶ αἴτιον ὥσπερ τι βοήθημα

Obſcurum eſt in aphoriſmo hyſtericum nomen: nonnulli ſiquidem pro omnibus uterorum affectibus accipiunt, nonnulli vero pro illis ſolis affectibus uteri exaudiunt, quos ſequitur affectio quam hyſtericam ſuffocationem vocitant: quamquam revera ſtrangulatio non eſt, ſed apnoea ſeu reſpirationis ablatio; alii denique ſecundas intelligunt, quandoquidem et has uteros appellitant. Verum hi aperte aberrant, etiamſi quam maxime in eo verum dicere videantur, quod ſecundae utero retentae ſternutamentis deturbantur. Alius enim etiam de his aphoriſmus ab ipſo ſcriptus eſt, atque nomine plurimum hyſtera et hyſterica inter ſe differunt. Falſum porro eſt de omnibus uteri affectibus orationem efferri; neque enim exulcerationes, neque inflammationes, neque eryſipelata, ut neque abſceſſus ſternutatio juvat. At illud verum eſt in hyſtericis apnoeis, interveniente ſternutatione affectas mulieres levari, non ſolum quia bonum ſignum eſt ſternutatio ſponte naturae ita affectis mulieribus ſuperveniens, ſed etiam quia ut

Ed. Chart. IX. [215. 216.] Ed. Baſ. V. (291.)

τοῦ πάθους γινόμενος. σημεῖον μὲν οὖν ἀγαθόν ἐστι, διότι δηλοῖ τὴν φύσιν ἔμπροσθεν νεναρκωμένην, ἐπεγείρεσθαί τε καὶ ἀναζωπυρεῖσθαι καὶ τῶν οἰκείων κινήσεων ἀναμιμνήσκεσθαι, ὁπότε γε καὶ ἀποτίθεταί τινα τῶν περιττωμάτων. ἐδείχθη γὰρ ἐν τοῖς τῶν συμπτωμάτων αἰτίοις ὁ πταρμὸς οὕτω γινόμενος, αἴτιον δὲ τῆς ὠφελείας, ὅτι τῷ σφοδροτέρῳ κλόνῳ καὶ βρασμῷ τοῦτο μὲν ἐπεγείρει τὴν φύσιν, τοῦτο δ' ἐκκρίνει τὰ δυσεκκρίτως ἐμπεπαρμένα τοῖς μορίοις τοῦ σώματος. οὕτω γὰρ καὶ τὴν λύγγα πέφυκεν ἰᾶσθαι.

λστ'.

[216] *Γυναικὶ καταμήνια ἄχροα καὶ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ ἀεὶ γινόμενα καθάρσιος δεῖσθαι σημαίνει.*

Πολλὰ τῶν ἀντιγράφων βιβλία ἔστιν εὑρεῖν οὕτως ἔχοντα τὴν λέξιν· γυναικὶ καταμήνια χρόνια καὶ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ ἰόντα. δύναται μὲν οὖν καὶ τὰ χρόνια καταμήνια,

cauſa huic affectui remedium eſt. Signum itaque bonum eſt, quia naturam prius torpentem nunc exſuſcitari ac recreari et propriarum motionum reminiſci: quandoquidem ipſa quaedam excrementa rejicit. Ita enim in libro de ſymptomatum cauſis ſternutamentum fieri oſtendimus. Cauſa vero utilitatis exiſtit, quia vehementiore concuſſione atque jactatione partim quidem naturam excitat, partim vero quae partibus corporis tenaciter impacta ſunt excernit; ſic enim et ſingultum ſanare ſolet.

XXXVI.

Mulieri menſes decolores neque ſemper eodem periodo prodeuntes purgatione opus eſſe ſignificat.

In multis exemplaribus dictionem ita ſe habere reperire licet: Mulieri menſtrua tarda, neque tempore per ſe prodeuntia. Poſſunt itaque menſtrua tarda, hoc eſt

Ed. Chart. IX. [216.] Ed. Baſ. V. (291.)

τουτέστιν ὅσα τῆς εἰθισμένης ὑστερίζει περιόδου, καθάρσεως δεῖσθαι χυμοῦ φλεγματικοῦ, διὸ καὶ δύσχροα γίγνεται οὐ μὴν ἐξ ἀνάγκης γε ταύτης μόνης· καὶ γὰρ δὴ καὶ διὰ τῆς λεπτυνούσης διαίτης ἐνίοτε τὰς τοιαύτας διαθέσεις πολλάκις ἰασόμεθα, γέγραπται δὲ περὶ τῆς διαίτης ταύτης ἓν ἰδίᾳ βιβλίον, ἅμα δ' αὐτῇ καὶ ἡ τῶν ἀρωμάτων πνρία καὶ οἱ τὴν αὐτὴν ἐκείνῃ δύναμιν ἔχοντες πεσσοὶ πρόθετοι καὶ τὰ πινόμενα φάρμακα τμητικά τε καὶ λεπτυντικὰ πάχους τῶν χυμῶν, ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ διὰ τῆς καλαμίνθης, ᾧ συνήθως ἑκάστοτε χρώμεθα, ὃ καὶ τὰς ἐμμήνους καθάρσεις βραδυνούσης ἐκίνησε πολλάκις. ὁ γάρ τοι σκοπὸς τῆς ἰάσεως αὐτῶν ἐστιν ἀναστομῶσαι μὲν τὰ στόματα τῶν εἰς τὴν μήτραν καθηκόντων ἀγγείων, λεπτῦναι δὲ τὸ αἷμα. καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ τοῦ παντὸς σώματος κάθαρσις, ὡς εἶπον, ὅτε δὴ τῶν παχέων γένηται χυμιῶν, ἰᾶται τὰς τοιαύτας διαθέσεις. εἰ δ' ἄχροα γεγραμμένον εἴη, πολὺ δὴ μᾶλλον ἡ κάθαρσις ἰάσεται τὰς οὕτως ἐχούσας. οὐδὲ γὰρ διὰ τὸν φλεγματικὸν μόνον χυμὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν μελαγχολικὸν καὶ τὸ

poſt conſuetum circuitum prodeuntia purgatione egere humoris pituitoſi, ob quem male colorata redduntur, non tamen hac ſola neceſſario: etenim etiam aliquando extenuante victu tales affectiones ſaepe ſanavimus. De hoc autem victu a nobis liber unus ſeorſum ſcriptus eſt; una quoque cum eo aromatum ſuffitus, quique eandem cum eo facultatem ſortiuntur peſſi ſuppoſititii et potulenta medicamenta, quae humorum craſſitiem incidant et attenuent, quale eſt dia calaminthes, quo aſſueto quotidie utimur, quodque commorantes purgationes ſaepe provocavit. Indicatio namque ac ſcopus earum ſanationis eſt tum vaſorum ad uterum pervenientium ora recludere tum ſanguinem extenuare. Et vero totius etiam corporis purgatio, ut dixi, quum videlicet craſſorum ſit humorum, tales affectiones ſanat. Quod ſi decolores ſcribatur, multo magis purgatio ſic affectas mulieres ſanaverit. Neque enim propter pituitoſum humorem ſolum, ſed etiam propter melancholicum et bilioſum decolores fiunt menſes. Quo

Ed. Chart. IX. [216. 217.] Ed. Baſ. V. (291.)

πικρόχολον, ἄχροα γίνεται τὰ καταμήνια. πῶς μὲν οὖν χρὴ διαγινώσκειν τὸν πλεονάζοντα χυμὸν ἐν τῷ προτέρῳ τῶν γυναικείων αὐτὸς ἐδίδαξεν, νῦν δ' ὅτι διὰ καθάρσεώς ἐστι κενωτέον αὐτὸ ἐδήλωσεν. τὸ δὲ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ ἰόντα τῇδε τῇ γραφῇ συμφωνεῖ μᾶλλον, ἵν' ὁ σύμπας λόγος ᾖ τοιοῦτος· ἐὰν ἄχροα γένηται τὰ καταμήνια καὶ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ ἰόντα τοῖς δι' ἔθους ἔμπροσθεν γινομένοις τῇ γυναικὶ, καθάρσεως δεῖται. συμβαίνει γὰρ ἐπὶ τῶν κακοχύμων γυναικῶν οὐ μόνον ἀχρουστέρας φαίνεσθαι τὰς ἐμμήνους καθάρσεις, ἀλλὰ καὶ τὸν χρόνον τῆς περιόδου διαφθείρειν. εἰ μὲν παχύτεροί τε καὶ δυσρούστεροι τῶν κατὰ φύσιν εἶεν οἱ χυμοὶ γεγονότες ἐπιβραδύνοντες καὶ χρονίζοντες, φθάνονται δὲ τὴν συνήθη προθεσμίαν ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις, ὑγροτέροις τε καὶ λεπτοτέροις δηλονότι.

λζ'.

[217] *Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἦν οἱ μασθοὶ ἐξαίφνης ἰσχνοὶ γένωνται, ἐκτιτρώσκει.*

vero modo humorem redundantem dignoſcere oporteat, ipſemet primo de morbis muliebribus docuit; nunc autem quod purgatione vacuandum ſit, id declaravit. Illud etiam: *neque eadem periodo prodeuntes*, huic textui magis conſonat, ut univerſa ſit ejusmodi oratio: *ſi menſes decolores fiant*, nec mulieri ſimile periodo prodeant ac antea manare conſueverunt, ipſa eget purgatione. Accidit enim cacochymis mulieribus non modo decolores apparere menſtruas purgationes, ſed etiam ſtatum periodi tempus labefactari. Si et craſſiores quidem humores fuerint et ad fluendum humoribus ſecundum naturam ſe habentibus ineptiores, quum immorantur ac tardant. His vero contrarii, hoc eſt humidiores ac tenuiores, quum praefinitum tempus anticipant.

XXXVII.

Mulieri utero gerenti ſi mammae derepente extenuentur, ipſa abortit.

Ed. Chart. IX. [217.] Ed. Baſ. V. (291. 292.)

Καὶ οὗτος ὁ ἀφορισμὸς ἐξ ἐκείνων ἐστὶν, οὓς ἔφαμεν ἔνδειαν τῆς τροφῆς σημαίνειν τῷ ἐμβρύῳ. κοιναὶ γάρ τινές εἰσι φλέβες ὑστερῶν τε καὶ τιτθῶν, αἵτινες ὅταν ἐνδεῶς ἔχωσιν αἵματος, ἰσχνοὺς μὲν τοὺς τιτθοὺς ἀποφαίνουσι, τῇ δὲ (292) ἀτροφίᾳ ποτὲ μὲν ἀναιροῦσι τὸ ἔμβρυον, ἔστι δ' ὅτε πρὸς ἔκκρισιν παρορμῶσι διὰ τὴν αἰτίαν, ἣν αὐτὸς ἐν τῷ περὶ φύσεως παιδίου γράφει κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν· ἡ τροφὴ καὶ ἡ αὔξησις τὰ ἀπὸ τῆς μήτρας καιιόντα, οὐκέτι αὐτάρκη τῷ παιδίῳ ἐστὶν, ὅταν οἱ δέκα μῆνες παρέλθωσι καὶ τὸ ἔμβρυον αὐξηθῇ. ἕλκει γὰρ ἀπὸ τοῦ αἵματος εἰς ἑωυτὸ γλυκύτατον, ἅμα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ γάλακτος ἐπαυρίσκεται ὀλίγον. ὅταν δ' αὐτῷ ταῦτα σπανιώτερα γένηται καὶ ἀδρὸν ᾖ τὸ παιδίον, ζητοῦν τε πλέον τῆς ὑπαρχούσης τροφῆς, ἀσκαρίζει, καὶ τοὺς ὑμένας ῥηγνύον ἀρχὴν ἀποκυήσεως παρέχει τῇ μητρί.

λη'.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἣν ὁ ἕτερος μασθὸς ἰσχνὸς γένη-

Hic etiam aphoriſmus ex illis eſt quos diximus alimenti penuriam fetus ſignificare. Quaedam enim venae ſunt uteris ac mammis communes, quae quum ſanguinis penuria laborant, mammas graciles quidem efficiunt, fetum vero interdum alimenti inopia perimunt, interdum etiam ad exitum concitant, eam ob cauſam quam ipſe libro de natura pueri his ſcriptis prodidit: *Alimentum et incrementum quod a matre defluit non amplius infanti ſufficit, quum peractis decem menſibus foetus grandior evaſerit. Ad ſeſe namque trahit a ſanguine quod dulciſſimum eſt ſimulque lactis portione aliqua fruitur. Haec ubi rariora et pauciora ipſi fuerint et infans maturus extiterit praeſenti copioſiorem cibum quaerens calcitrat et diſruptis membranis matri partus initium affert.*

XXXVIII.

Mulieri gemellos utero gerenti ſi altera mamma gracilis

Ed. Chart. IX. [217. 218.] Ed. Baſ. V. (292.)

ται, δίδυμα ἐχούσῃ θάτερον ἐκτιτρώσκει, καὶ ἢν μὲν δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν, ἢν δ' ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ.

Ὅπερ ὁ προγεγραμμένος ἀφορισμὸς ἐπ' ἀμφοτέρων ἔλεγε τῶν τιτθῶν, τοῦθ' οὗτος ἐπὶ θατέρου. διὰ δὲ τὴν προειρημένην αἰτίαν τῇ κοινωνίᾳ τῶν φλεβῶν τὸ κατ' εὐθὺ τοῦ μειωθέντος τιτθοῦ μὲν ὂν ἔμβρυον ἐκτιτρώσκεται, τὸ δ' ὅτι διδύμων ὄντων, ἄῤῥενός τε καὶ θήλεος, ἐὰν μὲν ὁ δεξιὸς τιτθὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄῤῥεν μόνον, ἐὰν δ' ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ διαφθείρεται, ἐξ ἐκείνης ἤρτηται τῆς δόξης αὐτοῦ, ἔμβρυα τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖς δεξιοῖς, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μᾶλλον.

οθ'.

[218] *Γυνὴ κύουσα μηδὲ τετοκυῖα εἰ γάλα ἔχει, τὰ καταμήνια αὐτῆς ἐκλέλοιπε.*

---

evadat, alterum abortu edit; et ſi dextra quidem mamma gracileſcat, marem; ſi vero ſiniſtra, feminam.

Quod ante ſcriptus aphoriſmus de ambabus mammis, id hic de altera verba facit, atque propter praenunciatam cauſam, venarum communitatem fetus a directo mammae imminutae ſitus abortum patitur. Quod autem dum gemelli, tum mas tum femina, utero geſtantur, ſi dextra mamma emarceſcat, mas ſolus, ſi ſiniſtra, ſola femina corrumpatur, ex illa ipſius opinione pendet qua mares quidem in dextris, feminas vero in ſiniſtris magis geſtari auguratur.

XXXIX.

Si mulier quae neque gravida eſt, neque peperit, lac habeat, huic menſtrua defecerunt.

Ed. Chart. IX. [218.] Ed. Baf. V. (292.)

Μακρότερος ὁ λόγος καὶ δεῖται τοῦ μέλλοντος αὐτῷ παρακολουθήσειν ἀκριβῶς γεγυμνασμένου κατὰ τὰ περὶ φυσικῶν δυνάμεων ὑπόμνηματα. λεχθήσεται δὲ τοσοῦτον ὅμως αὐτοῦ νῦν, ὅσον ἐνδέχεται διὰ βραχυτάτων ῥηθὲν εἰς τὰ προκείμενα γενέσθαι χρήσιμον. κοινὸν δὴ τοῦθ' ὑπάρχει πᾶσι τοῖς τοῦ ζώου μορίοις, ὅσα χυμῶν τινῶν ἐστι γεννητικὰ χρησίμων, ἤτοι γε ἑτέροις μορίοις ἢ εἰς τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν ἢ εἰς τὴν τοῦ κνουμένου τροφὴν περιττὸν ὑπάρχειν τὸν χυμὸν ἐκεῖνον τῆς τροφῆς τοῦ γεννῶντος αὐτὸν μορίου. οὐ γὰρ τῷ γινώσκειν ἐς ὅ τι χρήσιμος ὁ χυμὸς ἔσται τῷ ζώῳ τὴν γένεσιν αὐτοῦ ποιεῖται τὸ μόριον, εἴ γε μὴ μέλλει νοῦν ἔχειν τὸν τοιοῦτον, ὁποῖον ἀξιοῦμεν ἔχειν τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας, ἀλλ' ὁ μὲν δημιουργήσας τὸ ζῶον ἔχει τὸν νοῦν, αὐτὸ δὲ τὸ μόριον, ὡς ἐδείχθη, διοικεῖται δυνάμεσι φυσικαῖς ἄλλαις τέ τισι καὶ τῇ ἀλλοιωτικῇ, καθ' ἣν ὁμοιοῖ τὴν τροφὴν αὐτῷ. ὅσον μὲν οὖν τῆς ἀλλοιωθείσης ὑπ' αὐτοῦ τροφῆς ἀκριβῶς ὡμοιώθη τῷ τρε-

Longior oratio lectorem quoque deſiderat, qui eam ſit adſequuturus, in commentariis de naturalibus facultatibus accurate verſatum. De his tamen in praeſentia tantum dicturi ſumus, quantum breviſſime dictum ad propoſita conferre poſſit. Hoc ſane omnibus animantis partibus eſt commune, quae aut ad aliarum partium uſum aut ad generis propagationem aut ad conceptus nutritionem quosdam humores utiles procreant, humorem illum alimenti partis ipſum generantis reſiduum exiſtere. Non enim quod partis natura cognoſcat, ad quem uſum animali profuturus ſit humor, ipſius generationem molitur, niſi tali polleat intellectu, qualem eos habere arbitramur oportere, qui civitatum tenent gubernacula. Verum animalis quidem opifex illum habet intellectum; ipſa vero pars, ut demonſtratum eſt, naturalibus facultatibus regitur, cum aliis quibusdam, tum alteratrice, qua ſibi alimentum aſſimilat. Quantum itaque alimenti ab ipſa immutati et alterati alendo corpori fuerit perfecte aſſimi-

Ed. Chart. IX. [218.] Ed. Baſ. V. (292.)

φομένῳ, προστίθεταί γε καὶ τρέφει τὸ μόριον ἐκεῖνο καὶ τοῦτό ἐστιν, ὥσπερ αὐτὸς ἔφη, τροφὴ δὲ τὸ τρέφον καὶ τὸ οἷον τροφὴ καὶ τὸ μέλλον. τὸ δὲ περιττὸν ὑπολειπόμενον, ὑμοιός γέ τίς ἐστι τῇ τοῦ μορίου φύσει χυμὸς, ἐν μὲν τοῖς ὀστοῖς τὸ κατὰ τὰς σήραγγας αὐτὰς, κατὰ δὲ τὸ ἧπαρ τὸ αἷμα. τούτου τοῦ γένους ἐστὶ καὶ τὸ κατὰ σάρκα τοῦ πνεύμονος ἀραῶδες ὑγρὸν καὶ ὃ κατὰ τὰς διαρθρώσεις γλίσχρος χυμὸς καὶ τὸ κατὰ τοὺς ὄρχεις τε καὶ παραστάτας ὀνομαζόμενον σπέρμα καὶ τὸ κατὰ τὴν γλῶτταν, ᾧ τοὔνομα σίαλον. εἰσὶ δέ τινες κἀν τοῖς μασθοῖς ἀδένες ὁμοιοῦν ἑαυτοῖς δυνάμενοι τὸ ἐπιῤῥέον. ὅταν οὖν ἅιμοί τε καὶ λευκοὶ τὸ οἰκεῖον χυμὸν ἐργάζονται τοιοῦτον, οἷόνπερ ἔστι τὸ γάλα καὶ πλεῖόν γε ποιοῦσι τοιοῦτον, ὅταν ἐπιῤῥέῃ τροφὴ πλείων ἐν αὐτοῖς. πλείων δὲ ἐπιῤῥεῖ κατὰ τὸν ὄγδοον μῆνα καὶ τὸν ἔνατον τῆς κυήσεως, ἡνίκα καὶ πεπλήρωνται δαψιλῶς αἱ κοιναὶ φλέβες ὑστερῶν τε καὶ τιτθῶν, ὡς καὶ διὰ τῆς τῶν κυουμένων ζώων ἀνατομῆς ἐναργῶς φαίνεται. γίνεται δέ ποτε καὶ χωρὶς τοῦ κυῆσαι σπανίως τὸ τοιοῦτον, ὅταν

latum, ipſi apponitur parti eamque alit, atque quod ipſe dicebat, hoc eſt. Alimentum eſt quod alit, quod veluti alimentum et quod alitur um eſt. Alimenti vero reſiduum ac reliquiae humor quidam eſt partis naturae ſimilis, in oſſibus quidem quod in eorum cavernis eſt reliquus, in iecore vero ſanguis. Hujus generis eſt qui ſpumoſus in pulmonis carne continetur, in articulorum commiſſuris glutinoſus humor, in teſtibus et paraſtatis appellatum ſemen et in lingua cui nomen ſaliva. Sunt autem et in mammis glandulae, quod ad ipſas affluit, id ſibi ipſis aſſimilandi facultatem ſortitae, quae quum exſangues et albae ſint, familiarem et proprium humorem, quale lac eſt, efficiunt, atque uberius tale efficiunt, quum ad ipſas copioſius defertur alimentum. Copioſius vero affluit octavo et nono a conceptionis menſe, quo tempore communes et mammarum et uteri venae liberalius oppletae ſunt, quemadmodum gravidatorum animalium anatome manifeſto conſpicitur. Cujusmodi res aliquando etiam licet raro

Ed. Chart. IX. [218. 219.] Ed. Baſ. V. (292.)

ἀφίκωνται εἰς ὁμοίαν πλήρωσιν αἱ φλέβες ἐξ ἐπισχέσεως καταμηνίων γινομένην, ἧς νῦν μέμνηται διαθέσεως ὁ Ἱπποκράτης.

μ΄.

[219] Γυναιξὶν ὀκόσῃσιν ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συστρέφεται, μανίην σημαίνει.

Ὅτι μὲν εἰς τοὺς τιτθοὺς τὸ αἷμα φερόμενον, εἶθ' ὑπὸ τῶν αὐτόθι ἀδένων μεταβαλλόμενον γάλα γίγνεται, κατὰ τὸν προγεγραμμένον ἀφορισμὸν εἴρηται. νυνὶ δ' ὅταν ἀμετάβλητον διαμένῃ τὸ παραγενόμενον εἰς αὐτοὺς αἷμα, φησὶν ὁ Ἱπποκράτης μανίην σημαίνεσθαι. ἐγὼ μὲν οὖν οὔπω τοῦτο γινόμενον ἐθεασάμην, ὥστ' εἰ καὶ γίνεται ποτὲ μὲν τῶν σπανίων ἐστίν. ὁ Ἱπποκράτης δ' ὡς ἑωρακὼς αὐτὸ γράφει· καὶ εἴπερ γε ἀληθές ἐστι, τοιάνδε τινα χρὴ νομίζειν αὐτῆς τὴν αἰτίαν ὑπάρχειν. τῶν ἀδένων ἡ φύσις καὶ μάλιστα κατὰ τοὺς τιτθοὺς ἄναιμός τέ ἐστι καὶ δηλον-

citra uteri geſtionem accidit, quum propter remoratos menſes venae ad ſimilem repletionem pervenerint, cujus nunc affectionis meminit Hippocrates.

XL.

Quibus mulieribus ſanguis in mammis colligitur, maniam ſignificat.

Quod ſanguis quidem in mammas feratur, deinde a glandulis illic incumbentibus in lac transmutetur, praecedente aphoriſmo ſcriptis proditum eſt. Nunc vero quum appulſus ad eas ſanguis immutabilis remaneat, maniam ſignificari pronunciat Hippocrates. Equidem nondum hoc accidere vidi, quare ſi quando uſu veniat, ex iis fuerit quae raro eveniunt. Hippocrates autem ac ſi viderit illud, ſcribit. Quod ſi verum eſt, aliquam ejusmodi exiſtimare oportet ejus cauſam exiſtere. Glandularum cum omnium tum earum maxime quae mammis inſunt exſan-

Ed. Chart. IX. [219.] Ed. Baſ. V. (292.)

ὁτι ψυχρά. τὸ γὰρ ἄναιμον ἅπαν ψυχρὸν, καὶ δὴ καὶ τὴν τοῦ φερομένου πρὸς αὐτοὺς αἵματος ἀλλοίωσιν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον ἐργάζεται. ὅσῳ γάρ εἰσιν οἱ ἀδένες οὗτοι τῆς τοῦ ἥπατος σαρκὸς ψυχρότεροι, τοσοῦτον τὸ γάλα τοῦ αἵματος. ὅταν οὖν ποτε πολύ τε ἅμα καὶ ζέον αἷμα πάντῃ τοῦ σώματος ἀναφέρηται καὶ μάλιστα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, μανήσονται μὲν, ὅτι τὴν κεφαλὴν καταλαμβάνει τὸ τοιοῦτον αἷμα· τὸ δ' ἐπὶ τοὺς τιτθοὺς ὁρμῆσαν αὐτοῦ τὴν εἰς τοὐναντίον οὐ δυνήσεται λαβεῖν ἀλλοίωσιν ὡς γενέσθαι γάλα, διά τε τὴν ζέσιν καὶ τὸ πλῆθος.

μα'.

Γυναῖκα ἢν θέλῃς εἰδέναι εἰ κύει, ἐπὴν καθεύδειν μέλλῃ, μιλίκρητον δίδου πίειν, κἢν μὲν στρόφον ἔχῃ περὶ τὴν γαστέρα, κύει, εἰ δὲ μὴ, οὐ κύει.

---

guis natura eſt ac proinde frigida: omne enim exſangue frigidum, ac propterea etiam ſanguis eo delati alterationem in frigidius faciunt. Quanto enim hae glandulae ſunt jecoris carne frigidiores, tanto lac eſt ſanguine frigidius. Quum igitur copioſus ſimulque frigidus aliquando ſanguis ex toto corpore ſurſum ac praecipue in caput feratur, ea in furorem maniamve agetur, quoniam caput ejusmodi ſanguis occupat. Quae vero ipſius portio in mammas cogitur, in contrariam fieri ſolitam alterationem nanciſci non poterit ut lac evadat, propter ipſius tum fervorem tum abundantiam.

XLI.

Si noſſe velis an mulier conceperit, dormiturae aquam mulſam potui dato; quod ſi ventris torminibus vexetur, concepit, ſin minus, non concepit.

Ed. Chart. IX. [219. 220.] Ed. Baf. V. (292.)

Ὁ στροφος γίνεται μὲν καὶ διὰ δῆξιν, γίνεται δὲ καὶ διὰ πνεῦμα φυσῶδες οὐκ ἔχον εὐπετῆ διέξ- [220] οδον, ὄντινα καὶ νῦν στρόφον ἡγητέον, ἐπὶ τῶν κυουσῶν γίγνεσθαι, διὰ τὴν ἀπὸ τῆς μήτρας στενοχωρίαν. καθεύδειν δὲ μελλούσῃ διδόναι τὸ μελίκρατον ὠμὸν δηλονότι. τοῦ γὰρ φυσώδους αὐτοῦ πρὸς τὴν διάγνωσιν χρήζει, βουλομενος ἡσυχάζειν τε ἅμα καὶ πεπληρῶσθαι σιτίων τὴν γυναῖκα. συντελέσει γὰρ ἄμφω ταῦτα πρὸς τὴν τοῦ στρόφου γένεσιν.

μβ'.

Γυνὴ ἢν μὲν ἄῤῥεν κύῃ, εὔχρους ἐστὶ, ἢν δὲ θῆλυ, δύσχρους.

Ὡς πρὸς ἑαυτὴν κρινουμένης τῆς γυναικὸς οὐ πρὸς ἑτέραν ἡ διάγνωσις ἀπό τε τῆς εὐχροίας δηλονότι καὶ τῆς δυσχροίας εἴρηται τῷ Ἱπποκράτει. ἑαυτῆς γὰρ ἀχρουστέρα φαίνεται κύουσα τὸ θῆλυ, διότι ψυχρότερόν ἐστι τὸ θῆλυ

Tormina fiunt tum propter morſum tum etiam propter ſpiritum flatulentum qui facilem exitum non habet: quae tormina fieri etiam iis quae conceperunt mulieribus nunc arbitrandum eſt, propter inteſtinorum ab utero coarctationem. Dat autem aquam mulſam mulieri dormiturae, crudam videlicet. Ea namque flatulenta ad dignotionem opus habet, quippe qui et quieſcere et cibis impleri velit mulierem. Siquidem utrumque ad torminum generationem confert.

XLII.

Mulier gravida ſi marem geſtet, probe colorata eſt; ſi feminam, decolor.

Ut mulieris ad ſe ipſam, non ad alteram collatae dignotio ex colore videlicet tum probo tum pravo ſumpta, ab Hippocrate pronunciata eſt. Nam quae feminam utero gerit, ſe ipſa minus colorata apparet, quod mas ſit femina

Ed. Chart. IX. [220.] Ed. Baſ. V. (292. 293.)

τοῦ ἄῤῥενος· οὐκ ἂν δὲ συνελήφθη τοιοῦτον, εἰ μὴ τό τε σπέρμα τἀνδρὸς ἦ θ' ἑστέρα τῆς γυναικὸς ψυχρότερα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἦν ἐν ᾧ συνελάμβανε, διὸ καὶ τοῦ πλειστάκις ἔχεται τὸ λεγόμενον. ἐνδέχεται γὰρ οὕτω καλῶς ἅπαντα πρᾶξαι τὴν γυναῖκα μετὰ τὸν τῆς λήψεως καιρὸν, ὡς εὔχρουν γενέσθαι. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἄλλα ἐστὶ γνωρίσματα κύειν ἄῤῥεν, (293) ὥσπερ αὐτοῦ τοῦ κυουμένου τό τε πλῆθος καὶ ἡ ἰσχὺς ἰῶν κινήσεων, οὐδ' αὐτὰ τῶν διηνεκῶν ὄντα σημείων. ἐνδέχεται γάρ ποτε κατὰ τὸ σπάνιον καὶ θῆλυ κυόμενον ῥωμαλεώτερον ἄῤῥενος ἰσχυράς τε ἅμα καὶ πολλὰς κινεῖσθαι κινήσεις, καί ποτε τὸ ἄῤῥεν ἀσθενέστερον τοῦ θήλεος ὑπάρχειν, ἐλάττους τε καὶ ἀμυδροτέρας κινήσεις κινεῖσθαι.

μγ'.

Ἢν γυναικὶ κυούσῃ ἐρυσίπελας ἐν τῇ ὑστέρῃ γένηται, θανατῶδες.

---

frigidior. Nunquam vero talis conceptus fuiſſet, niſi et viri ſemen et mulieris uterus quo concepit tempore frigidiora fuiſſent. Quare quod dicitur ex eorum numero eſt, quae ſaepius eveniunt. Contingit enim mulierem ita omnia recte agere poſt conceptionis tempus ut probe colorata reddatur. Conſtat autem alia eſſe maris concepti ſigna, quales ſunt frequentes et validi ipſius motus, quae tamen neque ipſi ſigna perpetua ſunt. Contingit enim interdum, licet raro, conceptam feminam mare robuſtiorem eſſe multisque ac validis motibus cieri. Contingit quoque nonnunquam marem femina imbecilliorem eſſe ac pauciores debilioresque motus edere.

XLIII.

Si mulieri praegnanti in utero oboriatur eryſipelas, letale.

Ed. Chart. IX. [221.] Ed. Baf. V. (293.)

[221] Ἆρά γε τὸ ἐρυσίπελας ἡγεῖται μόνον ἐν τῇ μήτρᾳ συνιστάμενον ἐπὶ τῆς κυούσης θανατῶδες ὑπάρχειν, ἢ καὶ τὴν ἰδίως ὀνομαζομένην φλεγμονήν; ὅτι μὲν γὰρ ἐρυσιπέλατος γινομένου τεθνήξεται τὸ ἔμβρυον ἐξ ἀνάγκης εὔδηλον, εἴ γε καὶ ὀξεῖς πυρετοὶ πολλάκις ἀναιροῦσιν αὐτὸ χωρὶς ἐρυσιπέλατος· εἰ δὲ καὶ φλεγμηνάσης τῆς μήτρας δυνήσεταί ποτε διαζῆσαι τὸ ἔμβρυον ἄξιον σκέψεως.

μδ'.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν λεπταὶ ἐοῦσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσιν ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα πρὶν ἢ παχυνθῆναι.

Κατὰ τρεῖς τρόπους ἀκηκόασιν οἱ ἐξηγησάμενοι τὸ βιβλίον τῆς διανοίας τοῦ προκειμένου νῦν ἀφορισμοῦ. τινὲς μὲν γὰρ ἡγοῦνται πάντως ἐκτιτρώσκειν αὐτὰς, τινὲς δὲ, εἰ μὴ παχυνθεῖέν τε καὶ ἀνατραφεῖεν, ἀλλὰ διαμένοιεν ἄτροφοί τε καὶ ἰσχναί· τινὲς δὲ, ὅταν ἀνατρέφωνται, τότε μάλιστα ἐκτιτρώσκουσιν, ὃ καὶ δοκεῖ τῶν προειρημένων ἀπι-

Itaque ſolum eryſipelas in gravidae mulieris utero conſtitutum cenſet eſſe letale vel etiam proprie dictam phlegmonem. Foetum enim, facto in utero eryſipelate, neceſſario interiturum eſſe, manifeſtum eſt. Quandoquidem et acutae febres ſine eryſipelate multoties ipſum perimunt. An vero utero inflammationem patiente poſſit aliquando vivere, digna quaeſtione res eſt.

XLIV.

Quae praeter naturam tenues utero gerunt, abortiunt priusquam craſſiores evaſerint.

Tribus modis libri hujus interpretes propoſiti aphoriſmi ſenſum acceperunt. Quidam enim arbitrantur ipſas omnino abortire; quidam vero, ſi neque craſſeſcant, neque reficiantur, ſed emaciatae atque attenuatae permaneant; nonnulli denique quum ipſae reficiantur, tum maxime eas abortire, quod praedictis minus probabile eſſe videtur.

Ed. Chart. IX. [221. 222.] Ed. Baſ. V. (293.)

θανώτερον ὑπάρχειν· ἀλλ' ὅμως οὕτως ἐξηγήσατο τὸν ἀφορισμὸν Νουμησιανὸς, εἰρῆσθαι μὲν φάσκων ἐπὶ τῶν παρὰ φύσιν ἰσχνῶν γεγενημένων, δεομένων δὲ ἀνατραφῆναι πρότερον, εἶτα φθανουσῶν λαβεῖν, ἃς οὐχ οἷόν τε εἶναί φησιν ἀνατραφῆναι χωρὶς τοῦ τὸ χορηγούμενον αἷμα εἰς τροφὴν τῷ κυουμένῳ πρὸς τὴν τῆς κυούσης ἀναλαμβάνεσθαι θρέψιν, ὥστε εἰκότως ἀποροῦν αὐτάρκους τροφῆς τὸ ἔμβρυον ἀποφθείρεσθαι. ἀλλὰ καὶ τοῦ παρὰ φύσιν λεπταὶ τινὲς μὲν οὕτως ἤκουσαν ὡς ὁ Νουμησιανὸς, ἵνα παρὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν ἡ κύουσα εἴη γεγενημένη λεπτὴ, τινὲς δὲ τὸ ὑπερβαλλόντως φασὶ σημαίνεσθαι, δηλοῦν βουλομένου τοῦ Ἱπποκράτους ὡς οὐχ αἱ μετρίως λεπτυνθεῖσαι τοῦτο πάσχουσιν ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ὅσαι κατελεπτύνθησαν ἱκανῶς. ἑκατέρα δὲ ἡ ἐξήγησις ἔχει τινὰ λόγον.

μέ.

[222] Ὁκόσαι δὲ μετρίως τὸ σῶμα ἔχουσαι ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα καὶ τρίμηνα ἄτερ προφάσιος φανερῆς, ταύτῃσιν

Verumtamen ita Numeſianus expoſuit, de iis pronunciatum eſſe aphoriſmum affirmans quae praeter naturam extenuatae ſunt, quasque prius refici, deinde gravidari oporteat; ſed quum priusquam ſint refocillatae concipere praeoccupant, eas ait refici non poſſe, quod ſanguis ad foetus nutricationem ſuppeditandus ad gravidae ipſius nutritionem rapiatur. Quare pacta ratione fetus ſufficienti egens alimento enecatur. Sed et illud *praeter naturam tenues* quidam ſicut Numeſianus interpretati ſunt, ut praeter naturam gravida mulier attenuata ſit. Quidam vero per exſuperantiam dicunt ſignificari, volente Hippocrate nobis indicare mediocriter extenuatas id non ex neceſſitate pati, ſed admodum emaciatas. Utraque autem expoſitio ſua quadam ratione nititur.

XLV.

Quae vero mediocriter corpulentae fetus bimeſtres et trimeſtres citra cauſam manifeſtam abortiunt, iis uteri

Ed. Chart. IX. [222.] Ed. Baf. V. (293.)

αἱ κοτυληδόνες μύξης μεσταί εἰσι καὶ οὐ δύνανται γοῦν κρατέειν ὑπὸ τοῦ βάρεος τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἀποῤῥήγνυνται.

Ἄτερ φανερᾶς προφάσεως λέγει πυρετοῦ σφοδροῦ καὶ γαστρὸς ῥεύματος ἢ αἱμορῥαγίας ἢ ἐρυσιπέλατος ἐν αὐτῇ τῇ μήτρᾳ συστάντος ἢ πηδησάσης σφοδρότερον τῆς κυούσης ἢ κραξάσης ἢ λυπηθείσης ἢ θυμωθείσης ἢ φοβηθείσης ἢ ἐνδεῶς διαιτηθείσης ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον διαπραξάσης ἢ παθούσης. εἰκὸς γὰρ ταῖς τοιαύταις μυξώδη τὰ στόματα τῶν εἰς τὴν μήτραν καθηκόντων ἀγγείων ὑπάρχειν, ἐξ ὧν ἤρτηται τὸ χωρίον, ἃ δὴ καὶ κοτυληδόνας ὠνόμασεν, οὐχ ὡς ἔνιοι νομίζουσι τὰς ἐπιτρεφομένας ἀδενώδεις σάρκας αὐταῖς. ἔν τε γὰρ τῷ πρώτῳ τῶν γυναικείων αὐτός φησιν, ἢν δὲ αἱ κοτυληδόνες φλέγματος περίπλεες ἔωσι, τὰ καταμήνια γίνεται ἐλάσσονα, καὶ ὁ Πραξαγόρας ἐν τῷ πρώτῳ τῶν φυσικῶν, κοτυληδόνες δέ εἰσι τὰ στόματα τῶν φλεβῶν καὶ τῶν ἀρτηριῶν τῶν εἰς τὴν μήτραν φερουσῶν.

---

acetabula mucoris plena ſunt, neque prae pondere fetum continere poſſunt, ſed abrumpuntur.

Citra cauſam evidentem, hoc eſt abſque febre vehemente vel alvi fluxione vel ſanguinis profluvio vel eryſipelate in ipſo utero conſtituto vel gravidae mulieris ſaltu vehementiore vel clamore vel moeſtitia vel excandeſcentia vel metu vel victu parciore vel alterius cujusdam rei ſimilis actione vel paſſione. Vero namque ſimile eſt in his mucoſae pituitae plena eſſe ora vaſorum ad uterum procedentium, ex quibus fecundae pendent, quae ſane ora cotyledonas appellavit, non ut quorumdam eſt ſententia, adnatas ipſis carnes glanduloſas. Nam ipſe quoque primo de mulierum affectibus ait, ſi cotyledones pituita refertae fuerint, pauciora fluunt menſtrua. Praxagoras etiam de naturalibus primo, cotyledones, inquit, ora ſunt venarum et arteriarum quae ad uterum feruntur.

Ed. Chart. IX. [222. 223.] Ed. Baf. V. (293.)

μστ'.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχεῖαι ἐοῖσαι μὴ ξυλλαμβάνουσιν ἐν τῇ γαστρὶ, ταύτῃσι τὸ ἐπίπλοον τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ἀποπιέζει καὶ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναι οὐ κύουσιν.

Τοῦ παρὰ φύσιν διχῶς ἀκούουσι κἀνταῦθα· τινὲς μὲν τὸ ὑπερβαλλόντως δηλοῦσθαι νομίζοντες, τινὲς τὸ παρ' αὐτὴν αὐτῆς τῆς κυούσης τὴν φύσιν. ἀληθέστερον δὲ τὸ πρότερον. ὑπὸ γάρ τοι τῆς κατὰ τὸ ἐπίπλοον πιμελῆς ἀποπιέζεται καὶ στενοχωρεῖται τὸ τῆς ὑστέρας στόμα ταῖς ὑπερβαλλόντως παχείαις γινομέναις. λέγει δὲ νῦν στόμα δηλονότι τὸ ἔνδον, ἔνθα τε- [223] λευτᾷ μὲν ἡ μήτρα, ὁ δ' αὐχὴν ἄρχεται, ὃ καὶ κυριώτερον ἂν ὑστέρας ὀνομάζοιτο στόμα. τὸ γὰρ ἕτερον πέρας τοῦ αὐχένος, τὸ συνάπτον τῷ γυναικείῳ αἰδοίῳ, οὐ τῆς μήτρας, ἀλλὰ τοῦ αὐχένος αὐτῆς εἰκότως ἄν τις ὀνομάσειε στόμα.

XLVI.

Quae praeter naturam craſſae in utero non concipiunt, iis omentum os uteri comprimit, neque priusquam extenuentur praegnantes efficiuntur.

Verba praeter naturam duobus etiam his modis accipiunt. Quidam enim ea praeter modum ſignificari arbitrantur, quidam vero praeter ipſius mulieris gravidae naturam. Verior eſt prior acceptio. Nam ab omenti pinguedine os uteri comprimitur et coarctatur mulieribus ſupra modum craſſis. Os autem nunc appellat internam uteri partem, ubi uterus deſinit et ipſius cervix incipit, quod magis proprie os uteri nuncupatur: nam alterum cervicis extremum quod mulieris pudendo committitur, non uteri, ſed ipſius cervicis os merito vocaretur.

Ed. Chart. IX. [223.] Ed. Baf. V. (293.)

μζ'.

Ἢν ὑστέρη ἐν τῷ ἰσχίῳ ἐγκειμένη διαπυήσῃ, ἀνάγκη ἔμμοτον γενέσθαι.

Τὴν δεησομένην τῆς διὰ τῶν μοτῶν θεραπείας ἔμμοτον ὠνόμασεν. ὅτι δὲ διαπυήσασα ἡ μήτρα καὶ μάλιστα πρὸς τοὐκτὸς, ἔοικε γὰρ τοῦτο ἐνδείκνυσθαι νῦν, ἐξ ἀνάγκης δεηθήσεσθαι θεραπείας τοιαύτης οὐκ ἄδηλον.

μη'.

Ἔμβρυα τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι μᾶλλον.

Ὅτι διὰ τὴν κρᾶσιν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς οὖσαν θερμοτέραν ἄῤῥεν γίγνεται τὸ ἔμβρυον ἐν τοῖσι περὶ σπέρματος ὑπομνήμασιν ἐπιδέδεικται. θερμοτέρα δὲ ἡ κρᾶσις γίγνεται τοῖς ἐμβρύοις οὐχ ἥκιστα καὶ διὰ τὸ χωρίον, ὅπερ ἐστὶ τὸ

XLVII.

Si uterus qua parte ad coxam incumbit ſuppuraverit, eum concerptis linamentis curari.

Uterum qui eam quae per linamenta fit curationem poſtulat linamentarium appellavit. Qui vero uterus ſuppuraverit ac praeſertim extrorſum propenderit, nunc enim hoc demonſtrare videtur, tali eum neceſſario curatione opus habiturum eſſe non abditum eſt.

XLVIII.

Fetus mares in dextris, feminae in ſiniſtris uteri partibus magis geſtantur.

Quod propter temperamentum protinus ab initio calidius maſculus fetus generetur in commentariis de ſemine a nobis demonſtratum eſt. Calidior temperatio fetibus etiam oboritur maxime vero ob locum, hoc eſt dex-

Ed. Chart. IX. [223. 224.] Ed. Baſ. V. (293.)

δεξιὸν τῆς ὑστέρας μόριον, αὐτίκα δὲ τοῦτο θερμότερόν ἐστι τῇ γειτνιάσει τοῦ ἥπατος. εἴη δ' ἄν τι πρὸς τὴν θερμότητα τοῦ κυουμένου συντελοῦν καὶ τὸ τῆς θηλείας σπέρμα προερχόμενον μὲν ἐκ τῶν οἰκείων ὄρχεων διὰ ἑκατέρας τῆς κεραίας, τὸ μὲν εἰς τὸν δεξιὸν κόλπον τῆς μήτρας, τὸ δὲ εἰς τὸν ἀριστερὸν, ἀνόμοιον ὑπάρχον, ὡς καὶ τοῦτ' ἐπεδείξαμεν. εἴπερ οὖν ὀρθωδέστερόν ἐστι καὶ ψυχρότερον τὸ κατὰ τὸν ἀριστερὸν ὄρχιν σπέρμα, καὶ κατὰ τοῦτ' ἂν εἰκότως ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τῆς μήτρας τὸ συνιστάμενον εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς κύημα γίγνοιτο ψυχρότερον. εἴρηται δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων αὐτάρκως κἀν τῷ πέμπτῳ τῶν Ἱπποκράτους ἀνατομικῶν.

μθ'.

[224] Ἐς ὑστέρων ἐκπτώσιας πταρμικὸν ἐπιτιθεὶς ἐπιλαμβάνειν τοὺς μυκτῆρας καὶ τὸ στόμα.

Οὐ περισπῶντας χρὴ τὴν ὑστάτην συλλαβὴν ἀναγιγνώσκειν ὑστερῶν, ἀλλὰ βαρύνοντας ὑστέρων. οὐ γὰρ δὴ αὐ-

tram uteri partem, haec autem protinus ob hepatis viciniam calidior exiſtit. Ad ejusdem ſetus caliditatem aliquid conſert muliebre quoque ſemen ex propriis teſticulis per utraque cornua profuſum, partim in dextrum uteri ſinum, partim in ſiniſtrum, quod eſt diſſimile, ut hoc quoque demonſtravimus. Si igitur ferociuſ ſit atque frigidius quod in ſiniſtro teſticulo continetur ſemen, ea ratione conceptus laeva uteri parte conſtitutus ab initio ſtatim frigidior evadit. Porro de his omnibus quinto anatomicorum Hippocratis libro abunde diximus.

XLIX.

Ad ſecundarum elapſum ſternutatorio admoto nares et os comprimere oportet.

Cum accentu circumflexo ultima ὑστερῶν ſyllaba legenda non eſt, ſed cum gravi ὑστέρων. Non enim ſane

Ed. Chart. IX. [221.] Ed. Baf. V. (293. 294.)

τὰς τὰς ὑστέρας ἐκπεσεῖν βούλεται διὰ τῆς γινομένης ἐντάσεως διὰ τῶν πταρμικῶν φαρμάκων, ἀλλὰ τὰ καλούμενα χόριά τε καὶ ὕστερα.

ν'.

(294) Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλε.

Ὥσπερ τῶν ἐλλιπῶς ἢ μηδὲ ὅλως κενουμένων καταμηνίων ἐδίδαξεν ἰάσεις ὁ Ἱπποκράτης, οὕτω καὶ νῦν τῶν ἀμέτρως κενουμένων διδάσκει, κελεύων ἡμῖν μεγίστην σικύην προσβάλλειν τοῖς τιτθοῖς. ἄμεινον δ' οὐκ αὐτοῖς τοῖς τιτθοῖς, ἀλλ' ὑπ' αὐτοὺς ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἐρείδειν αὐτὴν, καθ' ὃ μάλιστά εἰσιν αἱ κάτωθεν ὑπ' αὐτοὺς ἀναφερόμεναι φλέβες. καὶ μέντοι καί γράφουσιν ἔνιοι σικύην ὡς μεγίστην ὑπὸ τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλλε· μεγίστην δ' ἀξιοῖ τὴν σικύην εἶναι, ἵνα σφοδροτέραν ἀπὸ τῆς μήτρας ἐργά-

ipſos veros, ſed choria atque ſecundas vocatas contentio ſternutatoriis medicamentis concitata excidere vult.

L.

Si mulieri menſtrua velis ſiſtere, cucurbitulam quam maximam mammis admove.

Quemadmodum menſtruorum parcius aut omnino non fluentium curationem ſupra docuit Hippocrates, ſic etiam nunc ipſorum ultra modum prodeuntium ſiſtendi methodum tradit, amplam jubens cucurbitulam nos mammis admovere. Verum non in mammis ipſis, ſed infra ipſas cucurbitulam ipſam affigere qua maxime parte venae ex partibus inferioribus ad ipſas efferuntur. Proindeque nonnulli ſcribunt *cucurbitulam quam maximam ſub mammis defige.* Quam maximam vero vult eſſe cucurbitulam, quo

Ed. Chart. IX. [224. 225.] Ed. Baſ. V. (294.)

σηται τὴν ἀντίσπασιν ἄνω, διὰ τῶν κοινῶν τοῦτο ἐπιτεχνώμενος φλεβῶν.

νά.

Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι, τουτέων συμμύει τὸ στόμα τῶν ὑστερέων.

[225] Μέγιστον τοῦτο γνώρισμα κυούσης γυναικὸς, ἢν ἡ μαιεύτρια δυνηθῇ καθέσει δακτύλου ψαῦσαι τοῦ στόματος τῶν ὑστερῶν· ἀφ' οὗ γὰρ ἂν τὸ πρῶτον ἐντὸς ἑαυτῶν λάβωσι τὸ σπέρμα, περιστέλλουσι μὲν ἑαυτῶν τὸ κύτος ἅπαν, κλείουσι δὲ τὸ στόμα φαίνεταί γε μὴν καὶ διὰ φλεγμονὴν καὶ σκίρρον μεμυκὸς τῶν ὑστερῶν τὸ στόμα καὶ

νβ'.

Γυναικὶ ἢν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γάλα ἐκ τῶν μαζῶν πολὺ ῥυῇ, ἀσθενὲς τὸ ἔμβρυον σημαίνει, ἢν δὲ στερεοὶ οἱ μασθοὶ ἔωσιν, ὑγιεινότερον τὸ ἔμβρυον σημαίνει.

vehementiorem ab utero ſurſum revulſionem efficiat, per communes id venas machinatus.

LI.

Qui utero gerunt, iis os uteri connivet.

Hac maximum eſt mulieris quae concepit indicium ſi digito immiſſo obſtetrix os uteri potuerit attingere. Nam ubi primum uterus intra ſe ſemen concepit, univerſam capacitatem ſuam contrahit osque claudit. Videtur tamen propter inflammationem etiam et ſcirrhum arctari os uteri. Id vero ipſius duritie diſtingues.

LII.

Mulieri utero gerenti ſi lac copioſum e mammis effluat, fetum imbecillum ſignificat. Quod ſi ſolidae mammae fuerint, valentiorem fetum indicant.

Ed. Chart. IX. [225.] Ed. Baſ. V. (294.)

Κατ' ἐκεῖνον δηλονότι τὸν χρόνον ῥεῖ τὸ γάλα, αἷς ἂν φαίνηται ῥέον, ἡνίκα φύσιν ἔχει ταῖς κυούσαις γεννᾶσθαι. οὐ γὰρ δὴ κατά γε τοὺς πρώτους μῆνας γεννᾶται, τὸ δ' ὅλως ῥεῖν αὐτὸ καὶ μὴ μένειν ἔνδον ἐκ τοῦ πλέον ἀθροίζεσθαι γίνεται. πλέον δ' ἀθροίζεται πληρουμένων ἐπὶ πλέον τῶν κοινῶν ἐν τιτθοῖς πρὸς τας ὑστέρας φλεβῶν. πληροῦνται δ' ἔτι μᾶλλον, ὀλίγον ἀναλίσκοντος τοῦ κυουμένου. τοῦτο δ' αὐτὸ γίνεται διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ. δῆλον οὖν ὅτι τοὺς τιτθοὺς οὐκ ἰσχνοὺς φαίνεσθαι χρὴ, καθάπερ ὅτ' ἦν ἀκύμων ἡ γυνή. τοῦτο γὰρ σημεῖον ἔνδειαν αἵματος ἐνδείκνυται, διὰ τοῦτο ἐπ' αὐτῶν διαφθείρεται τὸ ἔμβρυον, οὐδ' οὕτως μεστοὺς ὡς ἀπορρεῖν τὸ γάλα. διαιρομένους δὲ εἰς τοσοῦτον, ὡς στερεοὺς ἁπτομένους φαίνεσθαι. μέση γὰρ ἡ τοιαύτη κατάστασίς ἐστι τῶν τε ἀνιτύπων, διὰ τὸ πεπληρῶσθαι σφοδρῶς, καὶ τῶν μαλακῶν τε καὶ χαλαρῶν, διὰ τὴν ἔνδειαν τοῦ αἵματος. ὅθεν εἰκότως ἐπαινεῖ τὸ τοιοῦτο σημεῖον ὁ Ἱπποκράτης, ὡς ἂν ἐνδεικνύμενον οὔτ' ἀσθενεῖν τὸ κυούμενον οὔτ' ἐνδεῖν αὐτοῦ τὴν τροφήν.

Eo nimirum tempore lac fluit, quibus fluere conſpicitur, quo natura fert in gravidis procreari. Non enim ſane primis menſibus procreatur. Quod autem omnino fluat nec intus maneat, hoc propterea fit, quia copioſius colligitur. Copioſius autem colligitur oppletis uberius venis mammarum cum utero communitatem habentibus. Sed multo magis implentur, quum fetus paucum aſſumit. Hoc ipſum ob ejusdem conceptus imbecillitatem accidit. Conſtat igitur neque in mulieribus gravidis mammas tenues, quemadmodum in minime praegnantibus neceſſario apparere, hoc enim ſignum ſanguinis penuriam prodit proptereaque fetum fame contabeſcere, neque adeo plenas, ut lac effluat, ſed tantopere attolli, ut ſolidae tangentibus appareant. Media namque haec eſt inter duras digito obnitentes, propter nimiam repletionem, et molles ac laxas, ob ſanguinis inopiam. Quare merito hoc ſignum celebrat Hippocrates, ut quod neque fetum imbecillum eſſe neque alimentum ipſi deficere indicet.

Ed. Chart. IX. [226.] Ed. Baſ. V. (294.)

νγ'.

[226] Ὁκόσαι διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, ταύτησιν οἱ τιτθοὶ ἰσχνοὶ γίνονται· ἢν δὲ πάλιν σκληροὶ γένωνται, ὀδύνη ἔσται ἢ ἐν τοῖσι τιτθοῖσιν ἢ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν ἢ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἢ ἐν τοῖσι γούνασι, καὶ οὐ διαφθείρουσιν.

Ἔμπροσθεν εἰρήκει, ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γυναικὶ ἢν ἐξαίφνης οἱ μασθοὶ ἰσχνοὶ γένωνται, ἐκτιτρώσκει. εἰρήκει δὲ καὶ, ἢν ὁ ἕτερος μασθὸς ἰσχνὸς γένηται, δίδυμα ἐχούσῃ τὸ ἕτερον τῶν ἐμβρύων ἐκτιτρώσκεσθαι· νυνὶ δὲ τὴν ταξιν τῆς ἀκολουθίας ὑπαλλάξας οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν τῶν γυναικῶν τῶν διαφθειρουσῶν ἤρξατο προηγεῖσθαι λέγων αὐταῖς ἰσχνοὺς τοὺς τιτθούς. ἔστι δ' οὐ πάντη ταυτὸν ἢ τοῖς ἰσχνοῖς τιτθοῖς ἕπεσθαι διαφθορὰν εἰπεῖν ἢ τῆς διαφθορᾶς μελλούσης ἕξεσθαι τοὺς ἰσχνοὺς τιτθοὺς προηγεῖσθαι. ὁ μὲν γὰρ ἕπεσθαι λέγων τῇ τῶν τιτθῶν

LIII.

Quae fetus corrupturae ſunt, iis mammae extenuantur. Quod ſi contra durae evaſerint, dolor erit aut in mammis aut in coxis aut in oculis aut in genibus, neque fetum corrumpunt.

Supra effatus eſt: *mulieri utero gerenti ſi mammae derepente extenuentur, ipſa abortit.* Edixerat quoque: *ſi altera mamma extenuetur gemellos utero gerenti, alterius abortus ſequitur.* Nunc vero commutato conſequutionis ordine non a ſignis, ſed ab ipſis mulieribus fetum corrumpentibus duxit exordium, quum ipſis mammas extenuatas enunciat praecedere. Non eſt autem omnino idem, quum mammas extenuatas ſequi corruptionem dicitur et futurae corruptionis mammas tenues praecedere. Qui namque ad mammarum gracilitatem conſequi fetus corruptionem, id ſolum ipſe pronunciat futurae corru-

Ed. Chart. IX. [226.] Ed. Baf. V. (294.)

ἰσχνότητι τὴν διαφθορὰν, οὗτος ἀποφαίνεται τοῦτο μόνον σημεῖον εἶναι τῆς μελλούσης φθορᾶς· ὁ δὲ ταῖς μελλούσαις διαφθείρειν λέγων τοὺς τιτθοὺς ἰσχνοὺς γίνεσθαι οὐ μόνον ἔοικεν ἐνδείκνυσθαι τοῦτο προηγεῖσθαι διαφορὰν τῶν ἐμβρύων. ἐπισκεπτέον οὖν ἀκριβέστερόν ἐστι καὶ παραφυλακτέον ἐπ' αὐτῶν φαινομένων κατὰ τὰς κυούσας, εἰ μή ποτ' ἄλλως διαφθείρουσιν, ἀλλ' ἀεὶ μετὰ τοῦ προηγήσασθαι τὴν ἰσχνότητα τῶν τιτθῶν ἢ ταῖς πηδησάσαις ἢ ταῖς μέγα βοησάσαις ἢ θυμωθείσαις ἢ φοβηθείσαις ἐξαίφνης ἰσχυρῶς ἐγχωρεῖ ποιὲ μὲν μὴ προηγήσασθαι τὴν ἰσχνότητα τῶν τιτθῶν, ἐγχωρεῖ δὲ καὶ ταῖς διὰ πυρετοῦ μέγεθος ἢ ἐρυσιπέλατος ἐν ταῖς ὑστέραις γενομένου ἢ καὶ διὰ τὸ μυξώδες τῶν κοτυληδόνων ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον ἀκολουθῆσαι φθορὰν ἄνευ τῆς τῶν τιτθῶν ἰσχνότητος. Ἱπποκράτης μὲν γὰρ ἔοικεν ὑπολαμβάνειν ἀεὶ προηγεῖσθαι, καί μοι παραφυλάττοντι πολλάκις ἐφάνησαν ἐπὶ τῶν προειρημένων αἰτίων τῆς φθορᾶς οἱ τιτθοὶ προισχνούμενοι. μήποτε οὖν ὅταν ἄνευ τῶν τοιούτων τινὸς αἰτίων ἡ τῶν τιτθῶν ἰσχνότης γένηται, τὴν ἔν-

ptionis ſignum eſſe. Qui vero fetus eliſuris mammas extenuari profert, non ſolum hoc fetus corruptionem praecedere, *ſed etiam aliter conceptum non perimi* indicare videtur. Itaque accuratius perſcrutandum eſt et obſervandum in iis quae per graviditatem mulieribus oboriuntur, an nunquam alia quam cum mammarum extenuatione praecedente ſint fetum corrupturae: an ſaltantibus ipſis aut multum vociferatis aut ira excandeſcentibus aut repentino aliquo timore percuſſis mammarum nonnunquam ex praecedente extenuatione fetum interimi accidat. Contingit etiam quibusdam propter febris magnitudinem aut ortum in utero eryſipelas aut cotylodonum mucorem aut quid aliud ejusmodi citra mammarum extenuationem fetus corruptionem ſubſequi. Enimvero Hippocrates hanc ſemper praecedere arbitrari videtur, atque mihi obſervanti ſaepe in praedictis corruptionis fetus cauſis mammarum viſa eſt praecedere extenuatio. An non igitur quando citra aliquam ejusmodi cauſam mammarum fit extenuatio

Ed. Chart. IX. [226. 227.] Ed. Baſ. V. (294.)

δειαν τοῦ αἵματος αἰτιατέον ἐστὶ ἐν ταῖς κοιναῖς φλεψὶ τιθῶν τε καὶ ἑστερῶν, ἃς ἔφη διὰ τὴν ἀτροφίαν φθείρεσθαι τὸ ἔμβρυον. ἐπὶ δὲ ταῖς ἄλλαις αἰτίαις ἐφ' αἷς ἤτοι γε ἀποθνήσκει τι παθὼν ἢ ἀπορρήγνυται τὸ ἔμβρυον, ὅταν οἱ περιέχοντες αὐτὸ ὑμένες διασπῶνται τῆς φύσεως ἀναστομούσης τὰς μήτρας ὠδίνάς τε ἐγειρούσης, ῥοπὴν γίνεσθαι διὰ ταῦτα τοῦ αἵματος ἐπὶ τὰ γεννητικὰ μόρια. κοινὸς γάρ τίς ἐστιν οὖ- [227] τος ὁ λόγος, ἐφ' ὧν ἡ φύσις ἐκκρίνει τι μετὰ βίας, ὡς τὴν ῥοπὴν ἐκεῖσε γίνεσθαι τοῦ τε αἵματος καὶ τοῦ πνεύματος, οἷς ὥσπερ τισὶν ὀργάνοις χρωμένη διωθεῖται τὰ λυποῦντα βία. κατὰ τοῦτο γοῦν καὶ τοῖς ὀδυνωμένοις μορίοις ἐπιγίνονται φλεγμοναὶ τῆς φύσεως μὲν ἐκκρῖναί τε καὶ διώσασθαι σπευδούσης τὸ τὴν ὀδύνην ἐργαζόμενον. ἵνα δὲ τοῦτο πράξῃ πληρούσης αἵματός τε καὶ πνεύματος αὐτό. ταῦτα μὲν οὖν ἐς τὸ πρότερον μέρος τοῦ ἀφορισμοῦ λελέχθω μοι· τὰ δ' ἑξῆς αὐτῷ τὸ δεύτερον, ἐν ᾧ διαθέσεως ἐναντίας μέμνηται τῶν τιθῶν, ἐστὶ τοιοῦτον. ἢν δὲ πάλιν, φησὶν, οἱ μασθοὶ γίνωνται σκληροί. ση-

ſanguinis in venis uteri mammarumque communibus penuriam in cauſa eſſe dicendum? Proindeque ob alimenti defectum ſeu atrophiam fetum perimi dicebat. In ceteris vero cauſis ob quas vel aliquid paſſus fetus enecatur vel ab utero abrumpitur quum membranae ipſum continentes divelluntur, natura os uteri aperiente et dolores excitante, tum propterea ſanguinis ad genitales partes fertur impetus. Haec enim communis eſt quaedam ratio, ut in quibus natura aliquid violenter excernit, eo ſanguinis ac ſpiritus motus fiat, quibus veluti inſtrumentis quibusdam uſa quae infeſtant ea per vim expellit. Hac ſiquidem ratione et dolentibus partibus inflammationes ſuperveniunt doloris cauſam excernere et propulſare enitente et properante natura, quae ut id praeſtet, ſanguine ac ſpiritu dolentem locum replet. Atque haec mihi in priorem aphoriſmi partem dicta ſint. Altera vero pars quae ſequitur et in qua mammarum contrariae affectionis meminit, haec eſt: *Quod ſi contra*, inquit, *mammae du-*

Ed. Chart. IX. [227.] Ed. Baſ. V. (294. 295.)

μαίνοντος δὲ τοῦ πάλιν ἐν ταῖς τοιαύταις ῥήσεσι δύο, τὸ μὲν ἕτερον ὃ συνῆπται τῇ προειρημένῃ διαθέσει, τὸ δ' ἕτερον ὅπερ καὶ δι' ἄλλης λέξεως εἰώθασιν ἔμπαλιν λέγειν, ἀληθέστερόν γέ μοι φαίνεται καὶ καιὰ τὴν Ἱπποκράτους εἶναι γνώμην τὸ δεύτερον σημαινόμενον, ἵν' ᾖ τὸ καθ' ὅλον τὸν ἀφορισμὸν λεγόμενον τοιοῦτον· οἱ μὲν ἰσχνοὶ τιτθοὶ πάντως προηγοῦνται τῆς διαφθορᾶς τῶν ἐμβρύων καὶ οὐχ οἷόν τε διαφθαρῆναι ταῦτα μὴ προϊσχνωθέντων αὐτῶν. οἱ μέντοι σκληροὶ φθορὰν μὲν οὐ σημαίνουσιν, ὀδύνη δέ τις ἀκόλουθον αὐτοῖς τῶν εἰρημένων μορίων, ἵν' ὥσπερ ἐνδείας αἵματος ἰσχνότεροι τιτθοὶ τὴν ἔνδειξιν ἔχωσιν, οὕτω πλήθους οἱ σκληροὶ διαφέροντες δηλονότι τῶν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρημένων τῶν στερεῶν. ἐφ' ὧν πάλιν ἀποι- (295) θεμένης τῆς φύσεως εἴς τινα μόρια τὸ περιττὸν, ὀδυνᾶται μὲν ἐκεῖνα, τὸ δ' ἔμβρυον ἀβλαβὲς διαμένει. ζητηθήσεται δὲ ἐνθάδε διὰ τίνα αἰτίαν οὐδέποτε τῷ τῆς μήτρας σώματι τὸ περιττὸν ἡ φύσις ἐναποτίθεται καὶ ποιήσει φλεγμονὴν ἢ διὰ τί φλεγμηνάσης τῆς μήτρας φθαρήσεται τὸ ἔμβρυον·

rae evaſerint. Quum vero duo in ejusmodi loquutionibus ſignificet particula *contra*, unum quo antea dictae conjungitur affectioni, alterum quod alia dictione e contrario efferre, verius mihi et Hippocratis ſententiae congruentius ſecundum ſignificatum eſſe videtur, ut quod toto dicitur aphoriſmo, ſit ejusmodi: extenuatae mammae fetuum omnino praecedunt corruptionem, nec niſi prius extenuatis mammis, hi corrumpi poſſunt; durae vero mammae corruptionem quidem fetus non portendunt, ſed partium enumeratarum dolor aliquis earum duritiem conſequitur, ut quemadmodum mammae graciliores ſanguinis penuriam indicant, ita durae copiam demonſtrent, ab illis differentes quas paulo ante ſolidas appellavit; a quibus rurſum natura ad quasdam partes excrementum deponente, hae quidem dolore vexantur, ſed fetus illaeſus permanet. At hic oborietur quaeſtio, quam ob cauſam in uteri corpus redundantem materiam nunquam natura deponit et inflammationem efficit, vel cur inflammato utero fetus

Ed. Chart. IX. [227.] Ed. Baſ. V. (295.)

ἢ τὸ λεγόμενον ὑπὸ Ἱπποκράτους ἕτερόν ἐστιν; οὐ γὰρ ὅτι μηδέποτε τοῖς σκληροῖς τιτθοῖς ἕπεται φθορὰ τῶν ἐμβρύων εἰρηκέναι νομιστέον αὐτὸν, ἀλλ' ὅτι μὴ διὰ παντὸς ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰσχνῶν, ἀλλ' ἐὰν εἰς ἕτερον μόριον ἀπωθῆται τὸ περιττὸν ἡ φύσις, ὃ διὰ τῆς ὀδύνης γνωριοῦμεν, οὐκ ἔστι φθορὰ, γενήσεται πάλιν ὁ σύμπας λόγος, ἐὰν οὕτως ἀκούσωμεν, τοιοῦτος· τῶν φθείρειν μελλουσῶν ἰσχνοὶ μὲν ἀεὶ προηγοῦνται οἱ τιτθοὶ, σκληροὶ δὲ καὶ πλήρεις οὐκ ἀεί. τοὐπίπαν γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων εἰς ἕτερόν τι μόριον ἡ φύσις ἐναποτίθεται τὸ περιττόν. εἴ γε μὴν ἐπὶ τὰς μήτρας αὐτὸ διώσαιτο γενήσονται καὶ τότε πάντως ἰσχνοί κατὰ γὰρ τὴν Ἱπποκράτους γνώμην, ὡς ἔοικεν, εἰ καὶ δι' ἕτερόν τι καὶ μὴ διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς τροφῆς ὁ ἐκτρωσμὸς γένοιτο, προηγήσεται πάντως ἡ ἰσχνότης τῶν τιτθῶν δι' ἣν εἶπον αἰτίαν, ὥστε κἂν δι' ὑγρότητα τῶν κοτυληδόνων ἀποῤῥυήσεται τὸ κύημα καὶ τότε διωθουμένης αὐτὸ τῆς φύσεως εἰς ἔκκρισιν ἡ ῥοπὴ τοῦ αἵματος ἐπὶ τὰς μήτρας ἔσται καὶ

non corrumpetur? An diverſum eſt quod ab Hippocrate pronunciatur? Non enim quod nunquam mammas duras fetuum corruptio ſequatur ab ipſo dictum fuiſſe exiſtimandum eſt, ſed quod non perpetuo, quemadmodum in extenuatis. Verum ſi alterum in locum quod redundat natura propellat, quod dolore cognoſcimus, fetus non erit corruptio. Rurſum ſi ita accipiamus, tota ejusmodi erit oratio: gravidis fetum corruptum ſemper mammarum extenuatio praecedit, durities vero ac plenitudo non ſemper. In his enim omnino quod redundat ſupervacaneum in aliam quandam partem protrudit. Quod ſi in utero ipſam redundantiam propulerit, etiam tum graciles omnino mammae fient. Nam ſecundum Hippocratis, ut apparet, ſententiam, etiam ſi propter aliud quidquam et non ob alimenti egeſtatem abortus fiat, mammarum praegreſſura eſt omnino gracilitas ob explicatam a nobis cauſam. Quare ſi vel propter cotyledonum humiditatem conceptus prolabatur, etiam tum ipſum natura ad exitum contru-

Ed. Chart. IX. [227. 228.] Ed. Baf. V. (295.)

κατὰ τοῦτο καὶ οἱ τιτθοὶ τῆς ἔμπροσθεν καταστάσεως ἰσχνότεροι γενήσονται.

νδ'.

[228] *Ὁκόσῃσι τὸ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρόν ἐστι, ταύτῃσιν ἀνάγκη τὸ στόμα τῶν ὑστερέων συμμύειν.*

Εἴρηται μὲν καὶ πρόσθεν ὡς τὸ συμμύειν τὸ στόμα τῶν ὑστερέων κοινόν ἐστι σημεῖον ὄγκου τέ τινος ἐν αὐτῷ παρὰ φύσιν καὶ κυήσεως τῇ γυναικὶ καὶ ὡς χρὴ διακρίνειν αὐτὸ τῇ σκληρότητι. ταῖς μὲν γὰρ κυούσαις ἁπαλόν ἐστι καὶ κατὰ φύσιν, αἷς δ' ὄγκος παρὰ φύσιν ἢ φλεγμονώδης ἢ σκιρρώδης γίνεται σκληρόν. ἄμεινον οὖν ἦν τὸν ἀφορισμὸν τοῦτον ἐφεξῆς ἐκείνῳ γεγράφθαι καθ' ὃν ἔλεγεν, ὅσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, τουτέων τὸ στόμα συμμύει τῶν ὑστερέων.

---

dente et propellente fiet ſanguinis ad uterum motus, eoque modo graciliores quam erant antea mammae evadent.

LIV.

Quibus os uteri durum eſt, his os uteri connivere neceſſe eſt.

Superius etiam dictum eſt praecluſionem oris uteri commune ſignum eſſe tum tumoris cujusdam in ipſo contra naturam conſiſtentis, tum conceptionis in muliere idque ex duritie et mollitie diſtinguendum eſſe. Gravidis namque molliculum et ſecundum naturam eſt; durum autem eſt quibus uteri tumor praeter naturam aut cum inflammatione aut ſcirrho durus adeſt. Praeſtiterat itaque hunc aphoriſmum poſt eum ſcribere, in quo dicebatur, quae utero gerunt, iis os uteri connivet.

Ed. Chart. IX. [228. 229.] Ed. Baſ. V. (295.)

νε'.

Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται ἄτερ προφάσιος φανερῆς, τίκτουσι χαλεπῶς καὶ ἐπικινδύνως ἢ ἐκτιτρώσκουσαι κινδυνεύουσιν.

Συμβαίνει τισὶ τῶν τικτουσῶν, ἐφ᾽ αἷς πρότερον ἠθροίσθησαν κακοχυμίαι πρὶν νοσεῖν, ἐνίοτε μὲν ἁλίσκεσθαι σφοδροῖς πυρετοῖς ὡς ἐκτικρώσκειν ἐξ ἀνάγκης, ἐνίοτε δὲ μετρίοις μέν, ἀλλ᾽ οὐ καθαιρουμένοις ἀκριβῶς, ὑπολείπουσι δέ τι λείψανον ἐν τῷ σώματι τῆς κακοχυμίας, ἐφ᾽ ᾗ συνέστησαν ὡς ἂν μὴ δυναμένων τῶν ἰατρῶν διὰ τὸ κύειν τὴν γυναῖκα μήτε βοήθημα προσάγειν ἰσχυρὸν μήτ᾽ ἀκριβῶς διαιτᾶσθαι. διὰ τοῦτ᾽ οὖν αὐταῖς ὅ τε πυρετὸς ὑποτροπιάζει συνεχῶς καὶ δυσφόρως τῷ πλείστῳ τοῦ χρόνου σύνεστι. εἰκότως τοιγαροῦν ποτὲ μὲν οὐκ ἀντέχει τὸ ἔμβρυον, ἀλλ᾽ ἀποφθείρεται διά τε τοὺς πυρετοὺς καὶ τὴν κακοχυμίαν. [229] *ἐνίοτε δὲ ἀργεῖ μὲν ἄχρι τῆς ἀκοκυήσεως.*

LV.

Quae utero gerentes febribus corripiuntur aut vehementer citra manifeſtam cauſam extenuantur, hae difficile ac periculoſe pariunt aut abortione periclitantur.

Accidit quibusdam gravidis, in quibus priusquam conceperint vitioſi humores acervati ſunt, nonnunquam febribus ita vehementibus corripi, ut neceſſario abortiant, nonnunquam vero moderatioribus detineantur quidem, ſed his non accurate perpurgatis quiddam in corpore reliquiarum humoris vitioſi ſupereſt, unde *reverſae febres* adſtruuntur, quod medici gravidae mulieri quoddam vehemens praeſidium adhibere aut exquiſitam victus rationem imperare nequeant. Quamobrem ipſis febris ſubinde revertitur et maxima temporis parte jactationem incutiat. Quapropter merito fetus interdum non obſiſtit, ſed et propter febres et humoris vitium corrumpitur; interdum vero uſque ad partionis tempus perdurat. Verum quum

Ed. Chart. IX. [229.] Ed. Baf. V. (295.)

ἀλλ' αὐτό τε νοσῶδες ὂν ὡς ἂν ἐν πολλῷ χρόνῳ τεταλαιπωρημένον, ἀσθενῆ τε καὶ τὴν κυήσασαν ἔχον οὐκ ἀκινδύνως τίκτεται. πρὸς γάρ τοι τὴν εὐτοκίαν ἰσχυρῶν ἀμφοτέρων δεῖται τῶν σωμάτων, τοῦ τε τῆς κυούσης αὐτῆς καὶ τοῦ παιδίου.

νοτ'.

Ἐπὶ ῥόῳ γυναικείῳ σπασμὸς καὶ λειποθυμίη ἢν ἐπιγένηται, κακόν.

Οὐκ εὐθέως δηλονότι γεγονότος τοῦ ῥοῦ γίνεται ταῦτα, καθάπερ οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν ὅσα κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον ἐπιγίνεταί τισιν ἑτέροις, ἀλλ' ἤτοι σφοδροῖς γινομένοις ἢ χρονίζουσιν. ἡ μὲν οὖν λειποθυμία κοινὸν ἁπάσης ἀμέτρου κενώσεώς ἐστι σύμπτωμα. ὁ δὲ σπασμὸς εἰ καὶ μὴ κοινόν, ἀλλά γε ταῖς πλείσταις ἑπόμενον καὶ μᾶλλον ὅταν ᾖ τὸ πεπονθὸς μόριον νευρῶδες.

ipſe valetudinarius exiſtat, ut qui longo tempore miſere laboraverit et matrem imbecillam ſortiatur, non ſine periculo paritur. Ad partus namque facilitatem robuſtis utrisque corporibus, tum ipſius gravidae tum infantis, opus eſt.

LVI.

In fluore muliebri ſi convulſio aut animi defectio ſuperveniat, malum.

Non quam primum orto fluore haec accidunt, quemadmodum nec aliud quidquam eorum quae ſequenti oratione quibusdam aliis ſuperveniunt, ſed quum vel vehementia fuerint vel diu duraverint, leipothymia quidem omnis immoderatae vacuationis commune ſymptoma eſt; convulſio vero etiam ſi non commune non ſit omnium vacuationum ſymptoma, plurimas tamen ſequitur multoque magis ſi pars affecta nervoſa ſit.

Ed. Chart. IX. [229. 230.] Ed. Baſ. V. (295.)

νζ'.

Καταμηνίων γινομένων πλειόνων νοῦσοι ξυμβαίνουσι καὶ μὴ γιγνομένων ἀπὸ τῆς ὑστέρης ξυμβαίνουσι νοῦσοι.

Ἐνίοις τῶν ἰατρῶν ἔδοξεν ἐπὶ πλήθει μὲν γίνεσθαι πολλὰ νοσήματα, δὲ ἔνδειαν δὲ μηδέν, ἀλλ' ὁ Ἱπποκράτης ἡγεῖται ἐνίοτε καὶ δι' ἔνδειαν νοσεῖν οὐ γυναῖκας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄνδρας. εἴ γε ἐν ταῖς ἐνδείαις ἕπεται ποτὲ μὲν ψυχρότης, ποτὲ ξηρότης, ποτὲ δὲ ἄμφω. δέδεικται δ' ὅτι ὅσαι τῶν δυσκρασιῶν τηλικαῦται τὸ μέγεθός εἰσιν ὡς ἐνέργειαν ἤδη βλάπτειν ἐκ τούτου τῶν νοσημάτων ὑπάρχουσι γένους. ἀλλὰ κατὰ τοῦτο μὲν οὔτε ψεῦδος πρὸς Ἱπποκράτους οὔτ' ἀσαφὲς εἴρηται. καθὸ δ' ἐπὶ μὲν τῶν πλειόνων καταμηνίων εἶπεν ἁπλῶς γίνεσθαι νόσους, μὴ προσθεὶς τὸ ἀπὸ τῆς ὑστέρας. ἐπὶ δὲ τῶν μὴ γινομένων καὶ τοῦτο προσέθηκεν, ἄξιον ἐπισκέ- [230] *ψασθαι πότερον ἀμφοτέροις τοῖς προειρημένοις ἐπενήνεκται κοινὴ τὸ ἀπὸ τῆς ὑστέρας ἢ μόνον ἴδιόν ἐστι τῶν μὴ γινομένων.*

LVII.

Menſtruis copioſioribus profluentibus morbi oboriuntur, at non prodeuntibus accidunt ab utero morbi.

Nonnullis medicorum viſum eſt multos ex plenitudine morbos oboriri, ex penuria vero nullum. Verum Hippocrates non mulieres dumtaxat etiam propter penuriam, ſed viros quoque aegrotare interdum arbitratur. Penuriam ſiquidem modo ſiccitas ſequitur, modo frigiditas, modo utraeque. At quaecunque intemperies tantae ſunt magnitudinis, ut actionem jam laedant, eas hujus generis morborum eſſe demonſtravimus. Verum hactenus neque falſum, neque obſcurum quidquam ab Hippocrate pronunciatum eſt. Quatenus autem pluribus menſtruis ſimpliciter morbos fieri dixit, ab utero non addidit. At non prodeuntibus aut paucioribus iſtud adjecit, perquiſitione dignum eſt, utrum ad utrosque commemoratos affectus communiter ab utero retulerit, an deficientium menſtruo-

Ed. Chart. IX. [230.] Ed. Baſ. V. (295.)

ἀδύνατον δὲ τοῦτο ἀκριβῶς ἐπιδιασκέψασθαι χωρὶς τοῦ γνῶναι τὰς αἰτίας ἁπάσας, ἐφ' αἷς πλείω τοῦ προσήκοντος ἢ ἐλάττω γίνεται καταμήνια. δυνατὸν οὖν ἐστι καὶ ἀναστομωθέντων ἐπὶ πλέον τὸν εἰς τὴν μήτραν καθηκόντων ἀγγείων καὶ λεπτοτέρου τοῦ αἵματος ἢ θερμοτέρου γενομένου καὶ τοῦ σώματος ὅλου διὰ καχεξίαν τινὰ βαρυνομένου τῷ αἵματι, κἂν μηδέπω τὴν κατὰ φύσιν ὑπερβαίνῃ συμμετρίαν, ὠθοῦντος αὐτὸ πρὸς τὰς ἐν τῇ μήτρᾳ φλέβας, ὥσπερ ἐν ταῖς ῥευματικαῖς διαθέσεσιν ἄλλοτ' εἰς ἄλλο μόριον ἄμετρον κένωσιν γενέσθαι καταμηνίων. ἐλάττω δ' αὖ καταμήνια δυνατόν ἐστι γενέσθαι διά τε μύσιν ἢ ἔμφραξιν τῶν τὴν ἔμμηνον κάθαρσιν ἐπὶ τὴν μήτραν φερουσῶν φλεβῶν, διὰ πάχος αἵματος ἢ διὰ ψυχρότητα καὶ ῥώμην αὐτῶν τῶν κατὰ τὴν μήτραν ἀγγείων, ὡς μὴ παραδέχεσθαι τὸ ἐπιῤῥέον. ὅ τι δ' ἂν ᾖ τούτων ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐν τῷ χρόνῳ καὶ τὴν μήτραν αὐτὴν πάσχειν τι πάθος ἤτοι φλεγμονῶδες ἢ ἐρυσιπελατῶδες ἢ σκιῤῥῶδες ἢ καρκινῶδες, ᾧ πάλιν συμπάσχειν ὅλον τὸ σῶμα. κατὰ μέντοι τὰς ἀμέτρους

rum ſit proprium. Hoc autem certo perveſtigare non poſſumus, niſi cauſas omnes, quibus aut plura quam par eſt aut pauciora fluunt menſtrua noverimus. Poſſunt igitur immoderatae fieri menſtruorum vacuationes, tum oſculis vaſorum ad uterum pertinentium nimium patentibus, tum tenuiore aut calidiore ſanguine, tum toto corpore propter aliquam cachexiam ſanguine gravato, etſi nondum is naturalem ſymmetriam ſuperat, ipſumque propterea in uteri venas protrudente, ut quod rheumaticis affectibus alias in aliam aliamque partem ſolet mittere. Eadem rurſum menſtrua pauciora fiunt vel propter venarum in uterum menſtruam purgationem deferentium conniventiam aut obſtructionem aut ſanguinis craſſitiem vel frigiditatem vel ipſorum uteri vaſorum robur affluentem ſanguinem non admittentium. Quidquid autem fuerit, temporis progreſſu uterum ipſum aliquem affectum pati vel phlegmonodem vel eryſipelatodem vel ſcirrhodem vel carcinodem, quo per conſenſum totum corpus affici neceſſe eſt. Immode-

Ed. Chart. IX. [230.] Ed. Bas. V. (295. 296.)

κενώσεις οὐδὲν τοιοῦτον πάθημα γίνεται ταῖς ὑστέραις, ᾧ συννοσήσει τὸ σύμπαν σῶμα λόγῳ συμπαθείας, ὥστε πιθανώτερον ἐπὶ τῶν ἰσχομένων καταμηνίων εἰρῆσθαι μόνον ἀπὸ τῆς ὑστέρας τὰς νόσους συμβαίνειν.

νη'.

Ἐπὶ ἀρχῷ φλεγμαίνοντι καὶ ἐπὶ ὑστέρῃ φλεγμαινούσῃ στραγγουρίη ἐπιγίγνεται. ἐπὶ δὲ ἥπατι φλεγμαίνοντι λὺγξ ἐπιγίγνεται.

---

(296) Ὅταν τις ὀλίγον ἀποκρίνῃ οὖρον συνεχῶς, στραγγουρία τὸ πάθος καλεῖται καὶ γίνεται ποτὲ μὲν ἐπ' ἀῤῥωστίᾳ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ἐν τῇ κύστει, ποτὲ δ' ἐπὶ δριμύτητι τῶν οὔρων. ἡ μὲν οὖν ἀῤῥωστία διά τε δυσκρασίαν γίνεται καί τινα τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων, ἡ δριμύτης δὲ ἤτοι διὰ πάθος νεφρῶν ἢ τὸ τοιοῦτον ἥκειν εἰς

ratis vero menſium vacuationibus nullus talis utero conciliatur affectus, quo ſympathiae ratione una quoque totum corpus aegrotet. Quare veriſimilius ſit de ſola menſtruorum retentione Hippocratem illud extuliſſe, ab utero morbos accidere.

LVIII.

Recto inteſtino inflammato et utero inflammato et renibus purulentis ſtranguria ſuccedit. Jecori vero inflammato ſupervenit ſingultus.

Quum quis urinae perpaucum continenter excernit, is affectus ſtranguria aut urinae ſtillicidium vocatur: quod ſymptoma accidit interdum quidem ob facultatis retentricis imbecillitatem, interdum vero propter ipſius urinae acrimoniam. Imbecillitas quidem ſit tum intemperie tum tumore quodam praeter naturam. Acrimonia vero accidit vel propter renum affectionem vel quia tale in ipſos ex

Ed. Chart. IX. [230. 231.] Ed. Baſ. V. (296.)

αὐτοὺς ἐκ τῶν φλεβῶν τὸ διηθούμενον ὀρῶδες περίττωμα· διόντως οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἐπιγίνεσθαί φησιν στραγγουρίαν ἀρχῷ καὶ ὑστέρᾳ φλεγμαινούσῃ καὶ νεφροῖς ἐμπύοις, ἐπὶ μὲν ἀρχῷ καὶ μήτρᾳ κατὰ συμπάθειαν πασχούσης τῆς κύστεως, ἐπὶ δὲ νεφροῖς ἐμπύοις ἐκκρινομένου τοῦ πύου διὰ τῆς κύστεως. τοῦτο μὲν οὖν τῇ ὁριμύτητι δάκνον τὴν κύστιν ἐρεθίζει πρὸς τὴν ἀπόκρισιν, ἐπὶ δὲ τῇ κατ' ἀρχὸν ἢ μήτραν φλεγμονῇ τῷ τῆς γειτνιάσεως λόγῳ πάσχειν ἀναγκαῖόν ἐστι τὴν κύστιν καὶ [231] τῆς δυσκρασίας τε καὶ τῆς φλεγμονῆς μεταλαμβάνουσαν, ἔτι τε θλιβομένην ἂν καὶ στενωχορουμένην ὑπὸ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ἐν αὐτοῖς. εἴρηται δέ μοι καὶ πρόσθεν ὡς οὐχ ἁπλῶς ἕτερον ἑτέρῳ πάθος ἐπιγίνεσθαι πέφυκεν, ἀλλὰ τοῖς ἀξιολόγοις κατὰ μέγεθος. οὕτως οὖν καὶ τῷ ἥπατι φλεγμαίνοντι λὶγξ ἐπιγίνεται, διὰ τὴν τῶν νεύρων κοινωνίαν, οὐ διὰ παντὸς, ἀλλ' ὅταν εἰς μεγίστην ἀποκατασταθῇ φλεγμονήν.

---

venis percolatum ſeroſum excrementum prolectatur. Praeclare itaque Hippocrates ſtranguriam ait recto inteſtino et utero inflammatione affectis et purulentis renibus accidere. In recto quidem inteſtino et utero per conſenſum patiente veſica in renibus autem purulentis pure per veſicam excreto. Hoc igitur ſua acrimonia mordens veſicam ad excretionem ſtimulat. Porro in uteri et recti inteſtini inflammatione viciniae ratione veſicam affici neceſſe eſt, ut quae et intemperiei et inflammationis ſit particeps, vexeturque praeterea et prematur a tumoribus praeter naturam eas partes obſidentibus. Jam vero ſupra diximus non ſimpliciter affectionem alteram alteri ſupervenire ſolere, ſed ubi juſtam primigeniam magnitudinem acquiſierit. Sic itaque et jecore inflammationem patiente ſingultus ſuccedit propter nervorum communitatem, non quidem ſemper, ſed ubi in maximam jecur inflammationem pervenerit.

Ed. Chart. IX. [231.] Ed. Baſ. V. (296·)

νθ'.

Γυνὴ ἣν μὴ λαμβάνει ἐν γαστρὶ, βούλῃ δὲ εἰδέναι εἰ λήψεται, περικαλύψας ἱματίοισι θυμία κάτωθεν. κὴν μὲν πορεύεσθαί σοι δοκέῃ ἡ ὀδμὴ διὰ τοῦ σώματος ἐς τὰς ῥῖνας καὶ ἐς τὸ στόμα, γίνωσκε ὅτι αὐτὴ οὐ δι' ἑαυτὴν ἄγονός ἐστιν.

Τὸ θυμία ῥῆμα τῆς ὕλης ἐνδεικτικόν ἐστι τῆς θυμιᾶσθαι πεφυκυίας, λιβανωτοῦ δηλονότι καὶ σμύρνης καὶ στύρακος ὅσα τ' ἄλλα, θερμὰ μὲν τὴν κρᾶσιν, εὐώδη δ' ἱκανῶς. βούλεται γὰρ εἰς ὅλον ἀνενεχθῆναι τὸ σῶμα τὴν ἀπ' αὐτῶν δύναμιν, ἵνα καὶ κατὰ τὸ στόμα καὶ κατὰ τοὺς μυκτῆρας αὐτῆς γενομένης αἴσθηται σαφῶς ἡ γυνή. μόναις οὖν ἐκείναις οὐ διαδοθήσεται πρὸς ὅλον τὸ σῶμα τῶν θυμιαμάτων ἡ ποιότης, ὅσαις σκληρὸν ἡ πυκνόν ἐστι τὸ τῆς ὑστέρας σῶμα. τοιοῦτον δὲ ὂν οὐκ ἐπιτήδειον εἰς τὰς συλλήψεις ἐστὶν, ὡς καὶ αὐτὸς μικρὸν ὕστερον ἐρεῖ· ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς ἔχουσι τὰς μήτρας οὐ κυΐσκουσι. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἀφορισμοῦ γεγραμμένον, ἐν ᾧ φησι, γίνωσκε

LIX.

Si mulier utero concipiat, ſcire autem velis an conceptura ſit, veſtibus obvolutam ſubter ſuffito, atque ſi odor quidem ad nares et os uſque per corpus tibi pervadere videatur, ipſam noſce per ſe infecundam non eſſe.

Verbum ſuffire materiam quae ſuapte natura ſuffiri poteſt indicat, ut thus, myrrham, ſtyracem ceteraque temperamento calida et valde odorata. Vult enim in totum corpus facultatem ab iis manantem efferri, ut quum ad os et nares pervenerit, a muliere manifeſto ſentiatur. In iis itaque ſolis totum corpus non permeabit ſuffituum qualitas, quibus durum ac denſum eſt uteri corpus. Tale vero ad conceptionem ineptum eſt, ut paulo poſt ipſe dicturus eſt. Quae frigidos ac denſos habent uteros non concipiunt. Quod autem ſub finem aphoriſmi ſcribitur:

Ed. Chart. IX. [231. 232.] Ed. Baf. V. (296.)

ὅτι οὐ δι' ἑαυτὴν ἄγονός ἐστι, ἐνδεικτικόν ἐστι τῆς χρείας αὐτοῦ. πολλάκις γὰρ ἕνεκα διαμονῆς γένους ἤτοι γε ἱερατικοῦ τινὸς ἢ βασιλικοῦ σπουδάζουσιν αἱ πόλεις ἔκγονα ἔχειν ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, εἰς οὓς ἂν ἔτι μόνους καθεστήκει τὸ γένος. εἶθ' ὅταν αἱ γυναῖκες μὴ κυΐσκωσι, ζήτησις γίγνεται δι' ὁπότερον αὐτὸ συμβαίνει τοῦτο. καὶ ταύτην αἰνίττεται τὴν τέχνην εἶναι ταῖς ἀγαθαῖς προμνηστρίαις ὁ Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ. λεχθήσεται δ' ὁ σύμπας λόγος ὀλίγον ὕστερον, ὅταν ἅπαντας ἐξηγησώμεθα τοὺς διαφέροντας εἰς αὐτὸν ἀφορισμούς.

ξ'.

[232] *Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύωνται, ἀδύνατον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν.*

Καὶ τὸ καθάρσιες πληθυντικῶς εἰρημένον καὶ τὸ πορεύωνται μετ' αὐτοῦ λεγόμενον ἐνδείκνυται μήτε ὀλίγον εἶ-

ipſam noſce per ſe infecundam non eſſe, ipſius aphoriſmi uſum demonſtrat. Saepe enim ut ſacerdotalis quaedam aut regalis ſuperſit ſoboles, ſtudioſe faciunt civitates, ut ab iis ſeu viris ſeu mulieribus ſuſceptos liberos habeant, ad quos ſolos ejus progeniei ſpes eſt redacta; deinde ubi mulieres non concipiunt, utrius cauſa id accidat, quaeritur, ut facto divortio ex aliis liberi ſuſcipiantur. Atque hanc Plato in Theaeteto doctarum pronubarum artem eſſe innuere videtur. Tota autem ea de re diſputatio paulo poſt abſolvetur, ubi omnes ad id attinentes aphoriſmos explicabimus.

LX.

Si mulieri utero gerenti purgationes prodeant, fetum eſſe ſanum impoſſibile.

Atque nomen *purgationes* numero plurali enunciatum ipſique verbum *prodeunt* adjunctum neque paucum qui

Ed. Chart. IX. [232.] Ed. Baſ. V. (296.)

ναι τὸ ἐκκρινόμενον αἷμα μήθ' ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις καὶ πολύ. τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς ὀλίγον ἐκκριθὲν ἐπιφαίνεται πολλάκις ἄνευ τοῦ πεπονθέναι τι τὸ ἔμβρυον. ὅταν δὲ μηδὲν ἀπολείπηται τοῦ πλήθους τῆς τῶν ἐμμήνων καθάρσεως, ἐφεξῆς δὲ καὶ σώζηται τὴν προθεσμίαν τῶν περιόδων κατὰ τοὺς μῆνας, ἀδύνατον ὑγιαίνειν τὸ ἔμβρυον, εἴπερ γε τὸ ἐρῤῥωμένον εἰς τροφὴν ἑαυτοῦ καταχρῆται τῷ φερομένῳ εἰς τὰς μήτρας ἐξ ὅλου τοῦ σώματος. ἥ γε μὴν ἔκκρισις ἡ γινομένη ταῖς κυούσαις ἐκ τῶν κατὰ τὸν αὐχένα φλεβῶν ἔοικεν ἐπιφαίνεσθαι. τῶν γὰρ ἔνδον ἐν αὐτῷ τῷ κύτει τῆς μήτρας ἐξῄρηται τὸ χωρίον, ὥστ' οὐδὲν δι' ἐκείνων εἰς τὸν γυναικεῖον κόλπον ἐκκριθῆναι δύναται.

ξα'.

Ἢν γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύωνται μήτε φρίκης μήτε πυρετοῦ ἐπιγινομένου, ἅσαι δ' αὐτῇ προσπίπτωσι, λογίζου ταύτην ἐν γαστρὶ ἔχειν.

---

excernatur ſanguinem eſſe, neque ſemel, ſed ſaepe ac multum erumpere. Qui namque ſemel aut bis paucus excernitur ſanguis, in multis citra ullam fetus laeſionem conſpicitur. Quum vero nihil a purgationis menſtruorum multitudine differt ſervatque deinceps menſtruae circuitionis terminum, non poteſt fetus eſſe ſanus. Fetus ſiquidem fortis ac robuſtus ad ſui alimentum abutitur ſanguine, qui ex toto corpore ad uteros fertur. At excretio quae gravidis accidit ex cervicis uteri venis fieri videtur. Nam ab internis uteri partibus fecundae pendent, quare nihil per eas in muliebrem ſinum excerni poteſt.

LXI.

Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore, neque febre ſuccedente ciborum ipſi accidant faſtidia, hanc gravidam eſſe ratione ducito.

Ed. Chart. IX. [232. 233.] Ed. Baſ. V. (296.)

Ἐπὶ τῶν ἀμέμπτως καθαιρομένων γυναικῶν, εἶτ' ἐξαίφνης ἐπισχεθεισῶν τῶν καθάρσεων, ἄνευ φανερᾶς αἰτίας τὸν λόγον τοῦτον ὁ Ἱπποκράτης ἐποιήσατο, διδάσκων ἡμᾶς ἅπερ αἱ πλεῖσται τῶν γυναικῶν διὰ πείρας ἴσασιν. ὅταν γὰρ ἀσώδεις ὦσιν ἐπεσχημένων τῶν καταμηνίων, συνειληφέναι τεκμαίρονται. γίνεται δὲ ἡ ἄση καθ' ὃν λόγον καὶ ἡ κίσσα, τοῦ στομάχου κεκακωμένου ταῖς συνειληφυίας. ἐγχωρεῖ δέ ποτε καὶ διὰ τὴν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι κακοχυμίαν συμβῆναι τὸ τοιοῦτον. ἀλλὰ φρικώδεις τε καὶ πυρετώδεις ἐκεῖναι γίνονται καὶ ταύτῃ διορίζονται τῶν κυουσῶν.

ξβ'.

[233] Ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσι οὐ κυΐσκουσι καὶ ὁκόσαι καθ' ὑγρὰς ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκουσιν, ἀποσβέννυται γὰρ αὐταῖς ὁ γόνος καὶ ὁκόσαι ξηρὰς μᾶλλον καὶ περικαεῖς· ἐνδείῃ γὰρ τῆς τρο-

In iis quae recte antea purgantur mulieribus et quibus derepente ſine cauſa manifeſta ſupprimuntur purgationes, hanc orationem fecit Hippocrates, qua nos ea docet quae plurimae mulieres ipſa experientia didicerunt. Quum enim menſibus ſuppreſſis ciborum faſtidio laborant, tum ſe concepiſſe conjiciunt. Fit autem faſtidium cibi eadem qua pica ratione, ore ventriculi gravidis mulieribus depravato. Interdum etiam propter vitioſos univerſi corporis humores aliquid ejusmodi accidere poteſt, verum id cum horrore et febre quadam patiuntur, atque his a gravidis diſtinguuntur.

LXII.

Quae frigidos ac denſos habent uteros, non concipiunt, et quae praehumidos habent uteros, non concipiunt: in ipſis enim genitura exſtinguitur et quae ultra modum aridos ac aeſtuoſos; alimenti namque penuria ſemen

Ed. Chart. IX. [233.] Ed. Baf. V. (296.)

φῆς φθείρεται τὸ σπέρμα. ὁκόσαι δ' ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κρᾶσιν ἔχουσι συμμέτρως ἐπίτεκνοι γίγνονται αἱ τοιαῦται.

Εἰ τὴν προσήκουσαν ἅπασι τοῖς ἀφορισμοῖς ἐξῆν ἐπιθεῖναί μοι τάξιν, οὐκ ἂν ὤκνησα μεταθεῖναι τὸν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρημένον ἀφορισμὸν εἰς τὴν τοῖδε χώραν, ὥστε συμπληρωθέντος τοῦ περὶ τῶν καθάρσεων λόγου τὸν περὶ τῶν μητρῶν αὐτοῦ ἐφεξῆς γεγράφθαι, διδάσκοντος αὐτοῦ κατὰ πόσους τρόπους αἱ γυναῖκες γίνονται στεῖραι. πρῶτος οὖν τῶν ἐν αὐτοῖς ἐκεῖνος ὁ ἀφορισμὸς ἔσται, καθ' ὃν ἔφη, ἢν γυνὴ μὴ λαμβάνῃ ἐν γαστρί, βούλῃ δὲ εἰδέναι εἰ λήψεται, περικαλύψας ἱματίοις θυμία κάτω· δεύτερος δὲ οὗτος ὁ νῦν ἡμῖν προκείμενος οὗ τὸ κεφάλαιόν ἐστι. τὰς μὲν εὐκράτους μήτρας ἐπιτηδείας εἶναι πρὸς σύλληψιν, τὰς δὲ δυσκράτους, ἐὰν μὲν τοῦτο μετρίως πεπόνθασι, δυσχερῶς συλλαμβάνειν, ἐὰν δὲ ἀμέτρως, στείρας ἐργάζεσθαι τὰς γυναῖκας· ὥστε συνεπινοεῖται μὲν ἡ τῆς τῶν ἀνδρῶν ἀγονίας αἰτία, λανθάνει δὲ τοὺς πολλούς. ἀλλ' ὁ προσέχων ἀκρι-

corrumpitur. At quae ex utrisque commoderatam temperiem fortitae sunt, eae fecundae evadunt.

Si mihi liceret consentaneum omnibus aphorismis ordinem imponere, non essem veritus paulo antea pronunciatum aphorismum in hujus locum transferre, ut absoluta de mulierum purgationibus oratione quae de ipsis est uteris, ea deinceps scriberetur et quot modis sterilescant, mulieres ipsa doceret. Primus itaque inter eos ordine fuerit is aphorismus, in quo dicebat: *si mulier utero non concipiat, scire autem velis, an conceptura sit, eam vestibus obvolutam subter suffito.* Secundus autem est nunc a nobis propositus, cujus summa est: probe quidem temperatos uteros ad conceptionem idoneos esse; intemperatos vero, si mediocriter quidem id patiantur, difficulter concipere; si vero immoderatius, infecundas mulieres efficere. Proindeque virorum etiam infecunditatis causa simul intelligitur quae multos latet. Verum qui quae

Ed. Chart. IX. [233.] Ed. Baſ. V. (296. 297.)

βῶς τὸν νοῦν τοῖς λεγομένοις πρῶτον μὲν εἴσεται διὰ τί καὶ τῶν ἀνδρῶν ἔνιοι παντάπασιν ἄγονοι γίνονται, δεύτερον δὲ ἐπὶ τῷδε περὶ μὲν τῶν εὐκράτως ἐχόντων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ὡς ἀεὶ γεννῶσι, κἂν καὶ δυσκράτοις μίγνυνται, περὶ δὲ τῶν δυσκράτων ὡς μετὰ τῶν ἐναντίων μόνων. εἰρήσεται γοῦν πρότερον περὶ τῶν στεριφῶν γυναικῶν, ὧν ἡ κατασκευὴ καὶ μήτρας εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἀμέτρως ἐστὶ δύσκρατος, ἐπικρατούσης (297) ἤτοι μιᾶς τῶν πρώτων ἢ δυοῖν, ὡς ἐν τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασι διώρισται, δεικνύντων ἡμῶν ὀκτὼ τὰς πάσας εἶναι δυσκρασίας, ἁπλᾶς μὲν τέτταρας, ὧν καὶ νῦν Ἱπποκράτης ἐμνημόνευσε, συνθέτους δὲ ἄλλας τέτταρας ἀλλήλαις ἐπιπλεκομένας τούτων. ἔνθα μὲν οὖν ἐπικρατεῖ ψυχρότης ἄμετρος, ὡς πυκνὴν ἐργάσασθαι τὴν μήτραν, στενὰ μὲν ἐσχάτως ἐπὶ τούτων ἐστὶ τὰ στόματα τῶν εἰς αὐτὴν καθηκόντων ἀγγείων, στέριφαι δ' αἱ γυναῖκες, ὡς ἂν μήτε συμφῦναι τοῦ χορίου δυναμένου τοῖς στόμασι τῶν ἀγγείων μήτ', εἰ τοῦτό ποτε

pronunciantur ab Hippocrate, iis accurate mentem adhibuerit, is primum noverit, cur etiam virorum nonnulli prorſus infecundi ſint; ſecundum deinde, temperatos quidem tam viros quam mulieres ſemper gignere, etiam ſi cum intemperatis coeant. Intemperatos vero cum iis ſolis qui contrario ſunt temperamento copulatos generare diſcet. Prius tamen de mulierum ſterilitate dicendum, quarum uteri ſtatim ab initio intemperata eſt conſtitutio, exſuperante vel unica primarum qualitatum vel duabus, quemadmodum in commentariis de temperamentis explicavimus, ubi intemperies omnes octo eſſe demonſtravimus, ſimplices quidem quatuor, quarum nunc Hippocrates meminit, compoſitas autem alias quatuor his ſimplicibus invicem implicatis. Quum itaque immoderata frigiditas tantum exſuperat, ut denſiorem uterum efficiat: ſumme quidem anguſta ſunt vaſorum ad ipſum procedentium ora; mulieres vero ſteriles redduntur. Quare neque ſecundae vaſorum orificiis connecti queunt, neque ſi hoc aliquando

Ed. Chart. IX. [233. 234.] Ed. Baſ. V. (297.)

γένοιτο, τραφῆναι καλῶς τὸ κύημα. ἢ γὰρ οὐδ' ὅλως αἱ καθάρσεις γίνονται ταῖς τοιαύταις ἢ παντάπασιν [234] ὀλίγαι καὶ αὗται μοχθηραὶ, μόνου τοῦ λεπτοτέρου καὶ ὑδατωδεστέρου διεκπίπτοντος τοῦ αἵματος. καὶ γὰρ οὖν καὶ ῥᾳδίως ἐμφράττεται ταῦτα διά τε τὴν οἰκείαν στενότητα καὶ διότι φλεγματικώτερον ἀθροίζουσι χυμὸν αἱ τοιαῦται γυναῖκες ὡς τὸ πολύ. καὶ γὰρ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα τοὐπίπαν ὅμοιόν ἐστι ταῖς μήτραις. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ ψυχθῆναι τὸ τοῦ ἄῤῥενος σπέρμα κατὰ τὰς τοιαύτας μήτρας, εἰ μὴ θερμότερον εἴη φύσει. πρώτης μὲν οὖν τῆς ψυχρᾶς κράσεως Ἱπποκράτης ἐμνημόνευσεν εἰπών, ὁπόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσιν. οὐ μὰ Δία συμπλέξαι βουλόμενος ἐπ' αὐτῶν τῇ ψυχρότητι τὴν πυκνότητα, καθάπερ εἰ καὶ ξηρότητα προσέθηκεν ἢ ὑγρότητα. τούτων μὲν γὰρ οὐδετέρα διὰ παντὸς ἕπεται τῇ ψυχρότητι καὶ διὰ ταῦτα ἀνὰ μέρος ἑκατέρα μίγνυται. πυκνότης δ' ἐξ ἀνάγκης σύνεστι ταῖς ἄγαν ψυχραῖς ὑστέραις, δι' ἣν οὐδὲ κυῆσαι δύνανται, καθότι προείρηται. καὶ τοίνυν ἀκούσωμεν

fiat, conceptus probe nutriri. Vel enim nullo prorſus modo hiſce mulieribus fluunt purgationes vel omnino paucae haeque ipſae vitioſae, ſolo tenuiore et aquoſiore ſanguine perlabente. Enimvero ipſa quoque ora facile obſtruuntur, quum propter nativam anguſtiam, tum propter pituitoſiorem humorem quem plerumque ejusmodi mulieres accumulant, quarum certe univerſum corpus fere eſt utero ſimile. Quin etiam maris quoque ſemen talibus uteris exceptum refrigerari contingit, niſi ſit natura calidius. Primi itaque temperamenti frigidi his verbis meminit Hippocrates: *quae frigidos ac denſos uteros habent*, non per Jovem in ipſis volens implicare cum frigiditate denſitatem non ſecus ac ſi ſiccitatem aut humiditatem addidiſſet. Harum enim neutra frigiditatem perpetuo comitatur, proptereaque ipſi modo una, modo altera miſcetur. Denſitas vero uteris admodum frigidis adeſt neceſſario, ob quam concipere nequeunt, prout explicatum eſt. Proin-

Ed. Chart. IX. [234.] Ed. Baf. V. (297.)

οὕτω τοῦ κατὰ τὸν ἀφορισμὸν λόγου παντὸς, ὅσαι ψυχρὰς τὰς μήτρας ἔχουσιν οὐ κυΐσκονται διὰ πυκνότητα τῆς οὐσίας αὐτῶν. διὰ τί δ' ἡ πυκνότης ἐναντιοῦται τῇ κυήσει παρέλιπεν εἰπεῖν, ὡς ἡμῶν συνιέναι δυναμένων. καὶ ὅσαι δ' ὑγρὰς ἀμέτρως ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκονται, σβέννυται γὰρ ὁ γόνος ὥσπερ ἐν τελματώδει γῇ τὰ δημήτρια σπέρματα. καὶ μὴν ὅσαι ξηρὰς, παραπλήσιόν τι συμβαίνει τοῖς εἰς ψάμμον ἢ εἰς ἀργιλώδη γῆν ἢ πετρώδη καταβαλλομένοις σπέρμασι, κατὰ δὲ τὰς ἀμέτρως θερμὰς τοῖς εἰς πάνυ θερμὴν, οἵαπερ ἐστὶν ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν. οὕτω μὲν δὴ τεττάρων ποιοτήτων ὁ Ἱπποκράτης ἐμνημόνευσεν, ἑκάστης ἰδίᾳ τὴν δύναμιν ἐξηγησάμενος, ἵν' εἰ καί ποτε μιχθεῖεν ἀλλήλαις, εὔδηλος ἡ μίξις ὑπάρχῃ. μετὰ δὲ ταῦτά, φησὶν, ὅσαι δ' ἐξ ἀμφοτέρων τῇ κράσει συμμέτρως ἔχωσιν, ἐπίτεκνοι γίνονται. τίνων ἀμφοτέρων; οὐ τῶν ποιοτήτων δηλονότι, τέτταρες γάρ εἰσιν, ἀλλὰ τῶν κατ' αὐτὰς ἀντιθέ-

deque totam hujus aphoriſmi ſententiam ſic accipiemus. Quae frigidos uteros habent non concipiunt ob ſubſtantiae ipſorum denſitatem. Cur vero conceptioni adverſetur denſitas, dicere praetermiſit, tanquam nobis intelligere valentibus: *et quae immoderatius praehumidos habent uteros, non concipiunt: in ipſis enim exſtinguitur genitura*, quemadmodum in terra paluſtri cerealia ſemina. Et quaecunque ſiccos vel adurentes habent uteros, ob alimenti penuriam non concipiunt. Nam ſiccis uteris tale quiddam accidit, quale quum aut arenae aut argilloſae telluri et putroſae ſemina mandantur. Calidis vero immoderate et ardentibus contingit quale ubi valde calenti terrae per caniculae ardores ſemina committuntur. Sic profecto quatuor qualitatum Hippocrates meminit, ſingularum ſeorſim facultate expoſita: ut ſi quando invicem miſceantur, maniſeſta ſit earum commixtio. Poſt haec autem inquit: *At quae ex utrisque commoderatam temperiem ſortitae ſunt, eae fecundae evadunt.* Quibus utrisque? Non profecto qualitatibus, ſunt enim quatuor, ſed ipſarum appoſitioni-

Ed. Chart. IX. [234.] Ed. Baſ. V. (297.)

σεων. ὡς γὰρ ἐν τοῖς περὶ κράσεων ἐδείχθη, μία μὲν εὐκρασία γίνεται συμμέτρως ἀλλήλοις μιχθέντων τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ θερμοῦ, μία δὲ ἄλλη τοῦ θ' ὑγροῦ καὶ τοῦ ξηροῦ, καὶ δύναταί τις ὑστέρα κατὰ μὲν τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν εὔκρατος εἶναι, κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν δύσκρατος. ἀλλ' εἰς μὲν τὸ μὴ κυΐσκεσθαι καὶ ἡ ἑτέρα τῶν δυσκρασιῶν ἱκανή. γίνεσθαι δὲ ἐπίτεκνον γυναῖκα χωρὶς τῶν ἀμφοτέρων εὐκρασιῶν ἀδύνατον. ὁ μὲν οὖν Ἱπποκράτης ὥσπερ τὸν ἔμπροσθεν λόγον ἅπαντα περὶ τῶν γυναικείων ἔγραψεν, οὕτω καὶ τόνδε τὸν νῦν εἰρημένον ὑπὲρ τῶν κατὰ τὰς ὑστέρας κράσεων, οὐ μὴν γέ τι προσέγραψε περὶ τῶν ἀνδρῶν, ἤτοι γ' ὡς ἐκ τῶν εἰρημένων ἕτοιμον ἡμῖν ὂν ἐπὶ τὸ σπέρμα τὰς αὐτὰς δυσκρασίας μετενεγκεῖν ἢ ὡς ὕστερον μὲν εἰπεῖν ἀναβαλλόμενος, ἐπιλαθόμενος δέ. τινὲς μέντοι προσέγραψαν ὑπὲρ τῶν ἀῤῥένων ἐφεξῆς ἀφορισμὸν ἕτερον, οὗ ἡ ἀρχὴ παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων, ὃν οἱ δοκιμώτατοι τῷ ἐξηγησαμένῳ τοὺς ἀφορισμοὺς λείπεσθαί φασι φανερῶς καὶ τῆς διανοίας τοῦ Ἱπποκράτους καὶ τῆς ἑρμηνείας· καὶ

bus. Ut enim in libris de temperamentis demonſtratum eſt, una quidem eſt temperies ex calido ac frigido, altera vero humido et ſicco commoderate inter ſe mixtis. Atque uterus aliquis una quidem oppoſitione temperatus, altera vero intemperatus eſſe poteſt; verum ne mulier concipiat, poteſt etiam altera intemperies efficere. Mulierem autem fecundam evadere, citra utramque probam temperiem fieri non poteſt. Quemadmodum igitur Hippocrates ſuperiorem de mulieribus univerſam diſputationem ſcripſit, ſic etiam hic praeſentem de uteri temperamentis loquitur. Nihil tamen quidquam ipſe de viris addidit vel quia nobis promptum facileque eſſet ex iis quae protulit, easdem ad ſemen intemperies transferre vel quum in poſterum ſermonem diſtuliſſet, poſtea oblitus eſt dicere. Quidam tamen alterum deinceps aphoriſmum de maribus adſcripſere, cujus initium eſt: *ſimiliter etiam in maribus.* Sed probatiſſimi aphoriſmorum interpretes affirmant ipſum ab Hippocratis ſententia et eloquutionis ratione manifeſte

Ed. Chart. IX. [234. 235.] Ed. Baf. V. (297.)

μέντοι καὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ὧν ἔ- [235] γραψεν ἐπὶ τῶν γυναικῶν ὁ Ἱπποκράτης ἐστὶν ἡμῖν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας μεταβαίνουσι λέγειν ἤτοι διὰ τὴν ψυχρότητα τῆς κράσεως οὐκ ἀκριβῶς πέττεσθαι τὸ σπέρμα καὶ διὰ τοῦτο μετρίας μὲν τῆς ἐν αὐτῷ γινομένης δυσκρασίας δεῖσθαι μήτρας ἱκανῶς θερμῆς, ἀμέτρου δ' ὑπαρχούσης ἄγονον εἶναι παντάπασιν ἢ διὰ ὑγρότητα πάλιν οὐκ ἐκπέττεσθαι καὶ δεῖσθαι καὶ τοῦτο μετρίας μὲν τῆς δυσκρασίας οὔσης, θερμοτέρας τε καὶ ξηροτέρας τῆς μήτρας, ἀμέτρου δὲ γενομένης ἄγονον ὑπάρχειν, ὡσαύτως δὲ διὰ μὲν ὑπερβάλλουσαν θερμότητα πεφρυγμένῳ παραπλήσιόν τι γενέσθαι τὸ σπέρμα, διὰ δὲ ξηρότητα μηδ' ἐκταθῆναι δύνασθαι κατὰ τὴν πρώτην ἔκπτωσιν οὗ μάλιστα δεῖ πρὸς τὸ κυῆσαι τὴν γυναῖκα. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς περὶ σπέρματος λόγοις, εἰ μὴ τῷ πλείστῳ τοῦ κύτους τῆς μήτρας ἐπεκταθείη τὸ σπέρμα, μὴ συλλαμβάνειν αὐτήν. τούτων οὖν ἡμῖν ὥσπερ στοιχείων παρεσκευασμένων ἐφεξῆς εἴπομεν ὅπερ ἔμπροσθεν εἰπεῖν ἀνεβαλλόμεθα, προβεβλημένων ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος ἐν τῷ Θεαι-

deficere. Et vero ad analogiam eorum quae de mulieribus ſcripſit Hippocrates licet nobis ad viros transeuntibus dicere vel propter temperamenti frigiditatem non plane ſemen ipſis concoqui; atque propterea ſi mediocris ipſi intemperies adeſt, uterum calidiorem poſtulare. Si vero immoderata ſit, omnino infecundum eſſe vel propter humiditatem rurſus non concoqui, idque etiam ſi moderata ſit intemperies, utero calidiori ac ſicciori indigere; ſi vero immoderata, infecundum exiſtere. Eodem quoque modo excedente etiam calore ſemen praetorrido cremio quid ſimile fieri; ob ſiccitatem vero prima procidentia extendi non poſſe, qua maxime re ad mulieris graviditatem opus. In libris ſiquidem de ſemine oſtendimus niſi per plurimam fundi uteri partem, ſemen extendatur, mulierem non concipere. His igitur veluti quibusdam elementis a nobis adſtructis, deinceps dicamus quod huc ſupra dicere diſtulimus a Platone in Theaeteto propoſitum.

Ed. Chart. IX. [235.] Ed. Baſ. V. (297.)

τήτῳ. φησὶ γὰρ τοῦτο ἔργον εἶναι μέγιστον τῶν μαιῶν ὡς ἐπίστασθαι συνάγειν ἀλλήλοις ἐπιτήδεια σώματα πρὸς κύησιν, ὅπερ ἐδείχθη νῦν ἐν τῷ λόγῳ μετὰ τοῦ διαγιγνώσκειν δύνασθαι τίνες μὲν ἄγονοι τῶν ἀνδρῶν εἰσι, τίνες δὲ στερίφοι τῶν γυναικῶν. αἱ μὲν γὰρ ἄμετροι δυσκρασίαι τούτων αἰτίαι· μέτριαι δ' εἴπερ εἰσὶν, εἰ μὲν ταῖς ἐναντίαις συνάγονται, κυήσουσιν αἱ γυναῖκες, εἰ δὲ ταῖς ὁμοίαις, οὐ κυήσουσιν. οὐ γὰρ οἷόν τέ ἐστι τὸ ψυχρότερον σπέρμα κατὰ τὴν ψυχροτέραν ὑστέραν τελεσφορεῖσθαι, καθάπερ οὐδὲ τὸ ξηρότερον ἐν τῇ ξηροτέρᾳ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάτερον ὡσαύτως. ἀλλὰ δεῖται τὸ μὲν ψυχρότερον σπέρμα τοσούτῳ θερμοτέρας ὑστέρας, ὅσῳ περ ἂν αὐτὸ τῆς ἀρίστης ἀπολείπεται κράσεως, τὸ δ' ὑγρότερον τῆς ξηροτέρας, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. διάγνωσις δὲ πασῶν τῶν ἀμέτρων κατὰ τὴν ὑστέραν δυσκρασιῶν ἐστιν ἣν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηκεν ὁ Ἱπποκράτης διὰ τῆς τῶν ἀρωμάτων πυρίας. ἡ μὲν γὰρ ψυχρότης διὰ τὴν πυκνότητα τῆς ὑστέρας οὐκ ἐᾷ μέχρι τοῦ στόματος καὶ τῶν ῥινῶν ἀναφέρεσθαι τὴν ὀσμὴν τῶν θυμιωμένων, ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ξηρότης. ἡ δὲ ὑγρό-

Inquit enim hoc eſſe maximum munus obſtetricum ſcire apta ad liberorum procreationem corpora conciliare inter ſe ac copulare, quae res hoc aphoriſmo eſt tradita, ſimulque poſſe qui viri infecundi ſint et quae mulieres ſteriles dignoſcere. Nam immoderatae intemperies horum ſunt cauſae; moderatae vero ſi ſint et contrariis conjungantur, tunc gravidae fient mulieres; ſi vero ſimilibus copulentur, non concipient. Non enim fieri poteſt ut frigidius ſemen in utero frigidiore fecundetur, ut nec quoque ſiccius in ſicciore et ceterorum alterutrum eodem modo; verum frigidius quidem ſemen tanto calidiore utero indiget, quanto ipſum longius abeſt ab optima temperatione; humidius vero ſicciore, eodemque modo ceteris. At dignotio omnis immoderationi uteri intemperies eſt et quam paulo ante Hippocrates per aromatum ſuffitum fieri pronunciavit. Frigiditas enim propter uteri denſitatem ad os et nares ſurſum aromatum halitum efferri non ſinit,

Ed. Chart. IX. [235. 236.] Ed. Baf. V. (297. 298.)

της ὥσπερ τὸν γόνον ὑπ' αὐτοῦ λέλεκται σβεννύειν, οὕτω καὶ τὴν τῶν ἀρωμάτων ποιότητα. λοιπὴ δὲ ἡ σφοδρὰ θερμότης εἰ τὴν τῶν ἀρωμάτων δύναμιν ἀλλοιώσει τε καὶ διαφθερεῖ καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐάσει διασώζουσαν αὐτὴν τὸ εἰλικρινὲς ἀναφέρεσθαι πρός τε τὸ στόμα καὶ τὰς ῥῖνας αὐτάρκης, κἀπὶ τούτων τῶν φύσεων εἰς διάγνωσιν καὶ τῶν ἀρωμάτων γενήσεται πυρία. εἰ δὲ οὐχ ἱκανὴ ταῦτα δρᾶν ἐστιν, ἐξ ἄλλων γνωρισμάτων ἐπισκεπτέον ἡμῖν ἔσται τὴν τοιαύτην φύσιν αὐτὸ τοῦτο πρῶτον ἐγνωκότας ὡς ἐστὶ σπάνιος ἡ τοιαύτη κρᾶσις ἐπὶ τῶν γυναικῶν, ἐπειδὴ φύσει ψυχρότερόν ἐστι τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο τὴν Ἱπποκράτους διάγνωσιν, ἣν ἐκ τῆς τῶν ἀρωμάτων ποιεῖται πυρίας, ἐπὶ τῶν στειρικῶν γυναικῶν εἶναι χρησιμωτάτην ἤτοι πάσης ἀμέτρου δυσκρασίας ὑποπιπτούσης ἢ κατὰ τὸ σπάνιον ἐκφευγούσης αὐτὴν μιᾶς ἐπ' ἐκείνων τῶν γυναικῶν αἱ (298) λεπταί τε φαίνονται καὶ μέλαιναι καὶ δασεῖαι, ὥστε ἐξ αὐ- [236] τῶν τούτων γινώσκεσθαι τὴν ἀμετρίαν τῆς κράσεως ἄνευ τῆς διὰ τῶν ἀρωμάτων πυρίας.

---

eodem modo nec ſiccitas. Humiditas vero quemadmodum Hippocrati dicta eſt genituram exſtinguere, ita aromatum quoque qualitatem obtundet. Reliqua vehemens eſt caliditas, quae ſi odorum facultatem alterabit et corrumpet, atque propterea ipſam, ſervata ſinceritate, ad os et nares ſubvehi non permittet; ſatis tum in his etiam calidioribus naturis eſſe poterit ad ſterilitatis dignotionem aromatum ſuffitio. Si vero haec praeſtare nequeat, ex aliis tunc nobis indiciis erit ejusmodi ſpectanda natura, hoc ipſum in primis tenentibus raram admodum in mulieribus talem temperationem eſſe, quandoquidem femina natura eſt mare frigidior. Quare ob id etiam quam ex aromatum ſuffitu mulierum ſterilium explorationem facit Hippocrates, ea utiliſſima eſt, quum vel omnis immoderata intemperies iſti ſubjiciatur vel rariſſime unica ipſam effugiat in mulieribus illis quae tenues, nigrae et hirtae apparent, ita ut ex his ſignis immoderata ipſarum intemperies ſine aromatum ſuffitu percipiatur.

Ed. Chart. IX. [236.] Ed. Baſ. V. (298.)

ξγ'.

Παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων· ἢ γὰρ δι' ἀραιότητα τοῦ σώματος τὸ πνεῦμα ἔξω φέρεται, πρὸς τὸ μὴ παραπέμπειν τὸ σπέρμα, ἢ διὰ τὴν πυκνότητα τὸ ὑγρὸν οὐ διαχωρέει ἔξω, ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα οὐκ ἐκπυριῆται, ὥστε ἀθροίζεσθαι πρὸς τὸν τόπον τοῦτον, ἢ διὰ τὴν θερμασίαν τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται.

Ὁ τοῦτον παραθεὶς τὸν ἀφορισμὸν οὐδὲ τῶν ἰδίων ἀκούει φωνῶν. ἐπαγγειλάμενος γὰρ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων παραπλήσιον ποιήσασθαι τὸν λόγον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν γυναικῶν ὁ Ἱπποκράτης ἔγραψεν, οὐκ ἔπραξε τοῦτο. τεττάρων γὰρ ἐκείνου δυσκρασιῶν μνημονεύσαντος ἐχρῆν καὶ τοῦτον ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων εἰρηκέναι τὰς τέσσαρας, ὥσπερ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν. ὁ δ' οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὴν ἀραιότητα εὐθέως τοῦ σώματος μέμφεται μὴ λελεγμένην ἐπὶ τῶν γυναικῶν, εἶτ' οὐδ' αὐτὸς ὁ λόγος αὐτῷ καθ' ἑαυτὸν ἐξεταζό-

LXIII.

Conſimilis vero eſt in maribus ratio; aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extra fertur, ita ut ſemen non ejaculetur; aut propter denſitatem humor foras non excernatur aut ob frigiditatem non accenditur, ut ad eum locum cogatur; aut ob caliditatem hoc idem contingit.

Qui hunc aphoriſmum interpretatus eſt, proprias ejus dictiones non intelligit. Nam eundem ſibi de viris ſermonem, quem de mulieribus Hippocrates habuit fore pollicitus, hoc non praeſtitit. Quum enim ille de quatuor intemperiebus mentionem feciſſet, hunc etiam quatuor in maribus, quemadmodum nos fecimus, intemperies proſequi oportuit. Verum non ita fecit, ſed in primis quidem corporis raritatem ſtatim damnat, quae mulieribus fuit praetermiſſa; deinde neque ipſa oratio per ſe diligenter

Ed. Chart. IX. [236.] Ed. Baſ. V. (298.)

μενος ἀληθὴς ἐστι. φαίνονται γὰρ οὐκ ὀλίγοι τῶν ἀνδρῶν ἀραιὸν μὲν ἔχοντες τὸ σῶμα, γονιμώτατον δὲ σπερμαίνοντες. καὶ οὐδὲν θαυμαστόν· ἡ γὰρ ἀραιότης τοῦ σώματος ἐπὶ θερμοτέραις ἅμα καὶ ὑγροτέραις γίνεται κράσεσιν, αἵπερ δὴ μάλιστά εἰσι πολυσπερμόταται ἅμα καὶ γονιμώταται. καὶ γὰρ καὶ τὴν ὕλην ἔχουσιν, ἐξ ἧς τὸ σπέρμα γίνεται δαψιλῆ καὶ τὴν δύναμιν ἐξ ἧς πέττεται. ἐξακοντίζεται δὲ τὸ σπέρμα τῇ συντονίᾳ τῶν σπερματικῶν ἀγγείων ἐκθλιβόμενον οὐχ ὑπὸ πνεύματος ὠθούμενον. ἀναμέμικται μὲν γὰρ οὐσία πνευματικὴ τῇ τοῦ σπέρματος ὑγρότητι, δεῖται δὲ καὶ αὕτη τῶν ἐκθλιβόντων αὐτήν, ὥσπερ καὶ ἡ ὑγρότης τοσοῦτον πλεονεκτοῦσα τῆς ξηρότητος ὅσον καὶ θᾶττον ἐξακοντίζεται καὶ μέχρι πλείονος φέρεται. ταῦτα μὲν οὖν ὁ παραγράψας τὸν ἀφορισμὸν ἀγνοεῖ καὶ πρὸς τούτοις ὅταν φῇ διὰ τὴν πυκνότητα τὸ ὑγρὸν οὐ διαχωρεῖν ἔξω. εἰ μὲν γὰρ ὑγρὸν ἄλλο τι λέγει καὶ μὴ τὸ σπέρμα, ληρώδης ὁ λόγος· εἰ δὲ τὸ σπέρμα φησὶ διὰ τὴν πυκνότητα τοῦ σώματος

examinata vera exiſtit. Viri ſiquidem non pauci conſpiciuntur, qui licet corpus rarum laxumque ſortiantur, ſemen tamen habent fecundiſſimum, quod minime mirum eſt. Raritas ſiquidem corporis calidioribus ſimul et humidioribus ineſt temperaturis, quae utique potiſſimum plurimo ſemine ſimulque fecundiſſimo abundant. Nam et materiam ex qua ſemen generatur et facultatem a qua concoquitur habent copioſam. Porro autem ſpermaticorum vaſorum contentione expreſſam genituram, non ſpiritus violentia propulſam foras ejaculamur. Spiritualis enim ſubſtantia cum ſeminis humiditate permiſcetur, quae et ipſa ut erumpat vaſis exprimentibus indiget ſimiliter atque ſpermatica humiditas, quae tanto ſiccitatem exſuperat, quanto celerius emicat et diutius et longius fertur. Iſta igitur is ignorabat qui aphoriſmum adſcripſit et praeterea quum humorem propter denſitatem negat foras pervadere. Si namque diverſum a ſemine humorem dicit, levis eſt et nugatoria ejus oratio; ſi vero propter totius

Ed. Chart. IX. [236. 237.] Ed. Baſ. V. (298.)

ὅλου, μὴ διαχωρεῖν ἔξω παντάπασιν ἀγνοεῖ τὴν τῶν σπερματικῶν ὀργάνων κατασκευήν, ἄμεινον γὰρ ἦν αἰτιᾶσθαι τὴν ἐκείνων στενότητα. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἐφεξῆς εἰρημένον, ἄχρι τινὸς, ἀληθῶς ἀδιανόητον ἔχει τὸ ἐπιφερόμενον. τὸ μὲν γὰρ διὰ τὴν ψυχρότητα τῆς κράσεως μὴ ἐκπυριᾶσθαι τὸ σπέρμα καὶ διὰ τοῦτο ἄγονον ὑπάρχειν ἀληθές ἐστι, τὸ δὲ ἀθροίζεσθαι μὴ δύνασθαι πρὸς τὸν τόπον τοῦτον ἐκ περιττοῦ πρόσ- [237] κειται. μετὰ δὲ τοῦ μὴ προσειρῆσθαι τὸν τόπον ὑπ' αὐτοῦ, καταλελεῖφθαι δ' ὑφ' ἡμῶν νοηθῆναι. καίτοι γ' ἡ τούτων φωνὴ τὴν ἀναφορὰν ἔχει ὡς ἐπὶ τὸ προειρημένον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν σμικρά, τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ μέγα σφάλμα, λέγοντος αὐτοῦ διὰ τὴν θερμασίαν. τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεσθαι· φανερῶς γὰρ ἐπὶ τὸ προειρημένον ὁ λόγος οὗτος ἀναφέρεται. προείρηται δὲ διὰ τὴν ψυχρότητα, οὐκ ἐκπυριᾶται, ὡς ἀθροίζεσθαι πρὸς τὸν τόπον τοῦτον, ὥστε καὶ διὰ τὴν θερμασίαν χρὴ νοεῖν οὐκ ἐκπυριώμενον οὐδὲ ἀθροιζόμενον ἐν τοῖς σπερματικοῖς ὀργάνοις τὸ σπέρμα. προφανῶς δέ ἐστιν ἄτοπον τοῦτο· φρύ-

corporis ſpiſſitudinem ſemen dicit foras non prodire ſeminalium inſtrumentorum ſtructuram prorſus ignorat: praeſtitiſſet enim ipſorum anguſtiam cauſari. Quin etiam quod deinceps dicitur, id quadantenus verum exiſtens ſequentem habet clauſulam ab omni ſenſu abhorrentem. Nam propter temperamenti frigiditatem ſemen non incendi ac propterea inſecundam exiſtere verum eſt. Quod autem eo loci colligi nequeat, ex abundanti additum eſt, cum eo quod neque locus ab ipſo enunciatur, ſed a nobis intelligendus relinquitur, tametſi vox demonſtrativa, *eo*, ad aliquid quod ſupra dictum eſſe oportuit, habet relationem. Sed haec quidem parva ſunt, at ſub aphoriſmi finem error magnus eſt, quum ipſe propter caliditatem idem evenire dicat: manifeſto namque ad ſuperius dictum haec oratio referenda eſt. Dictum vero ſupra fuit *ob frigiditatem ſemen non incaleſcere, ut eo loci cogatur.* Quare et propter calorem neque incendi ſemen, neque in ſpermaticis vaſis coacervari intelligendum eſt. Hoc autem

Ed. Chart. IX. [237.] Ed. Baſ. V. (298.)

γεσθαι μὲν γὰρ ἢ ὀπιᾶσθαι ἤ τι τοιοῦτον λέγειν, πάσχειν τὸ σπέρμα διὰ τὴν θερμότητα λόγον ἔχει· τὸ δὲ μὴ ἐκπυριᾶσθαι παντάπασιν ἄτοπον.

ξδ'.

Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι καὶ πυρεταίνουσι κακὸν καὶ οἷσιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα καὶ τοῖσι διψώδεσι. κακὸν δὲ καὶ οἷσι χολώδεες αἱ ὑποχωρήσιες καὶ ἐν τοῖσι ὀξέσι πυρετοῖσιν ἐοῦσι καὶ οἷσιν ἂν αἵματος πολλοῦ διαχώρησις γέγονεν. ἁρμόζει δὲ τοῖσι φθινώδεσι μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσι διδόναι γάλα καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι καὶ βληχροῖσι, μηδενὸς τῶν προειρημένων σημείων παρεόντος, παρὰ λόγον δὲ ἐκτετηκόσι.

Ὅτι τὸ γάλα ταχέως ἀλλοιοῦται διττὴν ἔχει τὴν ἀλλοίωσιν, ὅταν μὲν ὁμιλῇ πλείονι θερμασίᾳ, κνισούμενον εὐθέως, ὅταν δ' ὀλίγῃ, ταχέως ὀξυνόμενον, ἔνεστι μέν σοι

evidenter abſurdum eſt: nam torreri aut aſſari aut ejusmodi aliquid affirmare pati ſemen a colore, rationem habet; at non incaleſcere, omnino abſurdum eſt.

LXVI.

Lac exhibere capite dolentibus malum. Malum etiam febricitantibus et quibus hypochondria ſublata obmurmurant et ſiticuloſis. Malum quoque et quibus bilioſae ſunt dejectiones et acuta febre laborantibus et quibus copioſi ſanguinis dejectio facta eſt. At tabidis lac dare convenit non valde admodum febricitantibus et in febribus diuturnis ac lentis, ſi praedictorum ſignorum nullum affuerit et praeter rationem extenuatis.

Quod lac cito alteretur quodque duplicem ſubeat mutationem, plurimo admotum calori quam primum in nidorem abiens, pauco protinus aceſcens, tibi ſcire licet, ſi

Ed. Chart. IX. [237. 238.] Ed. Baſ. V. (298.)

κατανοῆσαι τοῦτο ἐπὶ πυρὸς ἕψοντι παραχρῆμα μετὰ τὸ τῶν τιτθῶν ἐκπιεσεῖν αὐτὸ, τοῦτο δὲ ἐν τῷ κεῖσθαι καθ' ἑαυτό. τῷ μὲν γὰρ ἑψομένῳ ἡ πρὸς τὸ κνισῶδες ἀποτυχία, τῷ δ' ἀποκειμένῳ ὀξύνεται πάντως ἤτοι θᾶττον ἢ βραδύτερον. οὕτω δὲ καὶ τῶν ὑγιαινόντων, εἰ μὴ πεφθείη καλῶς, τοῖς μὲν ὀξύνεται, τοῖς δὲ κνισοῦται. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ψυχροτέραν κοιλίην ὀξύνεται πάντως ἤτοι θᾶττον ἢ βραδύτερον, κατὰ δὲ τὴν θερμοτέραν κνισοῦται. τὸ μέντοι καλῶς πεφθὲν γάλα τρόφιμόν τ' ἐστὶ καὶ εὔχυμον. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ πέττεσθαι καὶ τούτοις ἐξαίρει τε τὰ ὑποχόνδρια καὶ κεφαλῆς ἅπτεται. ταῦτα μὲν οὖν αὐτοῦ τὰ ἔργα καὶ τὰ πάθη καὶ τῶν ὑγιαινόντων θεάσῃ· τὰ δ' ἐπὶ τῶν νο- [238] σούντων ὁ Ἱπποκράτης διεξέρχεται, φαινόμενα μὲν ἑκάστοτε καὶ διὰ τῆς αὐτῶν ἐκείνων πείρας καὶ τὰ πρὸ τῆς ἐμπειρίας γιγνώσκεσθαι δυνάμενα. ὅπου γὰρ ἐπὶ τῶν ἀμέμπτως ὑγιαινόντων ἴσμεν αὐτὸ κεφαλαλγές τε ἅμα καὶ φυσῶδες ὑποχονδρίων ὑπάρχον, οὐδὲν δὴ θαυμαστὸν ἐπινοεῖν ὡς τοῖς ἤδη κεφαλαλγοῦσιν ἢ μετέωρα τὰ

partim ut e mammis emulctum eſt, ſupra ignem decoxeris, partim vero ſeorſum per ſe repoſueris. Nam decocto fit in nidore depravatio; repoſito acor omnino vel citius vel tardius contrahitur. Sic autem et in ſanis niſi probe concoquatur, quibusdam aceſcit, nonnullis in nidorem abit. Ventriculo frigidiore prorſus aceſcit tardius citiusve, calidiore nidorulentus evadit. Lac tamen probe coctum alit probumque creat humorem. Inter coquendum ipſis etiam ſanis hypochondria lac attollit caputque ferit. Hos igitur lactis effectus et affectus in ſanis quoque ſpectaturus es; verum quae laborantibus hauſto lacte accidunt, ea percurrit Hippocrates, eorundem experientia paſſim omnibus manifeſta, quae poſſunt etiam ante experientiam cognoſci. Ubi namque integra ſanitate fruentibus lac capitis dolorem movere ſimulque hypochondria inflare novimus, mirum certe non eſt quibus jam caput dolet aut ſublata ſunt hypochondria lac inimiciſſimum

Ed. Chart. IX. [238.] Ed. Baſ. V. (298. 299.)

ὑποχόνδρια ἔχουσιν ἐναντιώτατόν ἐστι. καλῶς δὲ εἶπεν ὑποχόνδρια μετέωρα, καίτοι δυνάμενος εἰπεῖν ἐμπεφυσημένα καὶ φυσώδη. οὐ γὰρ ταῦτα μόνον τὸ γάλα βλάπτειν πέφυκεν, ἀλλὰ καὶ τἄλλα πάντα τὰ ὁπωσοῦν ἄλλως μετέωρα κατά τε φλεγμονῶδες ἢ ἐρυσιπελατῶδες ἢ σκιρρῶδες ἢ οἰδηματῶδες πάθος. ἔτι δὲ δὴ μᾶλλον ἂν ἀπόστημα μηδέπω συνερρηγμένον ἢ καθ' ὑποχόνδριον, οὐκ ἀγαθὸν οὐδὲ τούτοις τὸ γάλα. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα πάντα δι' ἑνὸς ὀνόματος ἐδήλωσεν εἰπὼν ὑποχόνδρια μετέωρα. βλάπτεσθαι δέ φησι καὶ διαβορβορύζοντα πρὸ τοῦ γάλακτος, ἕτερα μὲν ὄντα τῶν ἐμπεφυσημένων καὶ τεταμένων, φυσώδη γε μὴν καὶ ταῦτα καὶ πνευματώδη. μείζων μὲν οὖν ἡ βλάβη τοῖς διατεταμένοις ὑποχονδρίοις, ἐλάττων δὲ τοῖς διαβορβορύζουσιν, ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τούτοις ἐστὶ τὸ γάλα χρήσιμον, ὀξύνεται γὰρ ἐπ' αὐτῶν. ὀρρὸν μέντοι γάλακτος ἡδύνοντες ἁλσὶ καὶ μέλιτι πολλοῖς τῶν τοιούτων ἐδώκαμεν, ὀνίνανται γὰρ ὑπιούσης αὐτοῖς τῆς γαστρός· καὶ τοῖς διψώδεσι κακὸν εἶναί φησι τὸ γάλα, κνισοῦται γὰρ ἐπ' (299) αὐτῶν, ἐάν τε φύσει

esſe colligere. Recte vero ſuſpenſa dixit hypochondria, etiamſi potuerit inflata et flatuoſa dicere. Non enim haec ſolum hypochondria lac laedere ſolet, ſed et alia omnia viſcera quae quoquo modo ſuſpenſa ſunt propter aliquam affectionem phlegmonodem vel eryſipelatodem vel propter ſcirrhodem vel oedematodem. Ac ſane etiamnum magis ſi abſceſſus ſit in hypochondrio nondum ruptus: his etiam lac eſt inutile. Atque haec omnia Hippocrates uno verbo ſignificavit, dum inquit hypochondria elata. Lac quoque murmurantibus hypochondriis quae ab inflatis ac diſtentis ſunt diverſa; flatulenta tamen ac flatuoſa haec quoque ſunt. Major itaque laeſio contentis hypochondriis obvenit, minor autem murmurantibus. Verum tamen neque lac ipſis eſt utile: in iis enim lac aceſcit. Serum tamen lactis ſale et melle conditum multis ejusmodi exhibuimus, quo ipſi alvo ſubducta auxilium reciperent. Siticuloſis quoque lac pravum eſſe pronunciat, nidorulentum enim in ipſis redditur, ſive ipſi natura ſitiant, ſive aliqua oc-

Ed. Chart. IX. [238.] Ed. Bas. V. (299.)

διψῶσιν, ἐάν τε καὶ κατὰ τὸν καιρόν τινα γεννηθῶσι. καὶ μὲν δὴ ὅσαι διαχωροῦσι χολώδη καὶ τούτοις ἐγὼ φαίην ἂν τὸ γάλα κνισῶδες, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τοῖς ἐμοῦσι τοιαῦτα. καθόλου γὰρ ἐμάθομεν ὡς ἀλλοιοῦται τάχιστα πρὸς ἁπάντων τῶν θερμῶν αἰτίων ἐπὶ τὸ κνισῶδες. εἰκότως οὖν βλαβερὸν καὶ τοῖς ὀξέως πυρέττουσι. καί μοι δοκεῖ βέλτιον ἂν ἡ λέξις οὕτως ἔχειν, κακὸν δὲ καὶ οἷσι χολώδεις ὑποχωρήσιες καὶ τοῖς ὀξέσι πυρετοῖσιν ἐοῦσιν. οὐ γὰρ ἐπὶ τούτων ἀμφοτέρων μόνον βλαβερόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάτερον ἰδίᾳ. ταῦτα μὲν οὖν τὰ πάθη βλάπτει τὸ γάλα μεγάλως, τὰ δ' ἐφεξῆς ὠφελεῖ, περὶ ὧν ὁ Ἱπποκράτης οὕτως ἔγραψεν, ἁρμόζει δὲ φθινώδεσι μὴ λίην πολλῷ πυρέττουσι διδόναι, περὶ τῶν φθινωδῶν γὰρ ποιεῖται τὸν λόγον πρῶτον. ἀκουστέον δ' οὕτως ὀνομάζειν αὐτὸν ἐκείνους ὅσοι νοσοῦσι φθόην, τοὺς δ' ἄλλους ἐκτετηκότας ἐφεξῆς ἐρεῖ κατὰ τὴν λέξιν, ἧς ἡ ἀρχή, καὶ ἐν πυρετοῖσι βληχροῖσι καὶ μακροῖσι· κοινὸν δ' ἐπὶ πάντων ὅσοι γάλακτος χρῄζουσι τὸ

caſione ſiticuloſi evaſerint. Et vero quae bilioſa dejiciunt, iis quoque nidorulentum fieri lac ipſe dixerim, non minus quam qui talia bilioſa evomunt. Ab omnibus ſiquidem cauſis calidis lac in nidorem celerrime verti omnino jam didicimus. Merito igitur etiam acute febricitantibus lac noxium. Atque mihi melius ita ſe habere dictio videtur: *malum etiam lac quibus bilioſae ſunt dejectiones, quibus febres ſunt acutae.* Non enim utrisque ſimul junctis ſolum, ſed ſeorſim etiam lac noxium eſt. His igitur affectibus lac magnopere noxam infert; iis vero qui ſequuntur eſt perutile; de quibus ita ſcripſit Hippocrates: *at tabidis lac dare convenit non magnopere febricitantibus.* Primum enim de tabidis verba facit, ſic autem ipſum illos nominare percipiendum eſt, qui phthoe laborant. De ceteris autem extenuatis et exhauſtis deinceps dicturus eſt in ea dictione, cujus initium eſt: *et in febribus diuturnis ac lentis.* At omnibus lactis uſum concedentibus communis ſenſus eſt, cibo opus eſſe qui boni ſit ſucci, qui-

Ed. Chart. IX. [238. 239.] Ed. Baſ. V. (299.)

δεῖσθαι τροφῆς εὐχύμου τε ἅμα καὶ ταχέως ἀναδιδομένης. καὶ οὐ δεῖ ταράττεσθαι εἰ τὸ γάλα φαμὲν εὔχυμον, φυσῶδές τι ἔχον. καθόλου γὰρ εὔχυμα λέγομεν εἶναι ὅσα μετὰ τὴν πέψιν εἰς χρηστὸν χυμὸν μεταβάλλει, ἤτοι εἰς αἱματικὸν, οὗτος γαρ φίλιος ἡμῶν χυμός. διὰ τί δὲ εἰπὼν, ἁρμόζει δὲ φθινώδεσι, προσέθηκε, μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσιν, ἄξιον εἶναί μοι δοκεῖ σκέψεως οὐ μικρᾶς. ἤρκει γὰρ καὶ χωρὶς τοῦ λίην. ἆρ' οὖν καὶ τοῖς πολλῷ πυρέττουσι μόνοις μὴ διδόναι τὸ γάλα; ἢ τοῖς μὲν λίην πολλῷ πυρέττουσι μόνοις δίδωσιν ἢ παρεγγέγραπται πρός τινος τὸ λίην, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλά; ταυτὶ μὲν οὖν ἐπὶ σχολῆς τις [239] ζητείτω. τὸ δὲ τοῖς πολλῷ πυρέττουσι μὴ διδόναι τὸ γάλα παρ' ἡμῶν ἤδη μαθὼν ἴστω. θαυμάζω δὲ πῶς ἐφ' ὧν κελεύει διδόναι τὸ γάλα προσέγραψε, μηδ' ἑνὸς ὧν προείρηται παρόντος, οὐ κατὰ βραχυλογίαν τοῦτο ὂν τῆς ἀφοριστικῆς διδασκαλίας. ἐγινώσκετο γὰρ ἐξ ὧν προειρήκει καὶ μὴ ῥηθὲν ὅτι δοτέον φθινώδεσι καὶ παράλογον ἐκτετηκόσιν,

que ſimul celeriter diſtribuatur. Neque perturbandum eſt, ſic lac flatulentum aliquid habens euchymum eſſe dicamus. Nam in univerſum euchyma eſſe dicimus, quae poſt coctionem in bonum ſuccum videlicet ſanguinem mutantur: hic enim nobis amicabilis ſuccus eſt. Cur autem quum dixiſſet, convenit autem tabidis, adjecit, *non admodum valde febricitantibus*, dignum mihi videtur conſideratione non parva. Nam ſufficiebat citra valde, admodum dicere. Utrum igitur ſolis admodum febricitantibus lac non exhibet? an ſolis non valde admodum febricitantibus exhibet? An ab aliquo falſo adſcripta ſit particula, *valde*, ut et pleraque alia? Per otium ergo iſta quidam perquirat, a nobis vero hoc in praeſentia habeto, lac valde febricitantibus dandum non eſſe. Miror autem quomodo in illis quibus lac dari jubet adſcripſit: *ſi praedictorum ſignorum nullum affuerit.* Id enim a doctrinae aphoriſticae breviloquentia alienum eſt. Ex his ſiquidem quae prius dixerat, intelligebatur, etiamſi dictum non fuiſſet, dandum ſcilicet tabidis et praeter ra-

Ed. Chart. IX. [239.] Ed. Baſ. V. (299.)

ἄνευ τοῦ κεφαλαλγεῖν ἢ ὀγκοῦσθαι τὸ ὑποχόνδριον ἢ χολώδεις γίνεσθαι διαχωρήσεις ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων ὑπάρχειν αὐτοῖς ἢ οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀεὶ βραχυλογίαν ἀσκεῖν ἔοικεν ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλ' ἐν οἷς μέγα τι τὸ κινδυνευόμενον τῷ ἀμελῶς ἀκουσθέντι διδάσκει, λέγειν ἐπὶ τούτων οὐκ ὀκνεῖ ταῦτα ἐνίοτε δὶς ἢ καὶ τρίς.

ξε'.

Ὀκόσοισιν οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσι φαίνεται, οὐ μάλα σπῶνται, οὐδὲ μαίνονται τουτέων δ' ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, τοῖσι μὲν ὄπισθεν σπασμοὶ, τέτανοι· τοῖσι δὲ ἔμπροσθεν μανίαι, ὀδύναι πλευροῦ ὀξεῖαι ἢ ἐμπύησις ἢ δυσεντερίη, ἢν ἐρυθρὰ ᾖ τὰ οἰδήματα.

Τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους ἅπαντας ὁ Ἱπποκράτης οἰδήματα προσαγορεύει, περιεχομένων ἐν αὐτοῖς δηλονότι καὶ

tionem extenuatis lac eſſe, niſi caput doleat aut hypochondrium tumeat aut bilioſae ſint dejectiones aut denique aliud ejusmodi ipſis adſit. An non ſimpliciter, neque ſemper brevitatem ſervare videtur Hippocrates; ſed in quibus magnum aliquod periculum imminet, ſi negligentius quod ipſe docet accipiatur, in his bis terve eadem repetere non veretur?

LXV.

Quibus cum ulceribus tumores conſpiciuntur, ii fere non convelluntur, neque in maniam incidunt. His autem derepente evaneſcentibus, quibus quidem retrorſum convulſiones et tetani oboriuntur; quibus vero antrorſum maniae, lateris dolores acuti aut empyema aut dyſenteria, ſi rubri tumores extiterint.

Tumores omnes praeter naturam oedemata nominat Hippocrates, quibus videlicet etiam phlegmonae compre-

Ed. Chart. IX. [239. 240.] Ed. Baf. V. (299.)

τῶν φλεγμονῶν καὶ μέντοι καὶ αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα τὸ τῆς φλεγμονῆς ἐπὶ τῆς φλογώσεως μᾶλλον οἱ παλαιοὶ πάντες ἔλεγον, εἰ καὶ χωρὶς ὄγκου συσταίη. ἔστι μὲν οὖν τὸ νῦν λεγόμενον τοιοῦτον, οἷς ὄγκοι τοῖς ἕλκεσιν ἐπιγίνονται, οὐ πάνυ τι σπῶνται οὐδὲ μαίνονται. τοῦτο δὲ ἔνδειξιν ἔχει τοῦ καὶ σπᾶσθαι μέν τινας ἐπ' αὐτοῖς καὶ μαίνεσθαι, ἀλλὰ σπανίως τοῦτο πάσχειν, ὅταν δηλονότι μέγεθος ἀξιόλογον ἢ κακοήθειάν τινα προσλάβωσιν, ἂν μέντοι τύχωσιν ἀφανισθέντες ἐξαίφνης οἱ ὄγκοι, σπασμούς τε καὶ τετάνους ὅταν ἐν τοῖς ὀπίσω μέρεσιν ᾖ τὰ ἕλκη, τουτέστι κατὰ τὸν νῶτον. τὰ δ' ἄλλα τὰ ἑφεξῆς εἰρημένα τοῖς ἐν τοῖς πρόσω μέρεσι γεγενημένοις ἕπεσθαί φησι. νευρώδη μὲν γὰρ τὰ ὄπισθεν, ἀρτηριώδη δὲ καὶ φλεβώδη τὰ ἔμπροσθέν ἐστιν. ὅταν οὖν ἀπὸ τῶν ἡλκωμένων μερῶν ὁ χυμὸς ὁ ποιήσας τὸ οἴδημα ἐπαναβῇ πρός τι τῶν κυρίων μορίων, ἐν μὲν τοῖς νευρώδεσι μέρεσι τοῖς ὀπίσω σπασμοὶ καὶ τέτανοι γε- [240] νήσονται, νεύρων δὲ ταῦτα πάθη, ἐν δὲ τοῖς πρόσω μανία

hunduntur. Quamquam hoc ipſum phlegmones i. e. inflammationis nomen de phlogoſi ſeu flagrantia priſci omnes dicebant, etiamſi citra tumorem conſiſteret. Quod itaque nunc pronunciatur eſt hujusmodi: in quibus tumores ulceribus ſuperveniunt, non admodum convelluntur, neque inſaniunt. Haec autem indicat oratio nonnullos quidem in ipſis convelli ac inſanire, ſed raro id accidere, quum videlicet in parte nervoſa inſignem magnitudinem aut malignitatem ſubierint; ſi vero tumores derepente oblituerint, convulſiones ac tetanos ſequi affirmat dumtaxat ſi in partibus poſteroribus, hoc eſt in dorſo ulcera fuerint; ſi vero in partibus anterioribus conſtiterint, tum alia quae deinceps enumerat conſequi profert. Poſteriores namque partes nervoſae ſunt, anteriores autem venoſae et arterioſae. Quum igitur ab ulceratis partibus humor qui tumorem fecit in aliquam partem principem remeavit; in partibus quidem nervoſis poſterioribus convulſiones fient ac tetani, nam hi ſunt nervorum affectus, in anterioribus

Ed. Chart. IX. [240.] Ed. Baſ. V. (299.)

μὲν, ἐὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀνενεχθῇ, πλευροῦ δ' ἄλγημα τραπέντος ἐπὶ θώρακα τοῦ χυμοῦ. πολλάκις δ' οὗτοι καὶ ἔμπυοι γίνονται, μὴ διαφορηθέντος αὐτοῦ δυσεντερίαν δ' ἔσεσθαί φησιν, ἐὰν ἐρυθρῶν ὄντων τῶν οἰδημάτων ἐξαίφνης γένηται μετάστασις. ἐκείνην μέντοι τὴν δυσεντερίαν ὀνομάζομεν αἱμαιηρὰν, ἥτις ἐστὶν αἵματος κένωσις δι' ἐντέρων χωρὶς ἑλκώσεως. ὅτι μὲν οὖν ἂν κατὰ νῶτον ἢ τὰ πρόσω μόρια τὰ τούτοις ἀνακείμενά ποτε συμβῇ ἀφανισθῆναι τὰ οἰδήματα, τοῖς εἰρημένοις πάθεσι περιπίπτουσιν οἱ κάμνοντες ἑωράκαμεν. οὐ μὴν ὁ Ἱπποκράτης αὐτὸς ἐδήλωσεν εἴτε περὶ τούτων λέγει μόνων τῶν μορίων εἴτε περὶ πάντων ἁπλῶς ὥστε καὶ τὰ κῶλα περιλαμβάνεσθαι κατὰ τὸν λόγον. ἐπὶ μὲν οὖν κνημῶν οὐκ εἰσὶν ἐν τοῖς πρόσω μέρεσι μύες εἰς τένοντας εὐρώστους τελευτῶντες, ἐπὶ δὲ τοῦ μηροῦ τὸν ἐν τοῖς πρόσω μέρεσι τοῦ γόνατος τένοντα μέγιστον ὁρῶμεν, ἐφ' ᾧ κατὰ συμπάθειαν εὔλογόν ἐστιν ἀκολουθῆσαι σπασμὸν μᾶλλον ἢ τινι τῶν ὀπίσω τοῦ μηροῦ κειμένων μυῶν, σαρκώδεις γάρ εἰσιν ἅπαντες. ὥστ' οὐκ

mania, ſi humor in caput feratur; lateris autem dolor, ſi in thoracem humor vertatur. At hi ſaepius purulenti evadunt, humore minime diſcuſſo. Dyſenteriam autem fore, inquit, ſi rubentibus tumoribus materiae repente fiat in ventrem translatio. Porro dyſenteriam ejusmodi cruentam appellamus, quae utique definitur ſanguinis per inteſtina citra exulcerationem vacuatio. Quod itaque ſi vel in dorſo vel partibus anterioribus ipſi oppoſitis contigerit aliquando tumores derepente evaneſcere, in tales affectus aegros incidere manifeſtum eſt. Non tamen Hippocrates ipſe declaravit, an de his partibus ſolis loquatur an ſimpliciter de omnibus, ita ut artus quoque hac oratione comprehendantur. In tibiis certe non ſunt anteriore parte muſculi in tendines validos deſinentes. In femore vero parte genu anteriore maximum tendinem cernimus; quo affecto convulſionem per conſenſum ſequutum iri eſt probabilius quam aliquo ex muſculis parte femoris poſteriore poſitis: carnoſi namque ſunt

Ed. Chart. IX. [240.] Ed. Baſ. V. (299.)

ἀληθὲς εἶναι δόξει τὸ καθόλου λεγόμενον, ὡς τοῖς ὀπίσω μέρεσι μόνοις ἔπονται σπασμοί. φαίνεταί γε μὴν ὡς τὸ πολὺ τοῦτο γινόμενον, οὐκ ἐπὶ σκελῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ χειρῶν, ἴσως διὰ τὸ κατ' εὐθυωρίαν εἶναι ταῦτα πάντα τὰ μέρη τῷ νωτιαίῳ, πεφύκέναι δὲ ἀπὸ τούτου τά τε τῶν κώλων νεῦρα καὶ τὰ τῶν ῥαχιτῶν μυῶν.

ξστ'.

Ἢν τραυμάτων ἰσχυρῶν καὶ πονηρῶν ἐόντων οἴδημα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν.

Δύναται μὲν καὶ τῷ κατὰ τὴν τελευτὴν εἰρημένῳ τὸ κακὸν συναφθῆναι τὸ μέγα, δύναται καὶ τῷ προτέρῳ τοῦ ἀφορισμοῦ μέρει. γενήσεται γὰρ ὁ λόγος τοιοῦτος· τραυμάτων πονηρῶν ἐόντων οἴδημα μὴ φαίνεσθαι κακόν ἐστι μέγα, εἴτε οὕτως τραυμάτων πονηρῶν ἐόντων οἴδημα μέγα μὴ φαίνεσθαι κακόν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ κοινὸν ἀμφοῖν εἰρῆσθαι

omnes. Quare verum eſſe non videretur, quod univerſaliter pronunciatur, nimirum ſolis partibus poſterioribus convulſiones accidere. Et quidem plerumque id non in cruribus ſolis, ſed etiam manibus accidere videtur; fortaſſe quia hae partes omnes e directo dorſali medullae reſpondent ab eaque tum artuum tum dorſalium muſculorum nervi oriuntur.

LXVI.

Si vehementibus ac pravis vulneribus exiſtentibus tumor non appareat, ingens malum.

Poteſt tum ei quae ſub finem eſt aphoriſmi dictioni *malum ingens*, poteſt et priori aphoriſmi parti conjungi. Fiet enim talis oratio, vulneribus pravis exiſtentibus tumorem non apparere ingens malum eſt, vel ita, vulneribus pravis exiſtentibus, ſi tumor ingens non appareat, malum. Poteſt autem ingens etiam utrique communi at-

Ed. Chart. IX. [240. 241.] Ed. Baſ. V. (299. 300.)

τὸ μέγα, ὡς καὶ οὕτως εἶπεν· ἢν τραυμάτων πονηρῶν ἐόντων οἴδημα μέγα μὴ φαίνηται, κακόν ἐστι μέγα. βελτίων δὲ τῶν τριῶν λόγων ἐστὶ κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν ὁ τοιοῦτος. ἢν τραυμάτων πονηρῶν ἐόντων μὴ φαίνηται οἴδημα, κακόν ἐστι. προείρηται δέ μοι κατὰ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ἁπάντων ὑπ' αὐτοῦ λέγεσθαι τὸ οἴδημα. πονηρὰ δ' ἡγητέον εἰρῆσθαι [241] τραύματα τὰ κατὰ τὰς κεφαλὰς ἢ τελευτὰς τῶν μυῶν καὶ μάλιστα τῶν νευρωδῶν. κατὰ μὲν τὰς κεφαλὰς τῶν μυῶν ἐμφύεται τοῖς μυσὶ τὰ νεῦρα, κατὰ δὲ τὰς τελευτὰς οἱ τένοντες ἐμφύονται. ὥσπερ οὖν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐμέμψατο τὰ ἐξαίφνης ἐφανιζόμενα τῶν οἰδημάτων, οὕτω νῦν τὰ μηδ' ὅλως ἐπιγινόμενα τοῖς πονηροῖς τραύμασιν. ὑποψία γάρ τίς ἐστιν ἐπὶ τούτων ἐπὶ τὰ κυριώτερα μεθίστασθαι τοὺς ἐπιῤῥέοντας τοῖς τραύμασι χυμοὺς καὶ μάλιστα τοῦτ' ἔοικε γίνεσθαι κατ' ἐκεῖνα τῶν τραυμάτων, ἐν οἷς ὀδύνη μέν ἐστι καὶ δι' αὐτὴν ἐπιῤῥεῖ τι πάντως. ἀναστέλλεται δὲ (300) ὑπὸ τῶν ἰατρῶν τοῖς ἰσχυρῶς ψύχουσιν ἢ στύφουσι φαρμάκοις, ὡς τά γε χωρὶς ὀδύ-

tribui, ac ſi ita dixiſſet: ſi vulneribus pravis exiſtentibus non appareat, malum eſt ingens. Trium vero lectionum meo quidem judicio talis eſt optima: ſi vulneribus pravis exiſtentibus tumor non appareat, malum eſt ingens. Ceterum prius a me enunciatum eſt oedema de omnibus praeter naturam tumoribus ab ipſo praedicari. Prava autem vulnera dici explicandum eſt, quae in capite aut fine muſculorum maximeque nervoſorum accepta ſunt. In muſculorum namque capitibus nervi muſculorum inſeruntur, ex finibus autem tendines exoriuntur. Quemadmodum igitur paulo ante tumores derepente evaneſcentes damnabat, ita nunc illos qui pravis vulneribus nullo modo ſuccedunt. Nam ſuſpicio quaedam eſt in ipſis humores vulneribus affluentes ad partes principes transferri. Atque hoc potiſſimum iis in vulneribus fieri videtur, quibus dolor ineſt, propter quem aliquid omnino in partem influit, ſed ab imperitis medicis medicamentis valde re-

Ed. Chart. IX. [241.] Ed. Baf. V. (300.)

νης οὐδὲ ῥεῦμα κινεῖ. μάλιστα δ' ὀδυνᾶται τὰ νευρώδη μόρια, δεόμενα διὰ τῶν θερμαινόντων καὶ ξηραινόντων θεραπεύεσθαι φαρμάκων.

ξζ'.

Τὰ χαῦνα χρηστὰ, τὰ ἔνωμα κακά.

Οὗτος ὁ λόγος μόριόν ἐστι τοῦ προγεγραμμένου, διδάσκοντος τοῦ Ἱπποκράτους ὅσα μὲν οἰδήματα χαῦνα χρηστὰ πάντ' εἶναι, τὰ δ' ἐναντία μοχθηρά. κυρίως μὲν οὖν ἀντίκειται τῷ χαύνῳ τὸ σκληρὸν καὶ ἀντίτυπον. ὁ δ' Ἱπποκράτης ἔνωμον αὐτὸ προσηγόρευσεν. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε γενέσθαι ποτὲ ἀντίτυπον οἴδημα πεπτούσης καλῶς τῆς ἐν τῷ μορίῳ φύσεως τοὺς ἐπιῤῥέοντας χυμούς.

ξη'.

Τῷ ὄπιθεν κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ ἢ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα ὠφελέει.

---

frigerantibus aut adſtringentibus reprimitur. Maxime vero omnium partes nervoſae vulneratae dolent, quae calefacientibus et ſiccantibus medicamentis curari poſtulant.

LXVII.

Molles boni, crudi pravi ſunt.

Hic textus praecedentis pars eſt, docente qui tumores ſint molles, eos omnes bonos eſſe, contrarios vero pravos. Proprie igitur molli durum opponitur atque renitens. Id vero Hippocrates crudum appellavit: nequaquam enim tumor renitens fieri poteſt, partis natura humores affluentes probe concoquente.

LXVIII.

Poſteriore capitis parte dolenti recta in fronte vena inciſa prodeſt.

Ed. Chart. IX. [241. 242.] Ed. Baſ. V. (300.)

Οὐ μόνον ἐπιτηδεύει κενοῦν ὁ Ἱπποκράτης ἔνθα χρεία κενοῦν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἀντισπάσεως. ἡ δὲ ἀντίσπασις ἐπὶ τἀναντία γίνεται, κατὰ μῆκος μὲν ἄνω καὶ κάτω, κατὰ πλάτος δὲ ἔνθα καὶ ἔνθα. τοῦτ' ἐστὶν ἐπ' ἀριστερά τε καὶ δεξιὰ, κατὰ βάθος δὲ ὀπίσω τε καὶ πρό- [242] σω. νῦν οὖν ἐν τοῖς ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ἀλγήμασι μετὰ ἀντισπάσεως κένωσις ἐκ μετώπου γενήσεται, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἢ κατ' ἰνίου. οὕτω γοῦν ὀφθαλμῶν χρόνια ῥεύματα πολλάκις ἐθεραπεύθη διὰ τῶν κατ' ἰνίον μερῶν, αἵματος ἀφαιρεθέντος ἅμα χρήσει σικύας.

ξθ'.

Ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν ἐξ ὀσφύος μᾶλλον καὶ διὰ νότου εἰς κεφαλὴν, ἀτὰρ καὶ ἀνδράσιν ὄπισθεν τοῦ σώματος μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν, οἷον ἀπό τε πήχεων, μηρῶν, ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιὸν ἔχουσι, καὶ δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ θρίξ.

Non vacuare ſolum Hippocrates, quum uſus poſtulat, ſed etiam cum revulſione vacuationem inſtituit. Fit porro revulſio in contrarium. Ac ſecundum longitudinem quidem ſurſum ac deorſum, ſecundum latitudinem vero huc et illuc, hoc eſt dextrorſum et ſiniſtrorſum et ſecundum profunditatem ante et pone. Nunc itaque poſteriore capitis parte dolente cum revulſione, ex fronte fiet vacuatio: quemadmodum et quum anterior pars laborat, ex occipite. Ita enim ſaepe diuturnae oculorum fluxiones ſanatae ſunt ex occipitis partibus detracto ſanguine et admotis cucurbitulis.

LXIX.

Rigores mulieribus quidem initium ducunt ex lumbis magis ac per dorſum ad caput perveniunt. Quin etiam viris parte corporis poſteriore magis quam anteriore, veluti ex cubitis et femoribus, quod et prodit cutis raritas, prodit et hanc pilus.

Ed. Chart. IX. [242.] Ed. Baſ. V. (300.)

Ῥῖγος πᾶν ἄρχεται μὲν μετά τινος αἰσθητῆς ψύξεως. ἑτοιμότερα δ' οὐ ψυγῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ψύξεως αἰσθάνεσθαι τὰ κατὰ νῶτον, ὥστ' εἰκότως ἐντεῦθεν ἄρχεται τὰ ῥίγη καὶ θᾶττόν γε ταῖς γυναιξὶ γίνεται ταυτὶ, διότι καὶ ψυχρότερόν ἐστι τὸ θῆλυ φύσει καὶ ἀσθενέστερον. ἀναθεῖ δ' ἐντεῦθεν ἀρξάμενον τὸ ῥῖγος ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῶν νεύρων, τὴν κεφαλὴν, τάχιστα γιγνομένης διὰ τοῦ νωτιαίου τῆς συμπαθείας. ἐπειδὴ καὶ οὗτος ὁμοίως ἐγκεφάλου ψυχρός ἐστι φύσει καὶ διὰ τὴν μαλακότητα τῆς οὐσίας ὁμοίως εὐάλωτος. ἐκ δὲ τῶν πρόσω μερῶν οὐκ ἄρχεται τὰ ῥίγη, διότι θερμότερα τῶν ὀπίσω τὴν κρᾶσιν ἐστὶ καὶ τούτων γνώρισμα τίθεται τὴν ἀραιότητα τοῦ δέρματος, αὐτῆς δὲ πάλιν ταύτης τὸ πλῆθος τῶν τριχῶν. εἴρηται δέ μοι περὶ τριχῶν γενέσεως αὐτάρκως ἐν τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασιν.

Rigor omnis incipit cum ſenſibili quodam frigore. Dorſi autem partes non ſolum facilius refrigerantur, ſed promptius etiam frigus ſentiunt. Quare merito inde rigores initium ducunt hique magis mulieribus accidunt; quia femina viro frigidior natura eſt et imbecillior. At hinc incipiens rigor excurrit in caput nervorum principium celerrime per ſpinalem medullam facta conſenſione, id eſt affectionis communicatione. Quandoquidem et ipſa peraeque ac cerebrum frigida eſt natura et propter ſubſtantiae mollitudinem ſimiliter obnoxia. At vero ex partibus anterioribus rigores non incipiunt, quia poſterioribus calidiores ſunt temperamento. Cujus rei indicium ſtatuit cutis raritatem et hujus rurſus ipſius pilorum multitudinem. De quorum generatione in libris de temperamentis abunde egimus.

Ed. Chart. IX. [242. 243.] Ed. Baf. V. (300.)

ο'.

Οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι οὐ πάνυ τοι ὑπὸ σπασμῶν ἁλίσκονται. ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον, εἶτα καὶ ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται.

---

[243] *Ὁ μὲν ἐπὶ κενώσει γενόμενος σπασμὸς ὀξύτατός ἐστι καὶ ὀλεθριώτατος. ὁ δ' ἐπὶ πληρώσει τῶν νευρωδῶν μορίων οἷος καὶ ἐπιληπτικὸς οὔτ' ὀξύταιος οὔθ' ὁμοίως ἐκείνων κινδυνώδης. μέμνηται δὲ νῦν ὁ Ἱπποκράτης τοιούτου σπασμοῦ. τὸ γὰρ ἁλισκόμενοι ἁλίσκονται παράτασιν δηλοῖ τοῦ χρόνου. τοῦτον οὖν τὸν σπασμὸν ὁ τεταρταῖος οὐκ ἐᾷ γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ εἰ φθάσειε προσγενέσθαι, λύει. γίνεται δ' ὑπὸ γλίσχρων χυμῶν τε καὶ φλεγματικῶν ἐμπλαττομένων γε τοῖς νευρώδεσι μορίοις. οὔσης δὲ τοῖς τοιούτοις χυμοῖς διττῆς τῆς ἰάσεως, ἐκκρίσεώς τε καὶ πέψεως, ἀμφοτέρας ὁ τεταρταῖος ἔχει, τὴν μὲν ἔκκρισιν τῷ ῥίγει· μόνος γὰρ ὁ τοιοῦτος σπασμὸς ἱκανῶς ἐκ-*

LXX.

Quartanis correpti non admodum convulſionibus prehenduntur. Quod ſi prius corripiantur, deinde quartana quoque ſuccedat, liberantur.

Quae propter vacuationem fit convulſio acutiſſima eſt et pernicioſiſſima; quae vero ob nervoſarum partium repletionem accidit, qualis eſt epileptica, neque acutiſſima neque ſimiliter aegris periculoſa. Nunc autem hujusmodi convulſionis meminit Hippocrates. Nam verba: *correpti et prehenduntur*, temporis productionem declarant. Hanc ergo convulſionem fieri quartana non ſolum prohibet, verum etiam, ſi praeripuerit, ſolvit. Fit autem haec convulſio lentis ac pituitoſis humoribus partes nervoſas infarcientibus ac obſtruentibus. Quibus humoribus liberandis quum duplex ſit medendi ratio, excretio et coctio, utramque habet quartana: excretionem quidem vi rigoris; hujusmodi namque concuſſio et convulſio ſola poteſt

Ed. Chart. IX. [243.] Ed. Baſ. V. (300.)

κρῖναι παχὺν χυμόν· τὴν δὲ πέψιν τῷ λόγῳ τῆς ἐπιγενομένης τῷ ῥίγει θερμασίας.

οα'.

Ὁκόσοισι δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ σκληρὰ, ἄνευ ἱδρώτων τελευτῶσιν, ὁκόσοισι δὲ χαλαρὰ καὶ ἀραιὰ, σὺν ἱδρῶτι τελευτῶσιν.

Τῶν μελλόντων ἀποθνήσκειν οἷς μὲν αὐχμώδη καὶ σκληρὰ καὶ ξηρὰ καὶ τεταμένα τὰ δέρματα, χωρὶς ἱδρῶτος ἀποθνήσκουσιν, οἷς δὲ τἀναντία ἀραιὰ καὶ μαλακὰ καὶ χαλαρὰ, σὺν ἱδρῶτι τελευτῶσι. τοῖς μὲν γὰρ προτέροις ἢ οὐχ ὅλως ἐστὶν ὑγρότης ἢ οὐκ ἐν τῷ δέρματι, τοῖς δ' ἄλλοις καὶ κατὰ τὸ δέρμα ἐστίν.

οβ'.

Οἱ ἰκτεριώδεες οὐ πάνυ τι πνευματώδεες εἰσίν.

craſſum humorem excernere; coctionem vero caloris ratione rigorem excipientis.

LXXI.

Quibus cutis obtenditur arida ac dura, ſine ſudoribus moriuntur; quibus vero laxa et rara cum ſudore, vita defunguntur.

Morituris quibus dura, ſqualida, ſicca et obtenſa cutis eſt, ii ſine ſudore vitam finiunt. Si contra rara, mollis et laxa cum ſudore, fato concedunt. Prioribus ſiquidem vel omnino eſt exhauſta humiditas vel cuti deeſt, aliis vero cuti ineſt.

LXXII.

Icterici non admodum flatulenti exiſtunt.

Ed. Chart. IX. [243. 244.] Ed. Baſ. V. (300.)

Πνευματώδεις νῦν εἰρῆσθαι νομιστέον ἐκείνους ὅσοι κατὰ γαστέρα πλῆθος ἀθροίζουσι φυσώδους πνεύμα- [244] *τος, ἤτοι δι' ἐρυγῶν κενούμενον ἢ διὰ φυσῶν ἢ παραμένον τε καὶ διατεῖνον τὰ τῇδε. γίνεται δὲ τοῦτο ποτὲ μὲν δι' ἀτονίαν τέ τινα καὶ ἀσθένειαν αὐτῶν τῶν κατὰ γαστέρα μορίων, ἐνίοτε δ' ἐπὶ φλεγματώδει χυμῷ καὶ ψυχρῷ. οὗτοι μὲν οὖν οἱ διὰ φλεγματικὸν χυμὸν πνευματώδεις ἐναντίοι τοῖς ἰκτεριώδεσίν εἰσι χολώδεσιν οὖσιν, ὥστε οὐκ ἄν ποτε κατὰ τὴν τοῦ πλεονάζοντος χυμοῦ φύσιν οἱ ἰκτεριώδεις γίγνονται πνευματώδεις. ἐγχωρεῖ δ' αὐτοὺς ἐπ' ἀῤῥωστίᾳ τῶν μερῶν φυσώδεις γίνεσθαι. διὰ τοῦτ' οὖν προσέθηκε τῷ λόγῳ τὸ οὐ πάνυ τι, τὸ μὲν διηνεκὲς τῆς ἀποφάσεως κωλύων, ἐνδεικνύμενος δὲ ὡς τὸ πολὺ γίνεσθαι τὸ προειρημένον. οὐ πάνυ γάρ τοι τοῖς κατὰ γαστέρα μορίοις ἅπαντα ἄτονα ἔστιν εὑρεῖν τοὺς ἰκτεριώδεις.*

Flatulentos hic eos dici exiſtimandum eſt, qui flatulenti ſpiritus copiam in ventre colligunt, qui vel per ructus vel flatus excernitur vel remanet et quae illic jacent partes, eas diſtendit. Hoc autem fit interdum tum ob facultatis imbecillitatem, tum partium ventris infirmitatem; interdum vero ob pituitoſum et frigidum humorem. Qui itaque propter pituitoſum humorem flatulenti ſunt, ictericis opponuntur bilioſis exiſtentibus. Quare icterici nunquam ob humoris exſuperantis naturam flatulenti ſunt. Contingit autem ipſos ob partium imbecillitatem nonnunquam flatulentos fieri. Idcirco textui adjecit, *non admodum*, quo perpetuitatem quidem negationis interrumpit, quod vero plerumque prius fieri pronunciaverat, oſtendit. Perraro namque ictericos invenire contingit, qui ventris partes imbecillas ſortiantur.